V. Tum præses : Quisnam, inquit, conscius erat hæc in domo illa esse, in qua habitabas ? Respondit Irene : Hæc vidit Deus omnipotens, qui omnia scit ; præterea nemo. Nostros enim homines inimicis pejores duximus ne forte nos deferrent. Itaque nulli hæc ostendimus. Superiore anno, inquit præses, cum edictum illud tale, ac pium jussum dominorum imperatorum ac Cæsarum primo fuit divulgatum, ubinam vos latuisti ? Ad hæc Irene : Illic, ubi Deus voluit. In montibus (scit Deus) sub dio fuimus. Præses vero : Apud quem vixistis ? Sub dio, inquit illa, alias in aliis montibus versantes. At præses : Quinam erant, qui vobis panem suppeditabant ? Deus, inquit Irene, qui omnibus escam suppeditat. Tum præses ait : Eratne pater vester harum rerum conscius ? At Irene : Minime, per Deum omnipotentem, conscius erat ille, qui ne novit quidem hæc omnino. Præses ait : Quis igitur vestrorum vicinorum id noverat ! Vicinos, inquit Irene, interroga, et loca inquire, vel eos qui norunt, ubi nos eramus. Præses dixit : Postquam e monte reversæ fuistis, ut tu dicis, legebatisne scripta ista, præsente aliquo ? Domi nostræ erant, inquit Irene neque audebamus illa efferre : quamobrem magnopere angebamur, quod non poteramus nocte ac die illis operam dare, sicut a principio consueveramus usque ad annum superiorem, quo et illa occultavimus. Dulcetius præses dicit : Sorores quidem tuæ pœnas nostro jussu decretas exsolverunt ; te vero, etsi anteaquam aufugisses, propterea quod scripta ac membranas istas occultaveras, mortis pœna tibi decreta fuerat, non tamen eodem modo jubeo e vita sic repente discedere : verum per satellites ipsos, et Zosimum publicum carnificem in lupanari nudam statui præcipio, e pallatio singulis diebus panem unum sumentem, satellitibus ipsis non permittentibus te illinc discedere.

VI. Cum igitur satellites et Zosimus publicus minister præsto essent : Illud, inquit præses, vobis notum sit, quod si mihi significatum fuerit, vel horæ alicujus momento istam ex eo loco motam fuisse, in quo esse jussimus, tunc vos supremæ pœnæ subjecti eritis. Scripta vero ipsa a scriniis et arculis Irenes proferantur. Cum igitur quemadmodum a præside jussi fuerant, eam illi ad publicum lupanar duxissent, et propter Spiritus sancti gratiam quæ ipsam protegebat, et universorum Domino Deo puram atque intactam servabat, ne unus quidem ad eam accedere, vel turpe aliquid in eam facere aut dicere ausus fuisset, sanctissimam illam feminam Dulcetius præses revocavit, et ante tribunal sisti jussam, sic affatus est : Numquid in eadem adhuc temeritate persistis ? Minime, inquit Irene, temeritas, sed Dei pietas est, in qua persisto. Cui respondit Dulcetius præses : Et ex priore tuo responso manifeste ostendisti te imperatorum jussui nolle æquo animo parere, et nunc quoque in eadem arrogantia persistentem te video : quare dignam pœnam persolves. Cumque chartam petiisset, sententiam hanc contra ipsam scripsit : Quoniam Irene imperatorum jussui parere, diisque immolare noluit, quinimo nunc quoque in Christianorum ordine ac religione perseverat : hac de causa, ut antea duas ejus sorores, ita et ipsam viventem nunc comburi jubeo.

VII. Hæc sententia cum a præside lata fuisset, milites Irenen comprehensam in quemdam sublimem locum duxerunt, ubi et ejus sorores antea martyrium passæ fuerant. Cum autem magnum rogum accedissent, jusserunt ipsam in eum conscendere. Itaque sancta Irene psalmos canens, et Dei gloriam celebrans, in rogum se conjecit : atque ita consummata est in consulatu Diocletiani Augusti nono, Maximiani autem Augusti octavo, Kalendis Aprilis, regnante in sæcula Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patri est gloria sanctoque Spiritui in sæcula sæculorum. Amen.

VITA S. VIRGINIS THEODORÆ

ET DIDYMI MARTYRIS

(Anno 280, Aprilis 5). — Latina quidem Martyrologia habent hanc historiam 28 Aprilis, aiuntque Theodoram una cum Didymo percussam; sed cum Metaphrastes habeat Didymum Nonis Aprilis cæsum, Theodoram autem evasisse, nos eam quinto Aprilis die cum Metaphraste collocavimus. — Latine apud Surium. Deest in codicibus Græcis Parisiensibus.)

—

I. Diocletiano et Maximiano imperatoribus et præside Alexandrinæ civitatis Eustrathio, edictum quoddam adversus Christianos missum fuit, ut vel diis immolarent, vel supplicio afficerentur. Cum vero præses ille pro tribunali sederet in magna Alexandrinorum civitate, jussit cohortem accersire Theodoram virginem, quæ nuper capta fuerat, et in carcere servabatur. Quam cum duxisset : Præsto, inquit cohors, est Theodora. Judex igitur : Cujusnam sortis es mulier ? Christiana, inquit Theodora, ego sum. At ille : Liberane, an serva. Dixi jam, inquit ipsa, Christianam me esse : Christus enim veniens, a peccato me liberavit. Quod vero et ad vanam atque inanem mundi hujus gloriam attinet, claris parentibus orta sum. Tunc judex quæstorem accersiri jussit. Quem cum cohors præsto esse dixisset : Dic, inquit, Luci : nostine Theodoram virginem ? Cui Lucius : Per tuam, præses, valentem vitam ac splendorem, nobilissima est, multæque existimationis et primi generis mulier. Quare, inquit judex, cum sis ita nobilis, nuptias recusasti ? Theodora respondit : Christi causa nubere nolui. Cum enim ille homo factus in mundo versaretur, ab ea, quæ semper virgo et Dei Mater fuit, genitus, a corruptione nos removit, et sempiternam vitam nobis promisit. Itaque fore mihi persuadeo, ut in ejus fide permanens, ad finem usque incorrupta et intacta sim.

II. Tunc judex dixit : Imperatores jusserunt, vos, quæ virginitatem semper servatis, aut diis immolare, aut injuriosius tractari. Arbitror, inquit Theodora, te non ignorare, hominis propositum Deo ipsi in primis gratum esse : is vero animum meum atque propositum castum esse cognovit. Quod si me id pati, quod dicis, et violari coegeris, non erit hæc impudicitia, sed vis et injuria. Judex autem : Cum te ingenuam esse noverim, et tui rationem habere cupiam, admoneo, ne contumeliosius te geras ; nihil enim proficies. Nam per Deos omnes, sententiam hanc imperatores tulerunt. Tunc illi Theodora : Et prius, inquit, tibi dixi, hominis propositum atque animum Deo gratum esse. Cum enim omnia ille pernoscat, cogitata etiam nostra scit, et mentes ipsas perspicit. Quamobrem si coacta fuero facere quod dicis, impudicam me factam nunquam existimabo. Sive enim caput meum, sive manus, sive pedes abscindere, sive totum corpus dilacerare volueris, hoc quidem per vim ac potestatem, quam habes, facere poteris. Similiter lupanari tradar, necne, in arbitrii mei potestate non est, sed in manu tua, ei per imperium vim licet inferre. Quod vero ad animi mei propositum attinet, certum est Deo ipsi castitatis meæ professionem servare : illi enim virginitas mea dicata est ; ille certus hujus rei dominus est : ille, si voluerit, virginitatem hanc meam, possessionem suam, incolumem atque intactam servabit.

III. Judex vero ait : Noli, Theodora, ætatem tuam honeste actam, totam injuriæ et probris objicere : nam ut urbis quæstor testatus est, his parentibus orta es, qui nobilitate atque existimatione cum primis excellunt. Ad hæc Theodora : Christum, inquit, primum confiteri debeo, qui et Deus est, et omnis notabilis honorisque auctor, qui scit et me columbam suam puram et incolumen ad finem usque servare. Tum judex dixit : Curnam erras, o Theodora ? Eumne Deum credis, qui fuit in cruce suffixus ? An qui talis est, te in lupanar conjectam, intactam servare poterit, ab his præsertim viris, qui mulierum amoribus insanire soliti sunt ? Fidem, inquit Theodora, et spem habeo in Christo, qui crucem perpessus fuit sub Pontio Pilato, fore ut me ab iniquis istis viris eripiat, et a labe omnino liberam servet, in ejus fide permanentem, neque unquam eum negantem. Judex vero : Adhuc te nugantem patior, necdum jubeo tormentis subjici. At si contendere non destiteris, ut ancillam aliquam te prosternens, faciam quod domini atque imperatores nostri jusserunt, ut et reliquis mulieribus exemplum fias. Ad hæc Theodora : Parata sum corpus meum, cujus potestatem habes, tibi tradere : anima vero ipsa in solius Dei manu est ac potestate. Tum judex : Excæcate illam statim, eique dicite, ne insanire amplius velit, sed cedere et diis ipsis immolare. Minime, inquit Theodora, per Deum ipsum dæmonibus sacrificium aut cultum afferre volo, cum Deum adjutorem habeam. Ad hæc judex : Quid me cogis tibi honestissimæ feminæ injuriam facere ? Ausculta mihi, o stulta, ne in tantam turbam incidas eorum, qui sententiam exspectant quæ contra te feratur. Non sum amens inquit Theodora, quæ Deum confiteor, et ipsum adjutorem habeo. Quam enim injuriam mihi fore putas, ea res honorem et gloriam sempiternam mihi comparabit. Tum judex : Ego non amplius te

ı, sed imperatorum jussa exsequar : futurum existimans ut persuaderi posses, diutius te am. Quod si tibi parcens, id minus curabo, jussus fui, imperatores contemnere videbor. utem Theodora ita respondit : Sicut ipse im- ores metuis quodque ab illis jussus es, id ɜ studes ; ita et ego studeo non negare Deum ɑ, timeo enim et ipsa verum illum imperatorem ı contemnere. Contentiose, inquit judex, me- ıgis, et æternorum imperatorum jussa negligis, , tamquam imbellem aliquem despicis. Adhuc dierum tempus tibi condono, ac per deos s, nisi animum mutes et sacrifices, in lupanar dam, ut mulieres omnes te ita tractari viden- urpitudine tua castigentur. At Thodora : Et idem Deus est, et semper, qui non permittet, m derelinquam. Peto autem ut intactam ac n me servari jubeas, quoad sententiam tuleris. judex ait : Theodoram sub tuta custodia ser- usque ad tres dies, si forte resipiscens, sibi ɔersuaserit, ut a tali contentione desistat. Quin ɜcipio, ne permittatis aliquem ad eam ingredi n ipsa versari, propterea quod familia nobili ıesta nata est.

Post tres dies cum judex in tribunali sede- ıdducatur, inquit, Theodora. Cohors ait : Do- , præsto est Theodora. Tum ille : Si resipuisti, ı jam persuasisti, nunc sacrifica, et esto li- ; puto enim te nequaquam sapere, in eodem ɔsito persistentem. Respondit Theodora : Antea ıibi, et nunc eadem dicere non recuso, casti- meæ professionem, Christi causa susceptam ɥui fuit incorruptæ vitæ prædicator, meamque ssionem ipsius Dei gratia fieri. Ejus igitur ni et Dei confessio per me prædicetur, et ipse t (scit enim) quomodo suam virginem puram rvet. Per deos ipsos, inquit judex, dominorum veritus, ne forte illis non obediens, pericliter, sus te faciam quod sum jussus. Quoniam vero ɔanar tradi maluisti, quam diis ipsis sacrifi- videamus, num te servet Christus ille tuus, er quem in contentione ista persistere voluisti. n judex dixisset, ad cohortem versus : Trada- ɑquit, ista in lupanar. Tunc ait Theodora : Tu, qui occultas res inspicis, qui novisti omnia, ɥuam illa fiant, qui ad hodiernum usque diem affuisti et intactam in ea re me servasti, quam romisi, ipseet post hac me custodias, et a pro- et iniquis eorum manibus, qui parati sunt æ tuæ injuriam inferre, incolumem et integram ɜ. Hæc cum illa dixisset, ad lupanar ducta est ; od ingressa, oculos ad cœlum erexit, et ait : Tu, Domini nostri Jesu Christi, me adjuva, ut ab nibus eripiar. Tu, qui Petrum in carcere ad- i, eumque ab injuria liberum illinc eduxisti, hinc ab injuria incolumem educas, ut omnes ɑt, meque servam tuam esse cognoscant.

A V. Turbæ autem illæ eam, ut lupi agnam, circumdantes, certatim studebant pro se quisque ad eam ingredi, et ut canes in feram aliquam, et accipitres in columbam, ita in eam turbæ inhiantes ingredi festinabant. Cæterum neque tunc Christus ipse cessabat, sed cum quemdam ex Fratribus præparasset, ad eam illum misit. Quidam enim religiosissimus Frater, qui Dei negotia tractare optime didicerat, et quemadmodum aliquem ex Dei voluntate divitem fieri deceret, bene noverat, ille cum e rebus bonis semper aliquid amplius appeteret, et sibi comparare studeret, duplicem martyrii coronam sibi conciliavit, et regnum cœlorum hoc modo rapuit. Cum enim militari habitu se induisset, primus ad eam ingressus est, quasi unus ex impudentium et intemperan-
B tium hominum numero esset. Ejus igitur hominis novam et peregrinam figuram sancta illa virgo Theodora cum vidisset, fuit perterrita ; ea enim res multum injuriæ ac turpitudinis præ se ferebat. Quamobrem ancipiti et dubio animo carceris angulos circumibat, secum cogitans, num a Christo ipso relicta esset.

VI. At sanctus Didymus (ita enim vocabatur) ut germanus frater, incipiens eam affari : Non sum, inquit, id, quod vides. Exstrinsecus enim lupus videor, intus vero sum ovis mansueta. Ne spectes exteriorem hanc vestem, sed interiorem et promptum animi affectum consideres. Frater enim sum in aliena figura, contra diabolum sapiens, eorum quidem veste indutus, qui sunt illius ministri, ut
C ita huc ingrediens non agnoscerer (erant enim qui huc venientem speculabantur) et Domini mei pretiosam possessionem, et Dei columbam eam servare possem. Sed age vestem mutemus ; tibi Deus ipse victoriam largitur : me vero coronat sanctus, et qui sine macula est, Agnus ille, qui tollit peccata mundi. Exi tu, et, ad Dominum ito : Ego propter Dominum hic remanebo. Hac mea veste, quam timebas, induaris. Esto tu pro me, ut est ab Apostolo dictum [1] : « Estote ut ego, quoniam et ego ut vos. » Ille quidem hæc dicebat : Theodora vero libenter ei obtemperabat. Novit enim ab illo ipso Deo, qui misit in lacum leonum prophetam Habacuc, ut Danieli [2], qui et ipse propheta erat, cibum impartiret, quique et leonum ora obstruxit, militem illum tunc ad se missum, ut ipsius habitu occultata, et illinc
D erepta servari posset.

VII. Illa igitur virgo militis habitum sumpsit, ocreisque, quibus antea miles uti consueverat, crura sua contexit : cumque reliqua veste se induisset, capiti galeam imposuit, ejusque armis acceptis, illo ipso, quem, qui ei astiterat præcepit, ornatu induta egressa est. Admonita etiam fuit, ne quem aspiceret, propter eorum luporum impudentiam atque audaciam, neve aliquem alloqueretur : sed recta ad portam tenderet, et Jesum ipsum viæ ducem sibi proponeret. Et illa quidem illinc egressa,

alat. IV, 12. [2] Dan. XIV, 32 *seqq.*

ut columba quædam alas quatiens, atque in cœlum tendens, ex accipitris ore, vel agna e leonum faucibus, evasit. Frater vero ille sedebat, de sorore non amplius sollicitus, et spirituale prandium exspectans. Cumque se capitis tegumento induisset, eo in loco sedebat. Erat autem ita coronatus, ut si adversarium ipsum vicisset. Intervallo autem temporis, quidam ex insanientium numero intemperantiæ servus, ita ut erat impudens, illuc tanquam ad virginem ingredi ausus, cum virum pro virgine offendisset, mente perculsus secum ipse dicebat: Nunquid virgines in viros transfert Jesus iste? Miles ille, qui ante me huc ingressus est, exiit. Quisnam igitur hic est, qui sedet? Ubinam virgo illa, quæ hic inclusa erat? Audivi aliquando a Jesu ipso aquam in vinum conversam: nunc majus quiddam video: virginem enim in virum mutavit. Timeo ne et me in mulierem convertat. Ille vero cum opportune sororem eripuisset, factum suum non occultavit: sed clara voce: Non mutavit, inquit, me Dominus, sed et mihi et illi coronam dedit. Quam igitur habebatis, eam non habetis; quique vobis non erat, eum nunc habetis. Virgo illa, virgo est, ut antea, miles vero Christis Jesu athleta nunc est.

VIII. Egressus igitur, qui fuerat paulo ante ingressus, quod factum erat, nuntiavit. Id autem judex audiens, jussit eum ante tribunal sisti. Quem præsentem cum vidisset, eum interrogans ait: Quodnam tibi nomen est? Didymus, inquit ille, ego appellor. Tum judex: Et quisnam tibi suggessit, ut istud faceres, ac me contemneres? Cui Didymus: Deus me misit, ut hoc facerem. Confitere, inquit judex, antequam tormentis subjiciaris. Ubinam est Theodora illa virgo? Respondit illi: Per Christum Dei Filium, ubi ea sit, nescio. Illud scio, ac persuasum habeo, quod cum Dei sit serva, et Deum ipsum satis confessa fuerit, intacta permansit, quam Deus ipse incolumem et a labe puram servavit. Itaque quod factum est, non mihi, sed Deo ipsi tribuo; quoniam secundum fidem ipsius fecit illi Deus, quemadmodum et ipse nosti, si fateri velis. Tunc ait judex: Cujusnam sortis homo tu es? Christianus, inquit Didymus, ego sum a Christo liber factus. At judex: Cruciate istum vehementer duobus modis, propter ejus petulantiam. Peto, inquit Didymus, ut quod ab imperatoribus tuis jussus es, celeriter expedias. Cui judex: Per deos duplicia tormenta tibi reposita sunt nisi diis ipsis sacrifices. Quod si feceris, prius illud facinus tuum audax condonabitur. Ego, inquit Didymus, reipsa tibi ostendi, me Dei athletam esse: propter finem enim mihi repositum hoc facere aggressus fui, ut et virgo ipsa, virgo remaneret, et ego Dei confessionem manifeste profiterer; nam in Dei fide permanens, tormenta non sentiam. Itaque celeriter fac, quod videtur, non enim dæmonibus immolo. Nam et si in ignem me tradere volueris, illinc etiam Deus me potest eripere.

IX. Tunc illi judex: Tantæ audaciæ causa caput tibi abscindetur: et quoniam dominorum atque imperatorum nostrorum præceptum contempsisti, reliquiæ tuæ in ignem tradentur. Ad hæc Didymus: Benedictus, inquit, Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui consilium meum non despexit, sed et Theodoram ancillam suam integram servavit, et me per duo tormenta coronabit. Cumque sententiam a judice latam accepisset, securi percussus est. Quo facto, ejus corpus in ignem fuit conjectum. Martyrio autem functus est sanctus Didymus Nonis Aprilis, regnante in cœlis Domino nostro Jesu Christo: quoniam ipsi et gloria cum Patre et sancto Spiritu nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

MARTYRIUM S. THERMES

ET PHERBUTÆ EJUS SORORIS EJUSQUE ANCILLÆ.

(Anno 310. — Apud Surium ad diem 5 Aprilis. Græce non exstat in codd. Paris.)

I. Tempore nostræ persecutionis, regina repente in morbum incidit; quæ cum Judæorum crucis inimicorum esset studiosa, eosque libenter audiret, accesserunt ad eam atque dixerunt, Simeonis episcopi, cognomento Jombaphæ sorores, ut fratris necem ulciscerentur, venenum ipsi, quo interiret, miscuisse. Quod cum ad regis aures pervenisset, sancta Therme statim cum sorore et ancilla comprehensa est. Erat autem hæc virgo sacris in rebus exercitata: imo vero omnes erant in Jesu Christi fide optime institutæ. Habita de illis quæstio fuit in palatio. Maupta enim Magorum princeps cum duobus aliis principibus regis mandato judex fuerat constitutus. Cum autem sancta Therme cum duabus reliquis in judicium esset adducta, perspecta judices pulchritudine ipsius (erat enim forma admodum venusta) improbo singuli amore vehementer exarserunt: nemo tamen aliis rem indicavit. Sic igitur illas sunt allocuti.

II. Cur orbis terrarum reginæ ac dominæ veneficium parastis? Quo quidem crimine dignæ estis mortis supplicio. Hic sancta Therme respondens: Cur nos, inquit, in crimen vocatis, quod a veritate abest quam longissime? Cur nobis calumnias struitis? Si sanguinem nostrum sititis, quid vobis impedimento est, quominus illum bibatis? Si mortem

nostram optatis, ecce manus vestræ quotidie cædibus coinquinantur : et nos propter Deum nostrum malumus mori, quam ipsum abnegare : est enim vita nostra. Et quemadmodum scriptum est, ut unum Deum adoremus, et illi soli serviamus [1], sic etiam facimus. Et cum alibi scriptum sit : « Maleficos non sines vivere [2], » quomodo nos maleficæ, quæ scelus id gravius prope Dei abnegatione judicamus ? Utrique profecto crimini mors proposita est. Audiebant judices virginem cum voluptate et præ pulchritudinis atque sapientiæ ipsius admiratione loqui non poterant. Sed quisque secum ipse sic cogitabat : Regem hortabor, ut illas liberet ,et hanc mihi uxorem ducam. Mauptas autem : Vix tandem recte, inquit, dixisti, vobis non licere esse maleficis ; verum fraternæ mortis ulciscendæ causa id perpetrastis. Ad hæc virgo sancta respondit : Quid mali fratri nostro accidit, ut nos propter ipsum a Deo vivente vitam nostram sejungere debeamus ? Quamvis enim vos illum improbitate vestra et æmulatione interfeceritis, tamen vivit, et gaudet in regno cœlesti : quod quidem regnum, potentiam et imperium vestrum evertet. Quæ illa cum diceret, jusserunt eas in carcerem duci, et custodiri.

III. Diluculo autem misit ad eam Mauptas nuntium, qui diceret : Si vis, orabo regem, ut liberet vos a morte, et eris mihi uxor. Quibus verbis auditis, strenua virgo, etsi non potuit non commoveri, tamen ita respondit : Os tuum obstrue, canis immunde, inimice Dei, et omnis veritatis ; nec audeas amplius verbum impurum effundere in aures meas. Neque enim ista cogitatio cadit in mentem meam. Absit. Semel enim dicata sum Christo Domino, cui virginitatem meam servo, et fidem ac veritatem tueri studeo ; solus enim est sine peccato, et liberare me potest ab immundis manibus, et impuris cogitationibus vestris. Mori non timeo, nec ullum cædis genus reformido. Hæc enim via, quam mihi adornatis, me ducet ad charissimum fratrem meum Simeonem, ut dolorum et gemituum, quos post necem ipsius pertulit anima mea, solatium et consolationem accipiam. Miserunt itidem ad eam reliqui duo principes nuntios : quos illa pariter cum indignatione rejecit. Quamobrem cum se victos ab illa perspicerent, et cupiditatem suam inanem esse animadverterent, consilium inierunt, et falsum atque iniquum ad regem testimonium detulerunt, eas esse maleficas, asserentes.

IV. Quo rex audito, decrevit, ut nisi Soli immolarent, occiderentur. Quod quidem decretum cum ad eas perlatum esset, responderunt, se Deum cœli ac terræ effectorem adorare ; nolle autem honorem Deo debitum, Soli ab ipso procreato tribuere : nec ullis minis posse a charitate Salvatoris et Domini sui Jesu Christi revocari. Quæ cum dixissent sanctæ virgines, uno magi consensu magnaque voce A e terra tollendas pronuntiarunt, quod reginæ pharmaca præparassent, quibus interiret. Statim igitur rex hanc in eas sententiam tulit, ut quo mortis genere magi vellent afficerentur. Negabant enim homines impii atque impuri, fieri posse, ut regina convalesceret, nisi virginum corpora duas in partes ita dissecarentur, ut regina per medium illarum incederet. Sed Mauptas rursus, cum ad supplicium ducerentur, ad sanctam misit, qui diceret, si vellet sibi obsequi, curaturum, ut nec ipsa, nec reliquæ puellæ interficerentur. At virgo sancta, clara voce : Canis, inquit, immunde, cur hæc loqueris, quæ ego audire non possum ? Ad finem enim hujus vitæ pervenire cupio, ut perpetuo vivam. Absit, ut caducam hanc mihi vitam parem, qua morte peream B sempiterna.

V. Eduxerunt igitur illas extra civitatem, et pro unaquaque ipsarum binos palos ita defixerunt, ut uni eorum collum, alteri pedes eorum alligarent : et cum eas sic extendissent, assumpta serra fabrili, singulas in binas partes dissecuerunt. Et terna ligna procera in una parte viæ, terna in altera constituerunt, illisque sanctarum virginum corpora suspenderunt. O spectaculum horrendum ac miserabile, spectaculum lacrymis, luctu, stupore et gemitu prosequendum. Si quis lacrymas non habet, accedat, et erumpent ex oculis ejus fontes lacrymarum. Ecce corpora candida et sancta tropæum in via constituerunt, in quibus illæ omni vitæ suæ tempore gravitatem et virginitatem coluerunt. Li- C bertas in ignominiam versa est earum, quæ modestiam et æquitatem in proprio thalamo exercebant. Ecce gloria mutata est in contumeliam. Quandiu quiescet et exspectabit divina justitia ? Sed cum ad judicandum exsurget, non parcet amplius, nec miserebitur. Quam multa audet superbia : quæ tamen cum ceciderit, nec consurget, nec habebit ubi consistat. Hæc profecto sanctarum ligna fructus justitiæ ferunt. Vere isti sunt Arabiæ lupi crudeles, bibentesque sanguinem, qui virgines has secuerunt ac suspenderunt. De ipsis cogitabat beatus Propheta cum diceret : « Viventes utique absorbuissent nos. Cum irasceretur furor eorum in nos, viventes ad inferos deduxisset nos [3]. » Quis tam horribili facinore lætari potuit ? Quis tam immane spectaculum sine lacrymis intueri ? Nemo profecto. Aut si quis D potuit, is ab hominis natura est alienus, nec ex genere Adam profectus est.

VI. Tulerunt igitur infelicem Reginam, quæ in ea via per sanctarum corpora transiit, magna illam caterva prosequente. Rex enim diem illum celebrabat. Martyrio coronata est sancta Therme, cum sorore et ancilla, Nonis Aprilis in Christo Jesu Domino nostro ; cui gloria cum sanctissimo Patre, et benignissimo ipsius Spiritu vitæ largitore, nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

[1] Deut. VI, X. [2] Exod. XXVIII, 18. [3] Psal. CXXIII, 4.

S. CALLIOPII VITA

ET MARTYRIUM.

(Latine apud Surium ad diem 7 Aprilis. Græce in cod. Paris. non invenimus.)

I. Theoclia mulier quædam pia, ac timens Deum cum tota familia sua, multas faciebat eleemosynas, et sancte vivebat. Hæc viro nupsit senatorio, qui nullos ex ea, quoniam erat sterilis, liberos suscipiebat : Dei tamen munere tandem concepit. Sed cum adhuc uterum gereret, maritus ejus defunctus est. Quamobrem in magna opulentia filium peperit, et Calliopium appellavit, qui in omni divinarum Litterarum sapientia educatus est. Erat autem Pergæ Pamphyliæ patricius; verum cum eo tempore contigisset, ut idololatriæ error vigeret, et veritas conderetur, et multi sacrificarent idolis, sanctus Calliopius assidue jejuniis et precationibus incumbebat. Quod cum ad judices delatum esset, beata mater ejus Theoclia consuluit filio, ut vitandi judicii causa, aurum, vestimenta, servosque sumeret, et illinc navigaret. Pompeiopolim igitur Ciliciæ se contulit, ubi cum impius præfectus Maximus Bacchanalia, et ludos, et choreas, et convivia idolis celebraret, admirabatur pius adolescens, quænam illa essent. Ipse enim jejuniis perpetuo vacabat. Ab illis igitur, qui aderant, percontatus est, quid illud esset. Qui cum respondissent, deorum esse celebritatem : Veni, inquiunt, et tu, ut convivii particeps fias. Ab ille : Christianus, inquit, sum, et Christum jejuniis celebro, nec quæ sunt flagitiosis atque impuris idolis immolata licet in os eorum, qui Christum colunt, ingredi.

II. Hæc cum ad aures præfecti pervenissent, iracundia plenus, jussit eum in judicio sisti. Quod cum esset factum : Ecquod, inquit Maximus, nomen est tibi ? Christianus sum, inquit, et Calliopius vocor. Cur, ait Maximus præfectus, cum per orbem universum deorum celebritas peragatur, tu in isto errore persistis ? Vos, inquit, Calliopius, errore tenebrisque versamini, qui, relicto Deo vivente, qui cœlum et terram, et quæ in eis sunt omnia verbo procreavit, saxa sensus expertia, et ligna putrida, quæ sunt manuum impiarum opera, colitis et adoratis. Adolescentia, inquit præfectus, te petulantem reddit, et magnos tibi cruciatus parat. Dic igitur, e qua gente sis, et ex quo genere. E Pamphylia sum, inquit Calliopius, et patricius genere, et, quod nobilissimum est, Christianus. Dic mihi, præfectus inquit, parentes habes ? Mater, respondit Calliopius, superest ; nam pater jam diu defunctus est. Per solem ac deos omnes, præfectus inquit, si vis esse pius et diis immolare, filiam, quam unicam habes, tibi uxorem dabo. Si uxorem, inquit Calliopius, dicere decrevissem, non prius filiam tuam acciperem, quam mater mea id sciret et approbaret. Verum sic habeto, me Christo meo credidisse, et pulverem hunc, quem Deus conflavit, et ad similitudinem suam fecit, purum et sine macula ante Christi tribunal sistendum esse. Quamobrem fac, quæ tibi videntur : ego enim Christianus sum.

III. Scelestissime, inquit Maximus præfectus, istiusmodi verbis futurum putas, ut ira commotus, te celeri supplicio necandum curem ? Falleris. Neque enim id faciam : sed corpus tuum omni cruciatuum genere confectum, in ignem conjiciam. Quanto, inquit Calliopius, pluribus me tormentis excruciabis, tanto mihi ea perferenti corona splendidior contexetur. Nemo enim, ut scriptum est [1], coronabitur, nisi legitime certaverit. Tunc Maximus jussit ut ei vincto plumbatis virgis omnia ossa confringerentur. Beatus autem Calliopius, dum vapularet : Gratias, inquit, ago tibi, Christe, quia dignus effectus sum, qui propter nomen tuum verbera sustinerem. Mihi, inquit Maximus præfectus, obtempera et diis immola, ut patriam videas, et matrem tuam, et ne spolieris divitiis ac fortunis tuis. Tormentorum enim sentis acerbitatem. Dulcedinem, inquit Calliopius, promissæ a Christo quietis degusto, et tormenta non sentio. Nec in aliena regione me esse puto, cum Domini sit terra, et plenitudo ejus [2]. Et hic quoque patriam cerno, matremque meam. Nam mater mea, est Christi Ecclesia sacrosancta : et patria mea, est cœlestis illa Jerusalem. Nostra enim conversatio in cœlis est [3]. Quod si mihi corpoream matrem objicias, audi quid Christus Deus meus dicat : « Qui amat patrem aut matrem plusquam me, non est me dignus [4]. » Nam quod ad divitias pertinet, eas negligo, et malo Christi cruce affligi, quam caducis stulti mundi deliciis frui.

IV. Maximus præfectus : Quam est, inquit, excors. Crudis nervis ventrem ejus cædite, dicentes : Noli unum pro alio stulte respondere, sed apte ad interrogata. Insane, inquit Calliopius, et quavis fera crudelior, et a Christi pietate, qui in cœlis est, alienе, tibi veritatis rationem expono, quam tu animi oculis non cernis, aures occludens, ne Domini ser-

[1] II Tim. II, 5. [2] Psal. XXIII, 1. [3] Philipp. III, 20. [4] Matth. X, 37.

ım exaudias, et contra legum præscripta jubes anquam homicidam, verberari ? Rotam, in- ɔræfectus, collocate et magnum ignem succte. Rotæ tanta vi alligatus est adolescens, ut discerperetur. Quo quidem cruciatu cum acerıe angeretur : Christe, inquit, præsto sis serɔ, ut ad finem usque laudetur in me nomen , quamvis indignus sim servus tuus : et coent omnes, eos, qui in te sperant, non conin æternum. Statim igitur accedens angelus ammam carbonum exstinxit : et ministri, ellent rotam volvere, non poterant. Delicata ipsius membra totam rotam sanguine consper- . Erat enim acutis gladiis circummunita. autem præfectus eum solvi, et a rota dimo- ;pectatores dicebant, judicium illud iniquum t dolebant, quod talis adolescens tam acerbe ıretur. Sed Maximus : Nonne, inquit, dixi ı adolescentia esse petulantem, et propterea ıribus cruciatibus affectum iri? Canis, inquit ɔius, impudentissime, tu me sic alloqueris, crudelissima recusem aut deprecer tormenta ıfelix, inquit præfectus, credis te contumeliis rum, ut te celerius occidendum curem. Veaud ita erit. Diis igitur immola, ut quæ relint, tormenta lucrifacias. Non permittet, inılliopius, Christus meus, ut puram meam in fidem pervertas. Arbitratu tuo corpus excrucepturus a Deo in die judicii merita præmia. nim mensura metiris, eadem remetietur tibi. ı, inquit Maximus, catenis vinctum in interioırcerem conjicite ; nemo curam illius gerat; mpiorum amicorum ad eum accedat ; beaı putet ob ea tormenta, quibus propter ipsius ıtem adversus deos affectus est. Statim igiinctus in carcerem interiorem conjectus est, ıe intermissione Deum laudabat.

is auditis, mater, facto testamento, ducenquinquaginta servos libertate peculioque donasquidquid auri, aut argenti, aut vestimentoabebat pauperibus reliquit; possessiones auecclesiæ sanctæ largita est. Tum celeriter in m ad sanctissimum filium suum Calliopium dit : et in carcerem ingressa, procidit ante ejus, et vulnerum cruorem abstersit. Sanctus autem Calliopius catenis, et corporis tumore ex verberibus contracto, cohibebatur, quominus posset assurgere, et ad matrem accedere. Sed ita locutus est : Opportune venisti, mater, ut testis esses Christi cruciatuum. Mater autem filii corpus aspiciens dilaniatum : Beata ego, inquit ad sanctissimum filium suum Calliopium, et beatus fructus ventris mei, quoniam, ut Anna, dicavi te sacrum munus Domino Jesu Christo : ut Sara obtuli te Deo holocaustum gratum, et acceptum Domino sacrificium. Mansit autem totam noctem illam in carcere ad ipsius pedes postrata. Simul autem ambo precabantur, et laudabant Deum. Et circa mediam noctem magna lux carcerem illustravit, et vox eos sic allocuta est : Vos estis sancti Dei et Christi confessores, eversoresque idolorum, qui patriam et pecunias reliquistis, ut cum Christo pateremini.

VI. Cum autem illuxisset, præfectus : Voca, inquit, Christianorum sectæ studiosum Calliopium. Demetrius autem centurio ad Calliopium : Nunc saltem, inquit, ab insania discede, et imperatorum decretis obtemperans, diis sacrifica, ut vivas : alioquin ut Magister tuus suffigeris in crucem. Admiror, inquit Calliopius, impudentiam tuam, qui cum sæpe ex me audieris Christianum me esse, et Christianum esse moriturum, et in Christo victurum, tam impudenter pergas veritatem oppugnare. Festino eamdem, quam Magister meus pertulit, mortem oppetere. Hæc cum ille dixisset, præfectus ex responsis martyris animadvertens eum a proposito deduci non posse, sententiam tulit, ut quinta Sabbatorum Paschæ in crucem ageretur. Quod mater ejus intelligens, quinque nummos ministris dedit, ut eum contraria ratione, quam Christus Dominus crucifixus fuit, affigerent cruci. Quinto igitur Sabbatorum pronus in caput crucifixus est, et die Parasceves animam egit. Et vox de cœlo audita est, ita sonans : Veni, civis Christi, et cohæres sanctorum angelorum.

VII. Mater vero sanctissimi ac beatissimi filii corpus complexa, et Christum laudans, in ejus complexu spiritum reddidit. Et accedentes fratres, eorum corpora in loco sacro sepelierunt, collaudantes Patrem et Filium et Spiritum sanctum, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΚΑΙ ΕΝΔΟΞΩΝ

ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ΜΑΡΤΥΡΩΝ

ΤΕΡΕΝΤΙΟΥ, ΑΦΡΙΚΝΟΥ, ΜΑΞΙΜΟΥ, ΠΟΜΠΙΟΥ

ΚΑΙ ΤΗΣ ΣΥΝΟΔΙΑΣ ΑΥΤΩΝ ΤΟΝ ΑΡΙΘΜΟΝ Μ'.

—

MARTYRIUM

SS. TERENTII, AFRICANI, MAXIMI, POMPII

ET SOCIORUM QUADRAGINTA.

(Anno 420. Latine apud Surium ad diem 10 Aprilis : Græce ex cod. Reg. Paris n. 1534. sæc. XII.—Interpres textum habuit ab eo quem edimus in nonnullis discrepantem. EDIT. PATR.)

—

I. Decius Romanorum imperator, idolorum studio cupiens omnes in exitii barathrum pertrahere (erat enim filius diaboli) in universas imperio subjectas provincias edictum misit, ut omnes Christiani ad immolandum et comedendum ea, quæ idolis essent immolata, pertraherentur. Quod si qui recusarent, in judicium vocati plecterentur. Decretum hoc cum in Africam ad præfectum Fortunatianum esset perlatum, ipse sedens in tribunali, populum convocavit, et sic est allocutus : Diis immolate, alioqui suppliciis afficiemini. Et, his dictis, tormenta in medium proferri jussit. Quibus conspectis, multi perterriti præfecto obtemperarunt, et a Christi religione defecerunt. Quidam tamen ex ipsis, numero quadraginta in Christi fide fortiter mori decreverant, seque mutuo ita cohortabantur : Videte fratres, ne Dominum nostrum Jesum Christum abnegemus, ne ipse quoque abneget nos. Mementote Dominum olim dixisse : « Nolite timere eos, qui corpus occidunt animam autem non possunt occidere. Timete potius eum, qui potest animam et corpus perdere in gehennam [1].»

A'. Βασιλεύοντος Δεκίου τοῦ παρανομου τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς καὶ βουλομένου αὐτοῦ πάντας τῇ ἰδίᾳ θρησκείᾳ ἑλκύσαι καὶ εἰς βάραθρον ἀπωλείας ἐμβαλεῖν (πατέρα γὰρ ἔσχε τὸν Σατανᾶν), ἐξαπέστειλεν εἰς πᾶσαν τὴν ὑποτεταγμένην αὐτῷ βασιλείαν προστάγματα ἐγγράφως, ὥστε πάντας τοὺς ἐπικαλουμένους τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ καθελκῦσαι εἰς τὴν μιαρὰν προσκύνησιν τῶν εἰδώλων · εἰ δέ τινες ἀντιλέγοιεν, τούτους τῷ δικαστηρίῳ παραδίδοσθαι, καὶ μετὰ πολλῶν βασάνων καὶ αἰκισμῶν τῇ τελευταίᾳ τοῦ θανάτου ὑπάγεσθαι ψήφῳ. Ἐξαπέστειλε δὲ τὸ πονηρὸν αὐτοῦ καὶ ἀσεβὲς δόγμα καὶ τῷ ἡγεμόνι Φουρτουνάτῳ τῷ ἐν τῇ Ἀφρικῇ · καὶ φθάσαντος τοῦ βασιλικοῦ προστάγματος πρὸς τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ, ἐδέξατο ἡγεμὼν τὰ βασιλικὰ γράμματα. Ἀναγνοὺς οὖν αὐτὰ καὶ καθεσθεὶς ἐπὶ τοῦ βήματος, εὐθέως προσέταξε συλλειφθῆναι τὸ πλῆθος τῆς πόλεως · τῶν δὲ συλλειφθέντων, ἔφη πρὸς αὐτούς · Δέκιος ὁ αὐτοκράτωρ κελεύει, ἵνα θύσητε ἅπαντες τοῖς θεοῖς · εἰ δὲ μήγε, μέλλετε κακῶς καὶ πικρῶς ἀποθνήσκειν. Ταῦτα εἰπὼν προσέταξε καὶ τὰ βασανιστήρια ἅπαντα προτεθῆναι. Τῶν δὲ προτεθέντων, πολλοὶ τῶν θεωρησάντων τὸ πλῆθος τῶν κολαστηρίων, ἐκ μόνης τῆς θέας δεδοικότες τὴν ἀπειλήν, ἐπείσθησαν τῷ τυράννῳ καὶ ἀποστάντες ἀπὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ πίστεως, προσεκύνησαν τοῖς εἰδώλοις. Τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν, τὸν ἀριθμὸν τεσσαράκοντα, συνέθεντο μᾶλλον ἐν γενναιότητι τελειωθῆναι ἐν τῇ πίστει τοῦ Χριστοῦ, καὶ πρὸς ἀλλήλους ἔλεγον μετὰ θάρσους · Ὁρᾶτε, ἀδελφοί, μὴ ἀρνησώμεθα τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ἵνα μηδὲ αὐτὸς ἀρνήσῃ ἡμᾶς · γνῶτε, ὅτι ἤδη εἶπεν ὁ Κύριος · « Μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμέων ἀποκτεῖναι φοβήθητε δὲ μᾶλλον τὸν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ. »

II. Fortunatianus ad hos : Video, inquit, vos viros et ætate perfectos, et sapientia præditos : quamobrem miror, cur vos ejusmodi dementiæ tradideritis, ut unum Deum et regem dicatis, quem Judæi, ut hominem sceleratum, crucifixerunt. Re-

B'. Τούτοις οὖν τοῖς λόγοις ἀλλήλοις θαρσοποιοῦντες οἱ ἅγιοι, ἔφη πρὸς αὐτοὺς ὁ ἡγεμών · Ἄνδρες βέλτιστοι, θεωρῶ ὑμᾶς ἐν ἡλικίᾳ καλῇ καὶ τελείᾳ κεκοσμημένους ὄντας καὶ λογῳ σεσοφισμένους · καὶ θαυμάζω, πῶς τοιαύτῃ ἀπιστίᾳ ἑαυτοὺς ἐξεδώκατε,

[1] Matth. x, 28.

ἕνα μόνον Θεὸν ὁμολογοῦντες τὸν Χριστόν, ὄντινα ἄνθρωπον ὄντα, ὡς κακοῦργον, οἱ Ἰουδαίων παῖδες ἐσταύρωσαν. Τότε ὁ ἅγιος μάρτυς τοῦ Χριστοῦ Τερέντιος, στόμα τῶν πάντων γενόμενος, εἶπεν οὕτως· Εἰ ᾔδεις, ὦ ἡγεμόν, τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν δύναμιν τοῦ ἐσταυρωμένου, κατέλειψας ἂν τὴν τῶν ματαίων εἰδώλων πλάνην, καὶ αὐτῷ μόνῳ προσεκύνεις καὶ ἐθεράπευες, τὸν ὄντα Υἱὸν εὐεργέτην ἐκ Πατρὸς ἀγαθοῦ καὶ εὐεργέτου, τὸν πλούσιον καὶ εὔσπλαγχνον καὶ ἐλεήμονα, ὃς νεύματι καὶ βουλήματι τοῦ Πατρὸς εἰς γῆν καταβὰς καὶ τὴν θεότητα αὐτοῦ ἀνθρωπινῇ φύσει ἐνδύσας ὑπέμεινε σταυρὸν καὶ θάνατον διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν. Ὁ δὲ ἡγεμὼν ἀκούσας ταῦτα, λέγει πρὸς τοὺς ἁγίους· Θύσατε προθύμως· ἢ ἀψάμενος ὑμῶν τῶν μελῶν, τελείως ὑμᾶς ἀφανίσω. Ὁ ἅγιος Τερέντιος εἶπεν· Νομίζεις, ὦ τύραννε, φόβῳ δελεάσαι ἡμᾶς; Οὐχ οὕτως ἀνανδροί ἐσμεν, ἵνα καταλείψαντες τὸν τῆς ζωῆς χορηγὸν προσκυνήσωμεν θεοὺς ἀλλοτρίους. Ἀλλὰ πρᾶττε συντόμως, ὅ βούλει πράττειν καθ' ἡμῶν· ἡμεῖς γὰρ τελείως τὸν γενναῖον ἡμῶν λογισμὸν ἠδρασμένον ἔχομεν εἰς Χριστόν. Τότε θυμωθεὶς ὁ ἡγεμὼν ἐκέλευσε περιαιρεθῆναι αὐτῶν τὰ ἱμάτια καὶ ἄγεσθαι αὐτοὺς καὶ μὴ βουλομένους εἰς τὸν ναὸν τῶν εἰδώλων. Ἦσαν δὲ τὰ εἴδωλα ἅπαντα περικεχρυσωμένα καὶ ἐστολισμένα κόσμῳ πολυτελεῖ καὶ λαμπρῷ. Καὶ εἰσελθὼν ὁ ἡγεμὼν εἶπεν αὐτοῖς· Θύσατε τῷ μεγάλῳ θεῷ Ἡρακλεῖ· πάντες ἴδετε τὴν δόξαν καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ. Ὁ ἅγιος Τερέντιος εἶπεν· Πλανᾶσαι, ὦ ἡγεμόν, μὴ εἰδὼς τὸ συμφέρον σοι· οὗτοι γάρ, οὓς λέγεις θεούς, λίθοι εἰσὶ καὶ ξύλα καὶ χαλκὸς καὶ σίδηρος· κεκόσμηνται δὲ χρυσῷ καὶ ἱματισμῷ πολυτελεῖ πρὸς τὸ πλανᾶσθαι τοὺς ἀνοήτους ἀνθρώπους ὑπ' αὐτῶν, τοῦ ἀποστῆναι μὲν τῆς αἰωνίου ζωῆς, τῷ πυρὶ δὲ παραπεμφθῆναι· οὔτε γὰρ βλέπουσιν οὔτε λαλοῦσιν οὔτε ἀκούουσιν, ὑπὸ γὰρ ἀνθρωπων γλυφέντες καὶ χωνευθέντες, καὶ εἰς εἶδος ἀνθρώπων τυπωθέντες, μεταφέρουσιν εἰς τὴν ἄθεον τούτων ἔννοιαν τοὺς πειθομένους αὐτοῖς· Ὅμοιοι δὲ αὐτῶν εἰσιν οἱ ποιοῦντες αὐτὰ καὶ πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτοῖς. » Εἴπατε δὲ ἡμῖν, ἄρα οἱ θεοὶ ὑμῶν, οὓς λέγετε, δύνανται ἑαυτοῖς βοηθῆσαι ἢ ἀμείψασθαί τινι ἀμυνομένῳ αὐτοῖς; Εἰ οὖν αὐτοῖς βοηθῆσαι οὐ δύνανται, πῶς ὑμῖν βοηθήσωσι;

Γ'. Ταῦτα ἀκούσας ὁ ἡγεμὼν καὶ ἐμμανὴς γενόμενος σφόδρα, ἐκέλευσε τὸν μακάριον Τερέντιον καὶ Ἀφρικανὸν, Μάξιμόν τε καὶ Πόμπιον ἐν τῇ φρουρᾷ βληθῆναι τῇ ἐνδοτέρᾳ καὶ μετὰ πάσης ἀσφαλείας τηρεῖσθαι αὐτοὺς, εἰπών· Ἐν τῇ μελλούσῃ προόδῳ ἀκούσω αὐτῶν. Τοὺς δὲ περὶ τὸν μακάριον Ζήνωνα, καὶ Ἀλέξανδρον, καὶ Θεόδωρον, ὄντας τὸν ἀριθμὸν λς', προσέταξεν τῷ βήματι ἀχθῆναι καὶ λέγει αὐτοῖς· Μηδὲν ὠφεληθέντες ἐκ τῆς προτέρας ὑμῶν ὁμολογίας, κἂν νῦν πείσθητέ μοι καὶ θύσατε τῷ μεγάλῳ Θεῷ Ἡρακλεῖ. Οἱ δὲ ἅγιοι ἀποκριθέντες εἶπον· Ἡμεῖς πολλάκις σοι εἴπομεν περὶ τούτου· ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν προτέρων ἐπερωτήσεων ἔγνως, ὅτι Χριστιανοί ἐσμεν τέλειοι, καὶ οὐ πείθεις ἡμᾶς προσκυνῆσαι εἰδώλοις ἀκαθάρτοις ποτέ· τὸ λοιπὸν ποίει ἐν τάχει, ὅ βούλει, εἰς ἡμᾶς. Ὁ ἡγεμὼν εἶπεν· Οὐ πείθεσθέ μοι παρακαλοῦντι ὑμᾶς; ἀναγκάζομαι οὖν τὸ κελευσθέν μοι παρὰ τῶν ἀηττήτων βασιλέων

A spondit omnium nomine sanctus martyr Terentius: Si nosses, præfecte, Crucifixi virtutem, relictis idolorum erroribus ipsum coleres et adorares. Est enim Filius Dei, benignus, dives, clemens et misericors, qui Patris nutu et voluntate in terram descendit, divinitatemque suam humanæ naturæ conjunxit, et pro salute nostra crucem subire voluit. Fortunatianus, his auditis, dixit ad eos: Immolate: alioqui membra vestra comburens, delebo vos. Putas, inquit Terentius, nos terrore commotos sententiam mutaturos? Non adeo sumus ignavi, ut, relicto vitæ Largitore, deos alienos adoremus. Fac igitur celeriter, quod tibi libet, adversum nos, quoniam strenui et constantes Christi cultores sumus. Indignatus præfectus, jussit eos, vestimentis detractis B in idolorum templum trahi. Idola autem auro argentoque et pretiosis erant vestibus exornata. Ingressus Fortunatianus, dixit eis: Magno deo Herculi sacrificate. Gloriam enim et potestatem ejus conspicitis. Erras, inquit Terentius, et ignoras id, quod tibi utile est. Dei enim isti tui, lapides sunt, et ligna, et æs, et ferrum. Ornati autem sunt auro, ut homines decipiant, et abducant ab æterna vita. Nam ipsi quidem non vident, nec loquuntur, nec audiunt, nec ambulant: quippe qui ab hominibus sculpti conflatique sunt, et in hominum speciem conformati, ut ad hanc impiam cogitationem eos, qui sibi parent, convertant: « Similes enim eorum sunt, qui faciunt ea et omnes, qui confidunt in eis[2].» Dicite, quæso: Isti quos deos asseritis, C possuntne sibi ipsis opitulari, et eos, a quibus læduntur, ulcisci? Quod si ipsi auxilio esse non possunt, quomodo nobis opitulabuntur?

III. Hæc audiens præfectus, jussit Terentium, et Africanum, et Maximum, et Pompeium in carcerem interiorem detrudi, et omni diligentia custodiri, Cras, inquiens, audiam illos. Beatum autem Zenonem, et Alexandrum, et Theodorum cum reliquis D sociis, qui erant omnes numero triginta sex, ad tribunal adductos sic alloquitur: Cum ex priori vestra contentione nihil utilitatis perceperitis, parete mihi, et magno deo Herculi immolate. At illi: Sæpius jam, inquiunt, diximus, nos esse Christianos, id quod ex superioribus quæstionibus intelligere potuisti: nec tu nobis unquam persuadebis, ut idola impura colamus et adoremus. Facile enim possumus, quidquid in hanc sententiam dixeris, confutare. Non vultis, inquit præfectus, cohortationes meas audire? Atqui invictorum imperatorum jussa facere cogemini. Et jussit eos asperis virgis et nervis vapulare. At illi, sublatis in cœlum mani-

[2] Psal. CXIII, 8.

bus, una omnes et clara voce dixerunt: Aspice, Domine, et adjuva servos tuos, et libera nos ab adversario. Quibus auditis, magis adhuc eos virgis cædi imperavit, donec multi satellites unus post alium eos verberando defessi sunt, et lora ac virgæ defecerunt. Rursum autem jussit eos fustibus cædi. Verum licet omnia ipsorum viscera conterentur, adeo tamen hilares ac læti erant fortium martyrum vultus, ut omnes sanctorum patientiam atque constantiam admirarentur.

A ποιῆσαι, καὶ ἄλλως ὑμῖν προσευχθῆναι. Καὶ αὐτὸς ἐκέλευσεν αὐτοὺς τύπτεσθαι μετὰ ῥάβδων ἀγρίων καὶ βουνεύρων ὠμῶν. Οἱ δὲ ἅφιοι μάρτυρες τυπτόμενοι, ἀπλώσαντες τὰς χεῖρας αὐτῶν εἰς τὸν οὐρανὸν, φωνῇ μεγάλῃ εἶπον· Κύριε ὁ Θεὸς, ἔπιδε ἐφ' ἡμᾶς τοὺς δούλους σου, καὶ βοήθησον ἡμᾶς, καὶ λύτρωσαι ἡμᾶς ἐκ τοῦ ἀντικειμένου. Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ ἡγεμὼν, ἔτι μᾶλλον προσέταξε ῥαβδίζεσθαι αὐτοὺς, ἕως οὗ ἠλλαξεν ἕκαστος ἀνὰ δέκα κεντυρίωνας τυπτομένων δὲ αὐτῶν ἐπὶ πολὺ καὶ τῶν σαρκῶν αὐτῶν καταξαινομένων καὶ τοῦ αἵματος τῇ γῇ προσρέοντος, οἱ λῶροι καὶ αἱ ῥάβδοι ἐδαπανήθησαν· καὶ πάλιν ἐκέλευσεν ὁ παράνομος ξύλοις ἀγρίοις τύπτεσθαι αὐτοὺς, ὡς λοιπὸν καὶ τὴν ἔνδοθεν οἰκονομίαν τῶν σπλάγχνων αὐτῶν διαφανῆναι. Τοιαῦτα δὲ ἐγένοντο φαιδρὰ τὰ πρόσωπα τῶν ἁγίων τοῦ Χριστοῦ μαρτύρων, ὥστε πάντας θαυμάζειν τὴν ὑπομονὴν καὶ καρτερίαν αὐτῶν.

IV. Postquam igitur cæsi fuerunt, dixit ad eos præfectus: Immolate, et liberabo vos. Sancti autem tacebant. Sed præfectus iratus, pyras incendi jussit, et terga eorum aduri, cum ea prius aceto et sale conspersa essent. Tunc sancti Dei martyres suspicientes in cœlum dixerunt: Domine Deus noster qui tres pueros, Ananiam, Azariam et Misaelem de camino ignis liberasti, nec eos lædi permisisti: qui Danielem ex ore leonum eripuisti, et de manu Pharaonis Mosem servasti: et sanctam Theclam ab igne, et theatro, et feris ac bestiis marinis defendisti: qui amicis tuis perfectum regnum largitus es: qui Filium tuum Dominum nostrum Jesum Christum a mortuis excitasti: qui multa variaque dona nobis dedisti: qui lucem procreasti, et cœlum sicut pellem extendisti[3]: qui stellas dinumeras[4], et suis eas nominibus vocas: qui in fines terræ misisti veritatem: exaudi nos supplices, et ex calamitatibus libera: quoniam tua est gloria in sæcula sæculorum. Amen. Cum precandi finem fecissent, præfectus ira desæviens, jussit eos suspensos dilacerari. Quod quidem dum fieret, sanguinis rivi ex eorum corporibus defluebant. Neque tamen cruciatuum acerbitate commovebantur. Deus enim confirmabat eos, et robur ac fortitudinem subministrabat. Præfectus autem ad eos: Persuaseruntne vobis tormenta, ut ab insania recedatis? an adhuc in impietate vestra permanetis? Illi nihil responderunt. Ad vos, inquit rursum præfectus, hæc loquor. At sancti Dei martyres suspicientes in cœlum, ita locuti sunt: Deus omnipotens, qui Sodomorum urbem propter ipsorum nequitiam igne succendisti, et in solitudinem redegisti, hoc etiam impiorum domicilium nunc propter justitiam tuam everte. Cumque Christi signum frontibus suis impressissent, insufflarunt adversus idola, et ea statim confracta in pulverem redegerunt. Tunc sancti martyres ad præfectum: Cernis, inquiunt, deos tuos? Ubi est robur ipsorum? potueruntne sibi ipsis opitulari? Haud multo post autem et templum corruit. Cujus eversione indignatus præfectus, jussit, ut sancti martyres capite plecterentur. Qua illi sententia læti, collaudabant Deum et gaudentes

Δ'. Μετὰ δὲ τὸ σφοδρῶς τυπτηθῆναι, εἶπε πρὸς αὐτοὺς ὁ ἡγεμών· Θύσατε, κατάδικοι, καὶ ἀπολύω ὑμᾶς παραχρῆμα. Οἱ δὲ ἅγιοι ἐσιώπων. Τότε θυμωθεὶς ὁ ἡγεμὼν ἐκέλευσε πυρωθῆναι ὀβελίσκους καὶ κατακαῦσαι αὐτῶν τοὺς νώτους, εἶθ' οὕτως ἅλας B δριμὺ καὶ ἅλας ῥαίνεσθαι αὐτοῖς καὶ ὑφάσματι τριχίνῳ ἀνατριβῆναι αὐτῶν τοὺς νώτους· δριμεῖα δὲ ὄντως πάνυ ἡ βάσανος αὕτη· ὅθεν ἀναβλέψαντες οἱ ἅγιοι τοῦ Θεοῦ μάρτυρες εἰς τὸν οὐρανὸν εἶπον· Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ ῥυσάμενος τοὺς τρεῖς παῖδας ἐκ καμίνου πυρὸς, Ἀνανίαν, Ἀζαρίαν καὶ Μισαὴλ, καὶ μὴ ἐάσας αὐτοὺς ἀδικηθῆναι, ὁ ῥυσάμενος τὸν Δανιὴλ ἐκ στόματος λεόντων, ὁ διασώσας Μωσῆν ἐκ χειρὸς Φαραὼ, ὁ διασώσας Θέκλαν ἐκ πυρὸς, καὶ θεάτρου, καὶ θηρῶν, ὁ πολλὰς καὶ διαφόρους εὐεργεσίας χαρισάμενος ἡμῖν τοῖς δούλοις σου, ὁ τὸ φῶς ποιήσας καὶ τὸν οὐρανὸν ἐκτείνας, ὡσεὶ δέρρον, ὁ ἀριθμῶν πλήθη ἄστρων καὶ πᾶσιν αὐτοῖς ὀνόματα καλῶν, ὁ τὴν ἀλήθειαν καταπέμψας εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης, ἐπάκουσον καὶ ἡμῶν, τῶν δούλων σου, δεομένων σοι νῦν, καὶ σῶσον ἡμᾶς ἐκ τῶν C ἀναγκῶν ἡμῶν καὶ τῶν θλίψεων, ὅτι ἐτάκησαν ἡμῶν αἱ σάρκες, Δέσποτα, καὶ τὸ πνεῦμα ἐκλείπει· σοῦ δὲ, Κύριε, τὸ ἔλεος ἀνείκαστον καὶ ἡ μακροθυμία ἄφατος, καὶ σοὶ πρέπει ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Τελευσάντων δὲ αὐτῶν τὴν εὐχὴν, πάλιν ὁ ἡγεμὼν θυμομαχῶν ἐκέλευσε κρεμασθέντας ξέεσθαι αὐτούς. Ξεομένων δὲ τῶν μακαρίων ἐπὶ πολὺ, οὐδὲ οὕτως ἐφρόντιζον τῶν βασάνων· ὁ δὲ φιλάνθρωπος γὰρ, Θεὸς ἦν μετ' αὐτῶν, ὁ ἀντιλαμβανόμενος καὶ παρέχων αὐτοῖς τὴν ἰσχὺν καὶ τὴν ἀνδρείαν· ἐπεὶ (ποία γὰρ ἂν ἀνθρωπίνη σὰρξ ὑπήνεγκε ταῦτα;) λέγει ὁ ἡγεμὼν πρὸς αὐτοὺς· Κἂν νῦν, ἄθλιοι, ἔπεισαν αἱ βάσανοι αὗται ἀπαλλαγῆναι τῆς μανίας, ἢ ἔτι ἐμμένετε τῇ δυσσεβείᾳ ὑμῶν; Οἱ δὲ ἅγιοι οὐδὲν D ἀπεκρίναντο. Πάλιν λέγει ὁ ἡγεμὼν πρὸς αὐτούς· Ὑμῖν λέγω καὶ οὐδέν μοι ἀποκρίνεσθε; Θύσατε λοιπὸν τοῖς μεγίστοις θεοῖς καὶ ἀπολύω ὑμᾶς ἕκαστον εἰς τὰ ἴδια μετ' εἰρήνης. Τότε οἱ ἅγιοι μάρτυρες, ἀναβλέψαντες εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶπον οὕτω· Κύριε ὁ Θεὸς, ὁ τὴν πόλιν τῶν Σοδομιτῶν διὰ τὴν παρανομίαν αὐτῶν πυρὶ κατακαύσας καὶ ἐρημώσας, καὶ τανῦν δεόμεθά σου, Βασιλεῦ ἅγιε· νεῦσον ἐπὶ γῆς, δί-

[3] Psal. CXIII, 2. [4] Psal. CXLVI, 4.

κιος ὢν καὶ τὴν πολύθεον, μᾶλλον δὲ ἄθεον κατάστρεψον οἰκοδομὴν τοῦ ἡγεμόνος καὶ τοὺς θεοὺς αὐτοῦ λέπτυνον καὶ ἀφάνισον· καὶ ἡμᾶς τοὺς δούλους σου ἐν τάχει ἐπίσκεψον, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος, ὅτι σὺ μόνος δεδοξασμένος ὑπάρχεις, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Καὶ εἰπόντες ταῦτα οἱ ἅγιοι μάρτυρες μετὰ στεναγμῶν καὶ δακρύων, καὶ ποιήσαντες τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ ἐν τῷ μετώπῳ αὐτῶν καὶ καθ' ὅλου τοῦ σωματος, ἐνεφύσησαν τοῖς ἀκαθάρτοις εἰδώλοις, καὶ παραχρῆμα ἐλίκμησαν αὐτὰ καὶ ἐγένοντο ὡσεὶ σποδός· Τότε λέγουσιν οἱ ἅγιοι μάρτυρες τῷ ἡγεμόνι. Ἴδε τὰ σεβάσματα ὑμῶν· ποῦ γὰρ ἡ ἰσχὺς αὐτῶν ἡ κενή; Μὴ ἠδυνήθησαν ἑαυτοῖς βοηθῆσαι; Μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ ὁ ναὸς συνετελέσθη καὶ συνετρίβη. Ὀργισθεὶς οὖν πάνυ ὁ ἡγεμὼν ἐπί τε τῇ συντριβῇ καὶ ἀπωλείᾳ τῶν θεῶν αὐτοῦ, ἐπί τε τῇ πτώσει τοῦ ναοῦ, ἐκέλευσεν ἀποκεφαλισθῆναι αὐτοὺς παραχρῆμα. Λαβόντες δὲ τὴν ἀπόφασιν οἱ ἅγιοι, ἀπῆεσαν χαίροντες καὶ δοξάζοντες τὸν θεόν, καὶ ἐλθόντες ἐπὶ τὸν ὡρισμένον τόπον, κλίναντες τὰ γόνατα καὶ τὸν Θεὸν εὐχαριστήσαντες, εὐθέως ἀπεκεφαλίσθησαν. Καὶ ἐλθόντες οἱ Χριστιανοὶ λάθρα, ἦραν τὰ λείψανα τῶν ἁγίων καὶ ἔθηκαν αὐτὰ ἐν τόπῳ σεμνῷ.

A ad locum præfinitum pervenerunt: et genibus flexis, oblatisque cervicibus, confestim interfecti sunt. Accesserunt autem viri religiosi, et sublata eorum corpora in loco sacro condiderunt.

Ε'. Τούτων δὲ οὕτως τελειωθέντων, πάλιν προσέταξεν ὁ παράνομος ἡγεμὼν, ἄγεσθαι ἐπὶ τὸ βῆμα τοὺς περὶ τὸν μακάριον Τερέντιον καὶ Ἀφρικανὸν, Μάξιμόν τε καὶ Πόμπιον, καὶ λέγει πρὸς αὐτούς. Θύσατε κἂν ὑμεῖς τοῖς θεοῖς· εἰ δὲ μήγε, μέλλετε κακῶς καὶ πικρῶς ἀπολέσθαι, καὶ οὐδεὶς ἂν δυνηθῇ ῥύσασθαι ὑμᾶς ἐκ τῶν χειρῶν μου. Οἱ ἅγιοι εἶπον πρὸς αὐτόν· Ἡγεμόν, εἴπομέν σοι πολλάκις, ὅτι Χριστιανοί ἐσμεν καὶ εἰς Χριστὸν ἔχομεν τὰς ἐλπίδας· δείμοσι δὲ οὔτε προσκυνοῦμεν, οὔτε τοῖς θεοῖς σου λατρεύομέν ποτε, οὔτε μὴν τὰς βασάνους σου προσποιούμεθα· τοίνυν ἐπινόει ἡμῖν ὅσας θέλεις βασάνους· πιστεύομεν γὰρ τῷ Θεῷ, ὅτι ἠττηθήσῃ ὑφ' ἡμῶν, καθὼς καὶ ὁ πατήρ σου, ὁ διάβολος, ἠττήθη ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἐνδυναμοῦντος ἡμᾶς ναῷ σου τὰς ἐνθυμήσεις. Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ ἡγεμὼν καὶ ἐμμανὴς γενόμενος σφόδρα, ἐκέλευσε πάλιν βληθῆναι αὐτοὺς ἐν τῇ φυλακῇ, εἰπὼν περιβληθῆναι αὐτοῖς κλοιὰ σιδηρᾶ περὶ τοὺς τραχήλους αὐτῶν, καὶ πέδας περὶ τοὺς πόδας αὐτῶν, καὶ ἁλύσεις ἐπὶ τῶν χειρῶν· παραλαβόντες δὲ αὐτοὺς οἱ δήμιοι, ἔθεντο ἐν τῇ φυλακῇ, καθὼς ἐκελεύσθησαν. Ἐκέλευσε δὲ ὁ παράνομος καὶ τριβόλους σιδηροῦς ὑποστρωθῆναι αὐτοῖς καὶ καταπείρεσθαι αὐτοὺς ἐν αὐτοῖς καὶ μὴ συγχωρεῖσθαί τινα τῶν Χριστιανῶν εἰσέρχεσθαι πρὸς αὐτοὺς, πρὸς τὸ μηδ' ὅλως παρέχειν αὐτοῖς τροφάς, Τούτων οὖν οὕτω γενομένων καὶ περὶ τὸ μεσονύκτιον εὐχομένων αὐτῶν, ἐξαίφνης φῶς μέγα ἔλαμψεν ἐν τῇ φυλακῇ· ἄγγελος γὰρ Κυρίου ἔστη κατὰ πρόσωπον αὐτῶν καὶ εἶπεν πρὸς αὐτούς· Τερέντιε καὶ Ἀφρικανὲ, Μάξιμε καὶ Πόμπιε, δοῦλοι τοῦ Θεοῦ ὑψίστου, ἀναστάντες δότε δόξαν τῷ Θεῷ καὶ ἀνακαύεσθε. Εἶτα προσελθὼν ὁ ἄγγελος ἥψατο τῶν κλοιῶν τῶν ἐπικειμένων ἐπὶ τοὺς τραχήλους αὐτῶν καὶ εὐθέως διαῤῥαγέντα τὰ σίδηρα ἐξέπεσον ἐξ ὅλου τοῦ σώματος αὐτῶν· καὶ ἐν τῷ ταῦτα γενέσθαι, ἰδοὺ καὶ τράπεζα ἐνώπιον αὐτῶν ἡτοιμασμένη, πλήρης γέμουσα παντὸς ἀγαθοῦ· καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς ὁ ἄγγελος· Ἀναπαύεσθε, ἀδελφοὶ, ἀνακαύεσθε ἐκ τῶν πολλῶν ὑμῶν κόπων καὶ θλίψεων· ἅμα δὲ καὶ τροφῆς μεταλάβετε, ἧς ἀπέστειλεν ὑμῖν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός. Τότε οἱ ἅγιοι ηὐλόγησαν τὸν Θεὸν καὶ μετέλαβον τρυφῆς

B V. Tum beatum Terentium, et Africanum, et Maximum, et Pompeium adduci jubet, et dicit ad eos: Diis immolate, alioqui male estis perituri. Et nemo poterit eripere vos e manibus nostris. Christiani sumus, ut sæpissime jam diximus, responderunt martyres, et in Christo spes positas et collocatas habemus. Dæmones non adoramus, neque deos tuos colimus, et tormenta tua negligimus. Proinde quos vis, adhibe cruciatus. Deo enim adjuvante, te a nobis victum iri confidimus, quemadmodum et diabolus superatus est a Christo, qui nos ad cupiditates tuas vincendas corroborat. His auditis, jussit eos in custodiam abduci, et catenis eorum colla et manus pedesque compedibus vinciri. Eos igitur ministri, ut jussi fuerant, in carcerem conjecerunt.

C imperavit præterea, ut tribulos ferreos in terram projicerent, quibus configerentur: et nemini Christianorum ad eos accedere permitterent, ne cibum afferrent. Verum circa mediam noctem lux fulsit in carcere, et angelus Dei stetit in conspectu ipsorum, et dixit ad eos: Terenti, et Africane, et Pompei, et Maxime, servi Dei altissimi, consurgite, et corpora vestra curate. Et accedens angelus, tetigit catenas eorum, et ceciderunt. Et ecce mensa coram ipsis bene instructa. Et dixit ad illos angelus: Quiescite, et cibum capite, quem vobis Christus misit. Sancti autem, Christo collaudato, comederunt. At custodes, splendore perspecto, ingressi sunt, ut viderent, quid illud esset: invenerunt eos gaudentes: et præfecto rem nuntiarunt. Qui postridie eos ad tribunal adduci jussit; et:

D Nondum, inquit, suppliciis edocti estis, ut ab amentia vestra discedatis, et diis immoletis? Respondit Terentius: Stultitia hæc nobis erit et omnibus qui diligunt Deum. « Quod enim stultum est Dei, sapientius est hominibus: nam hominum sapientia, apud Deum stultitia est [5]. » Stulti et amentes essemus, si, relicto Deo, dæmones, quemadmodum tu facis, adoraremus. Quibus verbis præfectus iratus, jussit eos ungulis lacerari. Dum autem id fieret illi precabantur Deum, dicentes: Jesu Christe, Fili Dei viventis in sæcula, lumen Christianorum, spes nostra certissima, præsto sis nobis, et fer auxilium: et

[5] I Cor. 1, 25.

ne confundas nos propter sanctum nomen tuum. Christi igitur ope sublevati, cruciatus non sentiebant.

A ὥστε καὶ τοὺς δεσμώτας θεωρήσαντας τὸ φῶς, ἐπηδῆσαι ἔσω καὶ μαθεῖν τὸ γεγονός· εἰσιλθόντες γὰρ εὗρον αὐτοὺς εὐφραινομένους καὶ δοξάζοντας τὸν Θεόν· Οἱ δὲ δήμιοι, ἅπερ ἐθεάσαντο, ἀνήγγειλαν τῷ ἡγεμόνι· καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ ἐκέλευσεν αὐτοὺς πρὸ τοῦ βήματος ἄγεσθαι· ἀχθεντων δὲ αὐτῶν ἐπὶ τὸ βῆμα, εἶπε πρὸς αὐτοὺς ὁ ἡγεμών· Ἄθλιοι! οὕτως ἐπαίδευσαν ὑμᾶς αἱ βάσανοι, ἀπαλλαγῆναι ἧς ἔχετε μωρίας καὶ προσελθεῖν θῦσαι τοῖς θεοῖς; Ὁ ἅγιος Τερέντιος εἶπεν· Ἡ μωρία αὕτη, ὦ ἡγεμόν, ἔστω ἐμοὶ καὶ τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεόν· α Τὸ γὰρ μωρὸν τοῦ Θεοῦ σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστίν· ἡ δὲ σοφία τῶν ἀνθρώπων μωρία παρὰ τῷ Θεῷ ἐστιν. Παράφρων δὲ καὶ μαινόμενος ἔσομαι ὅμοιός σου, ἐὰν, τὸν Θεόν μου καταλείψας, δαίμοσι προσκυνήσω. Ὁ δὲ ἡγεμών, ταῦτα ἀκούσας καὶ χολέσας πάνυ, ἐκέλευσεν ἀναρτηθέντας αὐτοὺς ἐπὶ τοῦ ξύλου, ξέεσθαι. Οἱ δὲ μακάριοι ξεόμενοι ἐπὶ πολὺ, ηὔχοντο πρὸς Κύριον λέγοντες· Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, Υἱὲ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, τὸ φῶς τῶν Χριστιανῶν, ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς καὶ τῆς ἀθανασίας, ἡ πίστις ἡ ἀῤῥαγὴς καὶ ἀκατάλυτος, ἐπιφάνηθι καὶ βοήθησον ἡμῖν, καὶ μὴ καταισχύνῃς ἡμᾶς τοὺς ταπεινοὺς διὰ τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον ἀπὸ τῆς προσδοκίας ἡμῶν. Τῶν δὲ δημίων ξεόντων αὐτοὺς ἐπὶ πολὺ καὶ τοῦ Χριστοῦ ἐπικουφίζοντος καὶ ἐνισχύοντος, τῶν βασάνων οὐδ' ὅλως ἠσθάνοντο.

VI. Itaque jussit eos præfectus in carcerem retrudi. Et convocatis omnibus ferarum incantatoribus imperavit, ut sævas omnes feras et crudeles, quas haberent, aspides et viperas afferrent, et cum ipsis includerent. Quæ quidem feræ ad pedes eorum accedentes, eos nihil omnino lædebant. Sancti vero considentes, psallebant, et Deum collaudabant. Cumque tribus diebus et tribus noctibus cum sanctis inclusæ mansissent, quarto die sub noctem misit præfectus, qui viderent, utrum a feris consumpti essent. Sed qui missi fuerant, ad carceris fores appropinquantes, audiebant eos psallentes et collaudantes Deum. Cumque diligentius vellent intueri, quid ageretur, carceris tectum conscendentes, sanctos viderunt, qui considebant, et angelum Dei stantem ante faciem ferarum, et ne ad eos appropinquarent, prohibentem : et Præfecto celeriter, quæ viderant, nuntiarunt. Summo igitur mane sedit in tribunali, et jussit, ut incantatores feras suas sumerent, et sancti ad tribunal adducerentur. Incantatores igitur cum ad carceris ostium incantationibus suis feras advocarent, illæ non audiebant. Sed cum ostium carceris apertum ab illis esset, uno omnes impetu egredientes, quoscunque nactæ sunt homines, occiderunt, et in solitudinem profectæ sunt. Tunc custodes ad præfectum sanctos adduxerunt. Qui cum eos nulla in parte læsos aspiceret, furore concitatus, eos capite damnavit. Sancti autem egressi sunt læti, canentesque dicebant : « Liberasti nos, Domine, ab iis, qui nos affligebant, et qui oderant nos, confudisti [9]. « Ministri vero, eductis gladiis, fecerunt imperata. Atque ita sancti in Christi confessione, martyrii palmam acceperunt. Eorum autem corpora recte componentes viri religiosi, in loco, qui duobus passuum millibus ab urbe distabat, sepelierunt, ad gloriam Salvatoris nostri Jesu Christi, qui vivit, et regnat in sæcula sæculorum. Amen.

B ς'. Τότε θυμωθεὶς ὁ ἡγεμὼν ἐκέλευσε κατενεχθέντας αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ ξύλου, ἀναληφθῆναι πάλιν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ· καὶ καλέσας πάντας τοὺς ἐπαοιδὰς τῶν θηρίων, ἐκέλευσεν αὐτοῖς ἐνέγκαι, ὅσα εἶχον θηρία χαλεπά καὶ δεινὰ, τοῦτ' ἔστιν ἐχίδνας, ἀσπίδας τε καὶ κεράστας, καὶ συναποκλεῖσθῆναι μετ' αὐτῶν ἐν τῇ φυλακῇ πρὸς τὸ ἀναιρεθῆναι ὑπ' αὐτῶν. Καὶ τούτων οὕτω γενομένων, ἦσαν τὰ θηρία ἕρποντα καὶ πρὸς τοὺς πόδας αὐτῶν παρακαθήμενα· τὸ καθόλον οὐκ ἐλυμήναντο αὐτοὺς, ἀλλ' ἐποίησαν τὰ ἑρπετὰ τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας ἐγκεκλεισμένα μετ αὐτῶν, ὥσπερ ζῶα ἥμερα, τῶν ἁγίων ὑμνούντων καὶ δοξαζόντων τὸν Θεὸν ἀκαταπαύστως· καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ τετάρτῃ ἀπέστειλεν ὁ ἡγεμὼν ὑπὸ νύκτα, εἰ ἄρα ἀνηλώθησαν οἱ ἅγιοι ὑπὸ τῶν θηρίων

C τῶν ἰοβόλων· καὶ ὡς ἦλθον οἱ ἀπεσταλμένοι πρὸς τὴν θύραν ἀκροάσασθαι, καὶ ἤκουσαν αὐτῶν ψαλλόντων καὶ ὑμνούντων τὸν Θεὸν, βουλόμενοι ἀκριβέστερον μαθεῖν, ἀνέβησαν ἐπὶ τὸ δῶμα τῆς φυλακῆς. Περιβλεψάμενοι καὶ ἀκριβῶς κατασκοπήσαντες, εἶδον τοὺς ἁγίους καθημένους καὶ ἄγγελον Κυρίου ἑστῶτα κατὰ πρόσωπον τῶν ἰοβόλων ἐκείνων θηρίων, καὶ μηδ' ὅλως συγχωροῦντα κἂν ἐγγίσαι αὐτοῖς. Τότε δραμόντες ἀνήγγειλαν τῷ ἡγεμόνι, ὅσα εἶδον οἰκείοις ὀφθαλμοῖς· καὶ ἀναστὰς ὄρθρου ἀπὸ τῆς κλίνης αὐτοῦ ὁ ἡγεμὼν, καὶ καθεσθεὶς ἐπὶ τοῦ βήματος ἐκέλευσε τοῖς ἐπαοιδοῖς ἀναλαβεῖν μὲν τὰ θηρία, ἀχθῆναι δὲ τοὺς ἁγίους ἐπὶ τὸ βῆμα· ἀπελθόντες δὲ οἱ ἐπαοιδοὶ καὶ μέλλοντες ἐγγίζειν τῇ θύρᾳ τῆς εἰρκτῆς, ἤρξαντο ἐπικαλεῖν τὰ θηρία τῇ ἑαυτῶν ἐπαοιδίᾳ· τὰ δὲ οὐχ ὑπήκουσαν αὐτῶν. Τότε ἐλθόντες οἱ ἐπαοιδοὶ καὶ ἀνοίξαντες τὴν θύραν τῆς φυλακῆς, ἐξῆλθον τὰ θηρία ὁμοθυμαδὸν κατ' αὐτῶν, καὶ ἀπέκτειναν παραχρῆμα τούς τε ἐπαοιδοὺς καὶ πάντας ὅσους εὗρον ἀνθρώπους ἐκεῖ· καὶ αὐτὰ ἔφυγον εἰς ἐρήμους τόπους. Μετὰ ταῦτα δὲ παραγενόμενοι οἱ δεσμοφύλακες, ἀνέλαβον τοὺς ἁγίους καὶ ἤγαγον αὐτοὺς πρὸς τὸν ἡγεμόνα. Καὶ ἰδὼν αὐτοὺς ὁ ἡγεμὼν μηδὲν αὐτῶν τὴν ἀπόφασιν. Οἱ δὲ ἅγιοι ἐξῆλθον χαί-

D ἀδικηθέντας, ἐμμανὴς γενόμενος σφόδρα, ἔδωκε κατ'

[9] Psal. XLIII, 8.

(1) Theodorus Lector scribit in Collectaneis lib. II, horum sanctorum martyrum reliquias translatas esse Constantinopolim X Kal. Octobris Theodosio Minore imperante. Vide Baronium in notis ad Martyrologium Romanum, 10 April.

ρουντες, καὶ ψάλλοντες ἔλεγον· Ἔσωσας ἡμᾶς, Κύριε, ἐκ τῶν θλιβόντων ἡμᾶς καὶ τοὺς μισοῦντας ἡμᾶς κατῃσχυνας. Οἱ δὲ εἰς τοῦτο ταχθέντες, ἐνεγκόντες ξίφη τὸ προσταχθὲν αὐτοῖς ἐποίησαν καὶ τέλος τὸ διὰ ξίφους τοῖς ἁγίοις μάρτυσιν ἐπέθηκαν· καὶ οὕτως ἐν καλῇ προθυμίᾳ ἐτελειώθησαν ἐν τῇ ὁμολογίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μηνὶ Ἀπριλίῳ. Λαβόντες δὲ τὰ τίμια σώματα τῶν ἁγίων καὶ καλλινίκων μαρτύρων Τερεντίου, Ἀφρικανοῦ, Μαξίμου τε καὶ Πομπίου ἄνδρες εὐλαβεῖς καὶ φιλόχριστοι, καὶ πάνυ κοσμίως καὶ πρεπόντως κηδεύσαντες αὐτὰ, ἀπέθεντο ἐν τῇ γῇ, ὡς ἀπὸ μιλίων δύο τῆς πόλεως Ἀφρικῆς, εἰς δόξαν καὶ τιμὴν τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ

ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΚΑΙ ΕΝΔΟΞΩΝ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ΜΑΡΤΥΡΩΝ

ΚΑΡΠΟΥ ΚΑΙ ΠΑΠΥΛΟΥ

ΚΑΙ ΤΩΝ ΣΥΝ ΑΥΤΟΙΣ.

—

MARTYRIUM SANCTORUM ET GLORIOSORUM CHRISTI MARTYRUM

CARPI, PAPYLI ET SOCIORUM.

(Anno 150. Latine apud Surium ad diem 13 Aprilis, juxta perantiquum Romanum Martyrologium, itemque Bedæ et Usuardi. — Græca ex cod. Reg. Paris. nunc primum prodeunt. Edit Pata.)

—

Α'. Μεμνῆσθαι τῶν ὑπὲρ Χριστοῦ παθόντων εἴπερ ἄλλο τι λυσιτελὲς καὶ ὠφέλιμον· ἱκανὴ γὰρ καὶ μόνη μαρτύρων μνήμη πρὸς Θεοῦ ἔρωτα ψυχὴν διεγεῖραι καὶ οἱονεί τι πτερὸν εἰς ἀρετὴν γενέσθαι καὶ τοὺς αὐτοὺς τοῖς μάρτυσιν ἄθλους νοερῶς ὑπομένειν παρασκευάσαι, διὰ τῶν ἐκεῖθεν ἀμοιβῶν τὴν ἀπόλαυσιν. Τῶν γοῦν τοὺς μαρτυρικοὺς τούτους ἀγῶνας διηνυκότων εἰσὶ καὶ οἱ στεῤῥοὶ τῆς Ἐκκλησίας οὗτοι στύλοι τε καὶ θεμέλιοι, Κάρπος καὶ Πάπυλος, οἳ πατρίδος μὲν ὑπῆρχον περιφανοῦς, τῆς Περγαμηνῶν πόλεως, πατέρων δὲ σφόδρα φιλαρέτων γενόμενοι κατέλληλον ἐπεδείκνυντο καὶ τὴν ἀγωγὴν, οἷά τινος ῥίζης εὐγενοῦς εὐγενῆ βλαστήματα, ὡς δῆλον ἐκ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γίνεσθαι καὶ τῷ ῥείθρῳ μακαρίζεσθαι τὴν πηγήν. Σῶμα μὲν γὰρ μόνοις ἐποίουν ἀρκεῖσθαι τοῖς ἀναγκαίοις, πᾶν τὸ ποικίλον καὶ περίεργον ἀπωθούμενοι, οὕτω δὲ καὶ τοῖς ἀναγκαίοις ὀλίγα χρώμενοι, ὡς σώματι μὲν παρὰ πολὺ τῶν ἀγγέλων ἀπολελεῖφθαι, τῷ δὲ περιόντι τῆς ἐγκρατείας μικροῦ καὶ παραψαύειν τοῦ ἀσωμάτου. Ἐντεῦθεν εἰς ὕψος ἀρετῆς ἀναχθέντες, ἄξιοι ἐκρίθησαν εἶναι καὶ προστασίαν λαοῦ πιστευθῆναι. Καὶ Κάρπος μὲν ἀρχιερωσύνην ἐπιβὰς τὰ τῆς εὐσεβείας μυστήρια διήγγελλε τοῖς ἐν Θυατείροις· Πάπυλος δὲ, τῷ τῆς διακονίας βαθμῷ τιμηθεὶς, ἰσόῤῥοπον ἑαυτῷ τὴν σπουδὴν ἐν τοῖς ἴσοις ἐποιεῖτο πόνοις.

Β'. Ἐπεὶ οὖν ὁ περὶ αὐτῶν λόγος πανταχοῦ διεδίδοτο, οἷα μηδὲ λανθάνειν φύσει τῆς ἀρετῆς δυναμένης, ἀλλ' ἑαυτὴν ἀεί ποτε κηρυττούσης, πολύ τι

A I. Meminisse eorum, qui pro Christo sunt passi, est plurimum utile et conducibile. Sufficit enim vel sola memoria, ut ad Dei amorem excitet animum, et sit veluti quædam ala ad virtutem, et efficiat, ut eadem certamina, quæ corpore martyres, mente ille sustineat pro fruendis iis quæ sunt illic, remunerationibus. Ex iis ergo, qui hæc martyrii peregere certamina, validæ quoque Ecclesiæ columnæ et fundamenta, Carpus et Papylus noscuntur : quorum uterque in clara quidem patria, nempe civitate Pergamena, ex valde autem piis natus parentibus, eis quoque convenientem vitæ ostendit rationem, veluti generosæ cujusdam radicis generosum germen ; adeo ut ex fructu arbor evaderet manifesta, et ex fluento censeretur fons beatus. Nam ambo
B quidem corpus faciebant esse solis contentum necessariis, repellentes quidquid erat varium et curiosum ; necessariis autem tam modice utentes, ut corpore quidem multum abessent ab angelis, insigni autem abstinentia, incorporei propemodum viderentur. Hinc cum provecti essent ad summum virtutis, judicati sunt digni, quorum fidei committeretur populi præfectura. Et Carpus quidem, cum pervenisset ad pontificatum, pietatis mysteria annuntiabat iis, qui erant Thyatiris : Papylus autem honoratus gradu diaconatus, suo muneri respondens, adhibebat studium in paribus laboribus.

II. Cum ergo eorum fama pervasisset in omnes partes, utpote quod ea sit natura virtutis, ut non possit latere, sed seipsam semper prædicet, magna

multitudo ideo confluebat, et eorum fruens doctrina, libenter accedebat ad pietatem. Sed fieri omnino non poterat, ut qui fuit ab initio bonorum adversarius, cum hæc sic fierent, quietem ageret. Non quievit itaque, sed cum invenisset egregios administros suæ malitiæ, eis persuadet ut sanctos accusent apud Decium, quod sint et in deos impii eos abominantes, et sequantur vanam Christianorum opinionem. Ille autem hac re gravissime affectus, Valerium quemdam assessorem, cum quo res omnes suas communicabat (erat autem amans dæmonum, et vir agrestis) emittit in Asiam, quæ sibi de sanctis nuntiata fuerant, ei significans, et ei in illos potestatem permittens. Statim ergo Valerius viam conficit quam celerrime : et postquam fuit in loco, ubi ii degebant, ille quidem statim deis vanis consueta voluit offerre sacrificia, ejusque jussus mox pervasit omnes terminos regionis Thyatirorum, ut quicunque in ea erant, nihil cunctantes venirent in eum locum ubi fieret sacrificium, gratiarum actiones ipsi quoque diis illius reddituri, ut qui nollet solum ægrotare, sed alios quoque vellet frui eodem morbo. Hoc autem ducebat esse sufficiens argumentum sententiæ martyrum. Dicebat enim intra se, quod si ipsos quidem viderit communiter convenientes cum multitudine ad sacrificandum, falsa apparebunt omnino, quæ dixerunt Decio. Sin minus, non est alia major exspectanda probatio.

III. Cum ergo omnes quidem in locum convenissent, ut peragerent sacrificia, soli autem abessent admirabiles duo martyres (alibi enim stabant, Deo preces, nempe verum reddentes sacrificium), iis sisti jussis, ille superbius ac elatius eos rogavit causam, cur ipsi abfuissent : deinde etiam adjecit: At saltem ante meos oculos pulchre corrigatur delictum ut accusatoribus invidia in caput eorum convertatur, et vobis clarior, quam prius, gloria oriatur. Ad hæc sancti, qui et metu et omni claritate humana erant superiores : Esset dedecus, o judex, dixerunt, apertum, inquam, dedecus, habere bovem et asinum (ut cum magno dicam Isaia) qui nos arguerent magni criminis ingrati animi, siquidem illi quidem cognoverunt possessorem [1], et eum, qui ipsos alebat : nos autem, quod alamur ab ipso, ignorare videremur, si vero relicto Domino, qui falso vocantur, deos coleremus. Hæc dixerunt: et Deus simul iis, quæ dicta sunt, est assensus. Nam magnus irruens terræ motus, convertit in pulverem ea, quæ ab insipientibus colebantur, simulacra. Et inanima quidem sic se habebant, et ita fuere dissoluta.

IV. Valerio autem firma erat ac stabilis malitia, et quæ non poterat amoveri. Nam cum admirari oporteret potentiam Dei ineffabilem, et deorum suorum magnam irridere imbecillitatem (quod quidem fecisset vir prudens et intelligens), ille evasit ma-

A πλῆθος παρὰ τοῦτο συνέῤῥεον καὶ τῆς παρ' αὐτῷ ἀπολαύοντες διδασκαλίας, ἅσμενοι προσεχώρουν τῇ εὐσεβείᾳ. Ἀλλ' οὐκ ἦν πάντως τὸν ἐξ ἀρχῆς ὑπεικείμενον τοῖς ἀγαθοῖς τούτων οὕτω γενομένων ἡσυχίαν ἄγειν· οὐκοῦν οὐδὲ ἡσύχαζεν, ἀλλὰ τῆς αὐτοῦ κακίας ὑπουργοὺς οὐκ ἀγεννεῖς εὑρηκώς, ἐνδιαβάλλειν ἀναπείθει Δεκίῳ τοὺς μάρτυρας, ὅτι τε ἀσεβεῖς τὰ πρὸς θεοὺς εἰσι, καὶ ὅτι τὴν καινὴν τῶν Χριστιανῶν πρεσβεύουσι δόξαν. Ὁ δὲ χαλεπώτατα πρὸς τοῦτο διατεθεὶς, Οὐαλέριόν τινα συγκάθεδρον, ὃς καὶ τῶν ὅλων αὐτῷ ἐκοινώνει, φιλοδαίμονα καὶ ἄγριον ἄνδρα, πρὸς τὴν Ἀσίαν ἐκπέμπει, ἅτε περὶ τῶν ἁγίων αὐτῷ ἀνηγγέλη γνωρίσας καὶ τὴν κατ' ἐκείνων ἐξουσίαν ἐπιτρέψας αὐτῷ. Αὐτίκα οὖν Οὐαλέριος τὴν ὁδὸν εἰς ταχὺ ἄνυει, καὶ ἐπειδὴ ἐν ᾧ οὗτοι

B διῆγον γέγονε τόπῳ, ὁ μὲν εὐθὺς τοῖς ματαίοις τῆς συνήθεις προσῆγε θυσίας· προστάγματα δὲ αὐτοῦ πᾶσαν ὅσην οἱ Θυατείρων ἐπεῖχον ὅροι, κατὰ σπουδὴν διελάμβανεν, ὥστε τοὺς αὐτῇ πάντας, ἔνθα ἡ θυσία γίνοιτο, μηδὲν μέλλοντας ἀπαντᾷν τὰς χαριστηρίους εὐχὰς καὶ αὐτοὺς τοῖς ἐκείνου θεοῖς συνοίσοντας, ὥσπερ οὐκ ἐθέλοντος μόνον νοσεῖν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους παραπολαύειν αὐτῷ τοῦ νοσήματος. Τοῦτο δὲ ἄρα τεκμήριον ἱκανὸν τῆς τῶν μαρτύρων ἐποιεῖτο γνώμης· ἔλεγε γὰρ ὡς, εἰ μὲν καὶ αὐτοὺς συνερχομένους, τῷ πλήθει καὶ κοινῇ τὰς θυσίας προσφέροντας ἴδοι, ψευδῆ πάντως ἃ πρὸς τὸν Δέκιον κατεῖπον αὐτῶν εἶναι· εἰ δὲ μή, μὴ πίστιν ἑτέραν ἀναμένειν μείζονα.

Γ'. Ἐπεὶ οὖν πάντες μὲν συνδραμόντες ἦσαν,

C ὥστε τὰς θυσίας ἐπιτελέσαι, μόνη δὲ ἡ θαυμαστὴ τῶν μαρτύρων ἀπελείφθη δυὰς (ἵσταντο γὰρ ἔξω, τῷ Θεῷ τὰς εὐχὰς, τὴν ἀληθῆ θυσίαν ἀποδιδόντες), παραστησάμενος αὐτοὺς σχήματι σοβαρωτέρῳ τὴν αἰτίαν ἠρώτα τῆς ἀπολείψεως· εἶτα καὶ προσετίθει· Ὅτι κἂν γοῦν ἐπ' ὄψεσι ταῖς ἐμαῖς τὸ ὑστέρημα καλῶς ἀναπληρωθήτω, ἵνα καὶ τοῖς κατηγόροις εἰς κεφαλὰς ὁ φθόνος μεταχωρήσῃ, καὶ ὑμῖν λαμπρότερον ἢ τὸ πρόσθεν το κλέος ἀναφανῇ. Πρὸς ταῦτα οἱ ἅγιοι καὶ φόβου καὶ περιφανείας πάσης ἀνθρωπίνης ἀνώτεροι γεγονότες· Ἀλλ' αἰσχύνη, βασιλεῦ, εἶπον, αἰσχύνη σαφὴς, βοῦν ἔχειν καὶ ὄνον, κατὰ τὸν μέγαν Ἠσαΐαν εἰπεῖν, μεγάλης ἀγνωμοσύνης ἔλεγχον, εἴπερ ἐκεῖνα μὲν ἔγνω τὸν κεκτημένον καὶ τρέφοντα, ἡμᾶς δὲ φαίνεσθαι ἀγνοοῦντας, εἴγε τὸν ἀληθῆ Δε-

D σπότην καταλιπόντες, ψευδωνύμοις προστεθῶμεν θεοῖς. Ταῦτα εἶπον καὶ ἅμα Θεὸς τοῖς εἰρημένοις ἐπεψηφίζετο, καὶ σεισμοῦ τι μέγα χρῆμα ἐπενεχθὲν εἰς κόνιν ἐλέπτυνε τὰ τῶν ἀφρόνων σεβάσματα, καὶ τὰ μὲν ἄψυχα οὕτως εἶχε καὶ διελέλυτο.

Δ'. Οὐαλερίῳ δὲ πάγιος ἡ κακία καὶ ἀμετάθετος· δέον γὰρ θαυμάσαι τὴν ἄφατον τοῦ Θεοῦ δύναμιν καὶ τῆς πολλῆς τῶν αὐτοῦ θεῶν ἀσθενείας καταγελάσαι (ὅπερ ἂν ἐποίησε νοῦν ἔχων καὶ συνιὼν ἄνθρωπος)· ὁ δὲ θρασύτερος ἐδείκνυτο μᾶλλον καὶ αὐτὴν, ὡς εἶχε, τὴν

[1] Isa. I, 3.

μενίαν ἐγύμνου. Ἀλλ' ἐπεὶ τὸ εὐγενὲς καὶ κόσμιον τῶν ἀνδρῶν αἰδούμενος, βαρυτέρας τέως ἀπείχετο τιμωρίας· κελεύει κλοιοῖς σιδηροῖς περιαυχενισθέντας γυμνοὺς ἀνὰ μέσην τὴν ἀγορὰν περιάγεσθαι· ἤγοντο τοίνυν οἱ ἀθληταὶ γυμνοὶ περιαυχενίῳ δεσμῷ βαρυνόμενοι, καὶ περιήεσαν ἀτίμως τὴν ἀγορὰν οἱ ἀληθῶς τίμιοι, μυκτηρισμὸς καὶ γέλως οἱ μυρίων ὄντες ἐπαίνων ἄξιοι. Ὁ δικαστὴς οὖν τὴν ἄτιμον περιαγωγὴν ταύτην αἰσχύνην ὑπολαβὼν ἐμποιῆσαι τοῖς ἁγίοις καὶ οὕτω μαλακωτέρους αὐτοὺς παρασκεύασαι περὶ τὴν ἔνστασιν, ἁπαλωτέροις ἔκρινε λόγοις αὐτοὺς ὑπελθεῖν καὶ ταύτῃ κλέψαι τῆς προαιρέσεως αὐτῶν τὴν εὐγένειαν, καί· Εἰ μὲν ἑώρων ὑμᾶς, φησὶ, μὴ φρονήματος ὑγιοῦς σαφῆ γνωρίσματα φέροντας, ἀπεσχόμην ἂν τῆς πρὸς ὑμᾶς συμβουλῆς· ἔξεστι γὰρ καὶ διὰ βασάνων ὑμᾶς ἑλεῖν, εἰ θελήσαιμεν, καὶ τὴν ἡμετέραν ἄκοντας, καὶ μὴ βουλομένους μεταδιδάξαι θρησκείαν· ἐπεὶ δὲ καὶ ὄψις καὶ ἡ τῶν ἠθῶν εὐκοσμία τὴν τῆς γνώμης ἐλευθερίαν δηλοῦσι, πείθομαι σύμβουλος ἀγαθὸς ὑμῖν καταστῆναι· οὐδὲ γὰρ οἶμαι διαλανθάνειν ὑμᾶς, ὡς ἐκ μακροῦ τοῦ χρόνου τάγε τῆς πρὸς τοὺς ἀθανάτους θεοὺς ἀρξάμενα δόξης τε καὶ τιμῆς καὶ εἰς δεῦρο καὶ ἔτι μένει, οὐ παρ' ἡμῖν γε μόνοις τοῖς τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν εἰδόσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς Βαρβάροις αὐτοῖς· ἔξεστιν οὖν δι' αὐτῆς ὁρᾷν πόλεις εὐνομίαν ἀγούσας, πολεμίων ὀφρῦν πίπτουσαν καὶ εἰρήνην ἰθυνομένην· ἢ πόθεν βασιλεῖς καὶ δυνάσται πολλοὶ μὲν καὶ πρότερον, Ῥωμαίων δὲ νῦν εἰς τοσοῦτον δόξης προῆλθον, ὡς καταστρέψασθαι μὲν ἔθνη, καταστρέψασθαι δὲ πόλεις, ὑποχειρίους δὲ ποιήσασθαι πᾶν τὸ ἀντίπαλον; Εἰ τοίνυν ἀμαθῶν λόγοις πρὸς τὴν ἄλογον ταύτην καὶ ἀρτιφανῆ τῶν Χριστιανῶν δόξαν ὑπήχθητε, οὐ μέμφομαι· τῆς ἁπλότητος γὰρ εἶναι τοῦτό φημι· ὑμεῖς δὲ ἀλλ' ἐνελαβόντες ἑαυτοὺς μετάθετε πρὸς τὸ βέλτιον, ὡς ἂν οἱ τε θεοὶ ὑμῖν ἵλεῳ γένωνται, πλειόνων τε ἀπολαύσητε τῶν παρ' ἡμῖν ἀγαθῶν καὶ τὸ τοῦ βασιλέως οὕτω φιλοτίμου περὶ τὰς εὐποιίας κερδήσητε· εἰ δὲ τοῖς προτέροις μέχρι παντὸς ἐπιμείνητε, τὰ τούτων ἐναντία ὑμῖν συμβήσεται, ἀλλὰ καὶ ἡμῶν αὐστηροτέρων (ὅπερ ἀπεύχομαι) πολλὴ ἀνάγκη πάντως ὑμᾶς πειραθῆναι.

Ε'. Ταῦτα ἐπειδὴ οἱ μάρτυρες ἤκουσαν, τὰ ὄμματα εἰς οὐρανοὺς ἀνασχόντες καὶ ὅλους ἑαυτοὺς τῇ τοῦ σταυροῦ σφραγῖδι σημειωσάμενοι. Ἔοικας εἶπον, ὥσπερ τινὰς τῶν ἀφελεστέρων, μηδὲ βραδέως, ἀλλ' εὐκόλως οὕτω πείσειν ἡμᾶς οἰηθῆναι μεταμαθεῖν τὴν εὐσέβειαν· ἀλλ' οὐκ ἀνδράσιν ἀγεννέσιν ἴσθι περιτυχών, οὐ μὰ τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ τοῦτον ἀγῶνα καὶ τὴν ἡμετέραν ἐκ παίδων περὶ τὴν εὐσέβειαν ἄσκησιν· οὐδὲ γὰρ εἴ τι ἀρχαῖον, τοῦτο καὶ τιμῆς ἄξιον· ἐπειδὴ παλαιὰ μὲν πάντως καὶ ἡ κακία· ἀλλ' οὐχὶ καὶ τιμᾶσθαι διὰ τὸν χρόνον ἀξία. Οὐ τοίνυν εἰ ἀρχαία σοῖ σκοπεῖν ἡ θρησκεία ὑμῶν, ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο, εἰ δέον αὐτὴν προσίεσθαι, ἣν συμβουλεύσαιμεν ἂν ἡμεῖς ἐκκλίνειν ὁπόσῃ δύναμις καὶ ἐκ τοῦ μέσου ποιεῖν, οὕτω φρικτὴν πυρὸς γέενναν τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὴν θησαυρίζουσαν. Ὅλως δὲ, εἰ χρὴ μετ' ἀκριβείας προσέχειν, εὑρήσεις πάντως καὶ

A gis temerarius, et suam plane ostendit insaniam. Sed cum virorum nobilitatem et modestiam reveritus, tunc a graviore cruciatu abstinuisset, jubet eos, ferreis collaribus collis eorum impositis, per medium forum nudos circumagi. Nudi itaque ducebantur athletæ, colli vinculo gravati : et forum obibant cum infamia, qui vere erant honesti : irrisi et ludibrio habiti, qui innumerabilibus digni erant laudibus. Judex ergo, qui turpem hanc et infamem traductionem putabat sanctos affecturam dedecore, et sic eorum constantiam esse emollituram, statuit mollibus eos verbis aggredi, et sic cuniculos agere in generosum eorum propositum, et : Si vos quidem, inquit, viderem non ferre aperta indicia generosi spiritus, nequaquam vobis darem consilium.

B Licet enim, si velim, vos per tormenta expugnare, invitosque et nolentes ad nostram convertere religionem. Sed cum et vultus, et morum moderatio significent vestri animi libertatem, statui fungi apud vos officio boni consiliarii. Neque enim arbitror vos latere, quod longo ab hinc tempore incepta, quæ diis immortalibus exhibetur, gloria et honor, manet usque in hodiernum diem, non apud nos solos, qui Græcam linguam novimus, sed etiam apud ipsos Barbaros. Per hanc ergo religionem videre licet civitates bonis regi legibus, hostium deprimi supercilium, pacemque vigere. Undenam autem reges et principes, multi quidem etiam prius, nunc autem Romanorum, ad tantam gloriam pervenere, ut gentes quidem et civitates everterent, in potestatem autem omnes redigerent adversarios ?

C Si ergo indoctorum sermonibus inducti estis ad hanc a ratione alienam, et quæ nuper apparuit, Christianorum opinionem, non valde reprehendo. Hoc tantum dico esse simplicitatis. At vos nunc tandem resipiscentes, et ad vos redeuntes, convertimini ad id, quod est melius, ut et dii sint vobis propitii, et pluribus bonis, quæ sunt apud nos, fruamini, et imperatoris in benefaciendo munificentiam sic vobis concilietis. Sin autem in prioribus omnino perstiteritis, a tot bonis excidetis : sed et nos quoque asperiores (quod absit) vobis necesse erit omnino experiri.

V. Hæc postquam audiverunt martyres, oculis in cœlum sublatis, cum se Christi signaculo muniissent : Videris, dixerunt, nos, tanquam aliquos simpliciores non tarde, sed facile putare posse convertere ad discendam impietatem.

D Sed scias te non incidisse in viros pusilli et abjecti animi : non, per hoc, quod pro Christo suscipitur certamen, et nostram ab ineunte ætate in pietate exercitationem. Non enim propter temporis antiquitatem, honore dignam dixerim vestram religionem. Non enim si quid est antiquum est, id etiam honore dignum : quandoquidem vetus quidem est omnino etiam vitium, sed non etiam propter tempus dignum est quod honoretur. Non est ergo considerandum, an antiqua sit vestra religio : sed hoc ipsum, an eam oporteat admittere, quam nos quidem consuluerimus declinare, et de medio tollere pro viribus, quæ tam horribilem ignis gehennan

recondit et reservat iis qui ipsam diligunt. In summa autem, si velis accurate attendere, invenies omnino tu quoque eos, qui apud vos coluntur, deos, nihil aliud esse quam opera manuum hominum inanima et surda, quæ nihil omnino, non modo aliis, sed ne sibi quidem ipsis, possint opis afferre. Si ergo homo quidem est Dei opus, ut qui ab eo sit effictus, quæ vos autem simulacra adoratis, sunt opera manus humanæ : quomodo quis, nisi fuerit plane nullo sensu præditus, et plane bos et asinus, iis, quæ ipse est fabricatus, honorem tribuerit ? cum oporteret illa magis suos honorare opifices, si quis inesset eis sensus ? Quoniam ergo confessus es, nos esse intelligentes, et scis, quod homo, qui est sanæ mentis, nunquam veritati id, quod est falsum, prætulerit, adverte animum, et de eo, qui vere est Opifex universorum, disce a veridicis labris.

VI. Deus suapte natura non potest circumscribi : est enim ejusmodi, ut in eum non cadat omnino circumscriptio, et superat omnem, quæ in tempore suscipitur, cogitationem. Namque temporum Creator non subjicitur tempori. Quamobrem nec cœpit quidem esse. Omnia autem, tam quæ sub aspectum cadunt, quam quæ mente percipiuntur, ad hoc, quod sint, produxit. Homo ergo cum esset a Deo effictus, et ei esset tributum ut habitaret paradisum, et ad majoris profectus exercitationem accepisset mandatum, invidia diaboli affectus morbo inobedientiæ, non posse interire, permutavit interitu : et cum carnis subiisset voluntatem, fuit subjectus morti. Cæterum pater invidiæ non fuit contentus hoc solo lapsu ejus, cui invidebat : sed etiam ad Dei, proh dolor ! oblivionem eos deduxit, qui postea nati sunt ex eodem genere, ut non solum corporibus, sed etiam animis mors dominaretur. Relicto itaque vero Deo, et ad lucem veritatis sua sponte claudentes oculos, cultus simulacrorum subiere tenebras. Propterea ergo idem nostri generis Opifex, qui benignis visceribus nos produxit ex nihilo, non ferens videre hominem opprimi maligni tyrannide, et a Paterno sinu non excessit, et omnia factus, sicut nos, præter solum peccatum, cruci affigitur, et moritur, a lapsu peccati nos volens liberare. Cum ergo sua morte nostri lapsus auctorem dejecisset, ipse et in cœlos ascendit, e quibus descenderat : et nos illuc vocat, ut qui nobis ad se ascensum ostenderit. Potesne tu quoque tale quid ostendere, quod a tuis diis factum sit, an te jam eos vocare pœnitet ? Possessionum autem et pecuniarum, et honoris apud imperatores, quæ sunt vestra, ut dicitis, bona, nos parvam curam gerimus, ut qui ea non tanquam stantia judicare, sed tanquam fugientia, recte didicerimus a propheta, et maxime cum in Deum ipsum spem collocaverimus, et ab illius gloria toti pendeamus, propter quem etiam magno ac forti animo pati statuimus.

VII. Hæc cum audiisset Valerius, et ægritudine animi fuit affectus, et igne insaniæ incensus. Et protinus exuens fictam personam mansuetudinis, internam

A σὺ τοὺς παρ' ὑμῖν τιμωμένους θεοὺς οὐδὲν ἕτερον ἢ ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων ἄψυχα καὶ κωφά, οὐ μόνον ἄλλοις οὐδ' ὁτιοῦν, ἀλλὰ καὶ ἑαυτοῖς βοηθῆσαι τὸ παράπαν οὐ δυναμένους. Εἰ τοίνυν ἄνθρωπος μὲν πλάσμα, ἃ δὲ ὑμεῖς εἴδωλα προσκυνεῖτε, ἀνθρωπίνης εἰσὶν ἔργα χειρὸς, πῶς ἄν τις, εἰ μὴ λίαν ἀναίσθητος εἴη, καὶ βοῦς αὐτόχρημα καὶ ὄνος, τοῖς παρ' αὐτοῦ δεδημιουργημένοις τὴν τιμὴν ἀπονείμοι, δέον ἐκεῖνα μᾶλλον τοὺς οἰκείους τιμᾷν δημιουργοὺς, εἴ τις αὐτοῖς αἴσθησις ; Ἐπειδὴ τοίνυν συνετοὺς ἡμᾶς ὡμολόγησας καὶ οἶδας ὡς οὐκ ἄν ποτε φρενὸς ὑγιοῦς ἄνθρωπος ψεῦδος ἀντὶ τῆς ἀληθείας προέλοιτο, ἐπίστησον τὴν διάνοιαν καὶ τὰ περὶ τοῦ ὄντως δημιουργοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ ὑπὸ ἀληθῶν χειλέων διδάχθητι.

B

ϛ'. Θεὸς οὐ πέφυκε περιγράφεσθαι· ἀπερίγραπτος γὰρ πάντῃ καὶ ὑψηλότερος χρονικῆς ἁπάσας ἐννοίας· ποιητὴς γὰρ χρόνων, οὐχ ὑπὸ χρόνον· ὅθεν οὐδὲ τοῦ εἶναι ἠρξατο· πάντα δὲ τά τε ὁρατὰ καὶ νοούμενα εἰς τὸ εἶναι αὐτὸς παρήγαγεν. Ὁ τοίνυν ἄνθρωπος πλάσμα Θεοῦ γεγονὼς τὸν παράδεισόν τε οἰκεῖν κληρωθεὶς καὶ λαβὼν ἐντολὴν πρὸς γυμνασίαν προκοπῆς μείζονος, φθόνῳ διαβόλου παρακοὴν νοσήσας, τὴν φθορὰν τῆς ἀφθαρσίας ἠλλάξατο καὶ θελήμασι σαρκὸς ὑποκύψας, ὑπὸ χεῖρα γέγονε τῷ θανάτῳ· καὶ ὁ τῆς βασκανίας πατὴρ οὐδὲ τούτῳ μόνῳ τοῦ φθονηθέντος ἠρκέσθη τῷ πτώματι, ἀλλὰ καὶ εἰς λήθην, οἴμοι ! Θεοῦ τοὺς ἐκ τοῦ αὐτοῦ φύντας γένους ὕστερον ἤγαγεν, ὡς μὴ σωμάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ
C ψυχῶν αὐτῶν κυριεύειν θάνατον· ἀμέλει καὶ τὸν ἀληθῆ Θεὸν ἀπολιπόντες καὶ πρὸς τὸ φέγγος τῆς ἀληθείας ἑκοντὶ μύσαντες, τὸν τῆς εἰδωλολατρείας σκότον ὑπῆλθον. Διὰ ταῦτα τοίνυν αὐτὸς ὁ τοῦ ἡμετέρου γένους Δημιουργὸς ὁ φιλανθρώποις σπλάγχνοις ἐκ τοῦ μὴ ὄντος παραγαγὼν, μὴ φέρων ὑπὸ τοῦ πονηροῦ τὸν ἄνθρωπον ὁρᾷν τυραννούμενον, τῶν τε Πατρικῶν οὐκ ἐξέστη κόλπων, καὶ πάντα πλὴν μόνης τῆς ἁμαρτίας καθ' ἡμᾶς γεγονὼς, σταυροῦται καὶ θνήσκει, τοῦ τῆς ἁμαρτίας πτώματος ἐθέλων ἡμᾶς ἀνασώσασθαι. Τῷ ἑαυτοῦ τοιγαροῦν θανάτῳ τὸν αἴτιον τοῦ ἡμετέρου πτώματος καταβεκληκὼς, αὐτός τε εἰς οὐρανοὺς ἀνεληλύθει, ἀφ' ὧν καὶ κατῆλθεν, καὶ ἡμᾶς ἐκεῖσε καλεῖ, τὴν πρὸς αὐτὸν ἡμῖν ἄνοδον ὑποδείξας. Ἔχεις τι καὶ αὐτὸς τοιοῦτον
D ἀντεπιδεῖξαι παρὰ τῶν ὑμετέρων θεῶν γενόμενον ; ἢ καὶ τὸ θεοὺς ἤδη τούτους καλεῖν μεταμέλει σοι ; κτημάτων δὲ καὶ χρημάτων καὶ τῆς παρὰ βασιλεῦσι τιμῆς τῶν ὑμετέρων, ὥς φατε, καλῶν λόγος ἡμῖν ὀλίγος, οὐχ ὡς ἑστῶτα κρίνειν, ἀλλ' ὡς φεύγοντα καλῶς ὑπὸ τοῦ προφήτου ταῦτα πεπαιδευμένοις, ἄλλως τε δὲ καὶ εἰς Θεὸν ἤδη ἐλπίδα θεμένοις καὶ τῆς ἐκεῖθεν δόξης ὅλως ἐξεχομένοις, δι' ὃν καὶ τὸ παθεῖν εὐψύχως εἱλόμεθα.

Ζ'. Τούτων ἀκούσας Οὐαλέριος, ἀθυμίᾳ τε εἴχετο καὶ πυρὶ μανίας ἐφλέγετο, καὶ παραχρῆμα τὸ ἐπίπλαστον τῆς ἡμερότητος προσωπεῖον ἀποβαλὼν, τὴν

ἔνδον ἀγριότητα ἐξεγύμνου καὶ τὴν μὲν ὕπαρξιν τῶν ἁγίων εἰς διαρπαγὴν τοῖς κατηγορήσασιν ἐξεδίδου, πρᾶγμα τὸ λίαν ὑπ' ἐκείνων περιφρονούμενον, τοῖς πάνυ μέγα τοῦτο λογιζομένοις· αὐτοὺς δὲ ἵππων τινῶν ἀγρίων ἀποδεθέντας ἐκέλευεν ὅτι τάχος ἐπὶ τὰς Σάρδεις ἐλαύνεσθαι. Τὰς μὲν οὖν ἵππους ἀπὸ Θυατείρων τρέχειν ἀρξαμένας, ἑσπέρας ἤδη καταλαβούσης, αἱ Σάρδεις μόλις τοῦ δρόμου παύουσιν· ἀλλὰ τοῖς μάρτυσι, κἂν τῇ πικρᾷ ταύτῃ τιμωρίᾳ διημερεύσασιν, ὅμως οὐδὲ ἡ νὺξ ἄμοχθος ἦν, ἀλλ' εἰς ὕμνους θείους τὸ πλεῖστον αὐτῆς μέρος ἐδαπανᾶτο. Εἰ δέ που βραχὺ καὶ ὕπνου μετέλαβον, ἄγγελοι αὐτοῖς ἐφιστάμενοι πεπονηκότας τε ἀνελάμβανον καὶ περὶ τὰς μελλούσας ἔτι βασάνους προθυμοτέρους ἐποίουν. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ τοῦτο μὲν ἀλλήλοις, τοῦτο δὲ καὶ τοῖς παροῦσι τὴν θείαν ἐκείνην ἐπιστασίαν οἱ ἅγιοι διηγοῦντο, καὶ πότε Οὐαλέριος ἥξει ἐπανεξετάσων αὐτοὺς περιέμενον, ὥσπερ τινὲς ἀξιόμαχοι στρατιῶται ἀγώνων ἐπιθυμοῦντες καὶ πρὸς τὸν μετὰ δόξης θάνατον εὔτολμόν τι καὶ εὐγενὲς βλέποντες. Ἐκεῖνος δὲ τὰς Σάρδεις καταλαβών, ὡς τὸ νῦν, εἰ καὶ μὴ πρότερον, εὐπειθεστέροις τοῖς μάρτυσι καὶ εὐχερώτερον ἤδη γενομένοις περιτυχεῖν, τὰ μὲν γὰρ τῆς τιμωρίας ἐγίνωσκε μόνον, τὰ δὲ τῆς παρακλήσεως, πόθεν ἡ γεώδης ἐκείνη ψυχὴ καὶ ξένη θείας ἐπιφανείας καὶ ἀγαθότητος; ἐπεὶ δὲ πλέον νῦν ἤπερ ἔμπροσθεν χαριεστάτους μὲν τὴν ὄψιν, εὐσταθεῖς δὲ τὸ φρόνημα καὶ ἀταπεινώτους τὴν ψυχὴν ἐθεάσατο, ἀπογνοὺς τὸ διὰ βασάνων ἑλεῖν, θωπείαις πάλιν καὶ δωρεῶν μειζόνων ἐπαγγελίαις τὴν τῶν γενναίων ἐνστασιν ὑποχαυνοῦν ἐπεχείρει. Ὡς δὲ ἐπὶ πλέον ἐπείρα καὶ πλείονα ἔτι τὴν στερρότητα κατενόει, πρὸς τὸ αὐστηρὸν αὖθις ἐχώρει τῷ συνεχεῖ τῆς μεταβολῆς καὶ τῷ ποικίλῳ τῆς ὁμιλίας θηρᾶσαι τὴν ἐν Χριστῷ ἀσκλότητα τῶν ἁγίων ὁ σκολιὸς μηχανώμενος.

Η'. Ἐπεὶ δὲ καὶ οὕτω νικώμενος ἦν καὶ οὐδὲ μικρὸν ὑπενδιδόντας ἑώρα τοὺς μάρτυρας, ἀλλ' ὥσπερ τις ἀλώπηξ ἐφάνη διαμαχομένη πρὸς λέοντας, ἀπορῶν τοῖς ὅλοις, ὑπέρχεται τέχνην ἑτέραν, καὶ Κάρπον μὲν καὶ Πάπυλον ἀποπέμπεται τοὺς γενναίους, ἀσφαλῶς τηρεῖσθαι κελεύσας. Τὸν δὲ θαυμαστὸν Ἀγαθόδωρον, ὃς τοῖς μάρτυσι διηκονεῖτο καὶ τὰ τῶν οἰκετῶν ἔπραττε (μάρτυς καὶ αὐτὸς ἤδη τέλειος ὢν, καὶ τῷ περὶ αὐτοὺς φίλτρῳ τῶν αὐτῶν ἐκείνοις ἀποκωνεῖ κολάσεων), τοῦτον ἐκέλευσε ταθέντα βουνόροις ἀνηλεῶς τύπτεσθαι· ἅμα μὲν λυπεῖν τοὺς ἁγίους διὰ τῆς πρὸς τὸν ὁμόπιστον τιμωρίας, ἅμα δὲ καὶ φοβεῖν βουλόμενος. Ἠμιλλῶντο οὖν ἀλλήλοις ἑκάτεροι ὅ τε κολάζων δικαστὴς καὶ ὁ μάρτυς· ὁ δικαστὴς μὲν ὥστε τῷ πλήθει τῶν πληγῶν τὸν ἄνδρα ἑλεῖν, ὁ μάρτυς δὲ ἡδέως οὕτω τὰς πληγὰς δεχόμενος, ὡς δῆλον εἶναι τοῦτο δι' εὐχῆς τίθεσθαι, τὸ διαρκέσαι τὴν τιμωρίαν καὶ μὴ ἀπαγορεῦσαι τοὺς κολαστὰς παίοντας. Ὡς οὖν τὸ μαρτυρικὸν ἐκεῖνο σῶμα πολὺν ἤδη ταῖς μάστιξιν ἐκόπτετο χρόνον, αἵματος μὲν ὥσπερ ἐκ τινος πηγῆς κρουνοὶ ἀνεδίδοντο, σπλάγχνα δὲ τῆς οἰκείας περιβολῆς ἐγυμνοῦτο, ῥίς τῶν ἁρμονιῶν διεσπῶντο, καὶ ἡ τῆς ὀδύνης

A aperuit feritatem. Et sanctorum quidem facultates dedit diripiendas iis qui accusaverant, rem, quæ valde quidem ab illis despiciebatur, plurimi autem fiebat ab iis qui id magnum existimabant : ipsos vero agrestibus quibusdam equis alligatos, jussit quam primum agi Sardas. Atque equos quidem, cum incepissent currere Thyatiris, adventante vespere, Sardis vix tandem faciunt a cursu desistere. Cæterum martyribus, qui in hoc acerbo cruciatu totum diem transegerant, nec nox tamen bonis actibus vacua remansit : sed in divinis hymnis plurima pars ejus fuit consumpta. Si quando autem parum somni caperent, eis assistentes angeli, defessos recreabant : et ad tormenta mox futura faciebant animo alacriores. Postridie autem partim quidem inter se, partim autem ii qui aderant, narrabant sancti B divinam illam apparitionem, et venturum Valerium ad eorum examinationem exspectabant, perinde ac quidam strenui milites certamina cupientes, et ad mortem cum gloria suscipiendam, generose et audacter intuentes. Ille autem cum pervenisset Sardas, tunc existimabat, et si non prius, se obedientiores et faciliores inventurum martyres. Solum enim sciebat cruciatus ; consolationem autem unde sciret terrena illa anima, et aliena a divina apparitione et bonitate ? Cum eos autem vidisset vultu, quam prius lætiores, spirituque constantiores, et animo minus dejectos, desperans se posse eos tormentis expugnare, assentationibus rursus et majorum donorum promissionibus aggrediebatur emollire virorum fortium constantiam. Cum autem magis tentasset, et adhuc majorem animadvertisset C roboris firmitatem, processit rursus ad acerbitatem, continua mutatione, et varia collocutione, moliens improbus venari eam, quæ in Christo fundata erat sanctorum simplicitatem.

VIII. Cum autem sic quoque vinceretur, et ne parum quidem cedentes videret martyres sed tanquam vulpes quædam visus est pugnare contra leones, animi plane dubius et perplexus, alia arte eos superare aggreditur ; et Carpum quidem et Papylum viros fortes ac præclaros dimittit, jubens eos tuto servari : admirabilem autem Agathodorum, qui ministrabat martyribus, et famulorum munere fungebatur (qui ipse quoque jam erat perfectus martyr, et suo in eos amore erat socius eorumdem supplicium) , eum, inquam, jussit extensum, boum D nervis cædi immisericorditer, simul quidem sanctos molestia afficere propter cruciatum ejus, qui erat ejusdem fidei, et terrefacere volens, Utrique ergo inter se contendebant, nempe et judex qui puniebat, et martyr, judex quidem, ut multudine plagarum eum expugnaret ; martyr autem, plagas tam libenter accipiens, ut evidens esset, eum hoc habere in votis, ut duraret supplicium, et non defatigarentur tortores ferientes. Cum ergo martyricum llud corpus jam longo tempore cæderetur flagellis, emittebantur quidem rivi sanguinis, tanquam ex quodam fonte, suo autem integumento nudabantur

[illegible]

[illegible] τοὺς [illegible] αἴσθησις; [illegible] καὶ οἶδας [illegible] ψεῦδος ἀ[illegible] τὴν διάνοια[illegible] τῶν ὅλων [illegible]χθητι.

ς΄. [illegible] οὐ [illegible] γὰρ πάντε καὶ [illegible] γὰρ [illegible] εἶναι [illegible] εἰς τὸ [illegible]

[illegible]

πωρίαν τῆς χθὲς ἡμέρας ἀποσκοπῶν καὶ οἰόμενος μόλις ἂν καὶ βασταζομένους τὴν ὁδὸν ἀνύσαι· ὡς δὲ οὕτως ἔχοντας ἐρρωμένους ἑώρα, καὶ τὰ τούτων πρόσωπα θάλλοντα μᾶλλον τῶν λουτροῖς καὶ ἀνέσεσι καὶ σκιατραφίᾳ διηνεκῶς προσκειμένων, γοητείαν τὸ πρᾶγμα ἐκάλει ὁ δαιμόνων ἀληθῶς ἔμπλεως, καὶ διὰ τοῦτο καὶ προσετίθει τοῖς ἐπιπόνοις, θεραπεύων ἑαυτῷ τὸν θυμὸν καὶ σιδήρῳ τὸ μέλη πανταχόθεν βαρυνομένους ἐκέλευε πάλιν ὁδεύειν. Ἐπεὶ δὲ οὗτός τε κἀκεῖνοι ἐν τῷ ὡρισμένῳ γεγόνασι τόπῳ, θύσας δαίμοσιν Οὐαλέριος, ἐπὶ δικαστικοῦ βήματος προκαθέζει καὶ τὸν μακάριον παραστησάμενος Κάρπον καὶ πρόσωπον περιθεὶς ἑαυτῷ πιστοῦ τινος φίλου καὶ θερμὴν ἔχοντος τὴν περὶ αὐτοῦ μέριμναν· Ἐχρῆν μέν, εἶπεν, αἰδούμενόν σε τὴν πολλὴν ἡμῶν ἐπιείκειαν, αὐτόματον ὁρμῆσαι πρὸς τὸ καλὸν καὶ τοῖς μεγίστοις θῦσαι θεοῖς· νῦν δὲ καὶ παρακαλούμενος πρὸς τοῦτο καὶ εὐεργετούμενος, ὡς ὁρῶ, οὐδὲ βραχεῖάν τινα χάριν αὐτοῖς ἀπονέμεις, ἀλλὰ τοῦ οἰκείου συμφέροντος ἀμελεῖς· ἰδοὺ γὰρ οὗτοί σε τοῦ γήρως οἰκτείραντες, ἀταλαίπωρόν σοι διέθηκαν τὴν πορείαν· αὐτὸς δὲ οὐκ οἶδ' ὅτι παθὼν ἀγνώμων τε περὶ τοὺς εὐεργέτας ἐλέγχῃ καὶ ἡμᾶς ἐν μηδενὶ τιθέμενος πρὸς τὴν ἐκείνων ὀλιγωρεῖς θεραπείαν· θέλησον γοῦν κἂν ἄρτι κατανεῦσαι καὶ συμβουλεύοντί μοι τὰ λυσιτελῆ πεισθῆναι, ὡς ἐμὲ ἡ σὴ δυσωπεῖ πολιὰ καὶ λύπῃ δεινῇ συνέχομαι καὶ ὥσπερ οὐκ ἀλλοτρίαν, ἀλλ' ἐμαυτοῦ συμφοραν τὸ σὸν ἀνακλαίομαι. Ἀλλὰ τί πάθω; οἶδας γάρ, ὅτι λίαν οὕτως ὑπερορώμενος οὐκ ἀνέξομαι, εἰ καὶ μὴ δι' ἐμαυτόν, ἀλλά γε διὰ τὴν εἰς τοὺς θεοὺς ὕβριν.

ΙΑ΄. Πρὸς ταῦτα ὁ θεῖος Κάρπος· Συμβουλὴν ἀπὸ φωτὸς, ἔφη, πρὸς σκότος καὶ ἀπὸ ζωῆς πρὸς θάνατον ἄγουσαν οὐκ ἄν τις λογισμοῦ κύριος συμβουλὴν, ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο, ὅπερ ἐστὶν, ἐπιβουλὴν ὀνομάσοι· εἰ δὲ καὶ ἡ ἐμή σε δυσωπεῖ πολιὰ, τί τὸ ἐμποδίζον, μὴ καὶ σὺ πεισθῆναι μᾶλλον ἐμοὶ πατρικῶς συμβουλεύοντι; Ὅτι δὲ σὲ τὰ ἐμὰ λυπεῖ, ἐγὼ σὲ μᾶλλον οἰκτείρω τῆς ἀπωλείας, καὶ δῆλός εἰμι (ἡ φίλη ἴστω ἀλήθεια) συναχθόμενός σου τῇ συμφορᾷ, τοιούτοις προσκειμένου θεοῖς καὶ ψεῦδος τὴν ἐλπίδα θεμένου, τὸ τῆς θείας φάναι Γραφῆς· οἴγε πῶς ἄν ποτε δικαίως νομισθεῖεν θεοὶ, ὕλης ἀψύχου ὄντες καὶ τὴν εἰς τὸ εἶναι παραγωγὴν ἐξ ἀνθρωπίνης χειρὸς ἔχοντες; Οὐαλέριος οὖν οὕτως ὑπὸ Κάρπου τοὺς αὐτοῦ θεοὺς, κἂν ὁ λόγος ἀληθὴς ἦν, ὑβριζομένους οὐκ ἐνεγκὼν, ἀγαθῶν λόγων πονηρὰν ἀντίδοσιν ἐποιεῖτο· ἐμίσησε γὰρ ἐν πύλαις ἐλέγχοντα (κατὰ τὸν θεῖον Ἀμὼς) καὶ λόγον ὅσιον ἐβδελύξατο, ἐκέλευέ τε εὐθέως, καὶ ὁ θυμὸς ἄμετρος ἦν, καὶ δημίων χεῖρες εἶχον τὸν ἅγιον· ῥάβδοι τε αὐτὸν ἀκανθώδεις ἀνηλεῶς ἤκιζον, καὶ αἱ σάρκες ξαινόμεναι συνεχῶς εἰς ἀέρα διεσκεδάζοντο· καὶ κόρον ἐν τούτοις οὐκ ἐλάμβανε ὁ θυμός, ἀλλὰ καὶ πάλιν ἕτεροι τῶν δημίων, οἱ μὲν λαμπάδας αὐτοῦ ταῖς πλευραῖς ἀνῆπτον, οἱ δὲ ἅλας τοῖς μώλωψιν ἀπανθρώπως ἐπέταττον· ἐντεῦθεν αἱμάτων μὲν ῥύσεις κατὰ τοῦ ἐδάφους ἐφέροντο,

A sternæ diei aspiciens afflictionem, et existimans eos vix tandem portatos iter posse conficere. Cum autem vidisset illos adeo valentes et robustos, et vultus eorum non minus lætos et alacres, quam eorum qui utuntur assidue lavacris, et vitam agunt umbratilem, eam rem vocabat præstigias qui vere erat plenus dæmonibus : et ideo ampliorem eis adjunxit dolorem ; nam eorum membris ferro omni ex parte gravatis, jussit eos rursus viam inire. Postquam autem et ipse, et illi in loco fuere præstituto, cum dæmonibus sacrificasset Valerius, in tribunali præsidet judiciali. Et cum beatum Carpum sisti curasset, et fidelis alicujus amici personam induisset, et qui de ipso erat admodum sollicitus : Oportebat quidem, dixit, te nostram reverentem lenitatem, B tua sponte venire ad id, quod est bonum et honestum, et diis sacrificare maximis. Nunc autem, cum et ad id suasionibus inciteris, et beneficio afficiaris, ut video, ne minimas quidem eis agis gratias : sed negligis id, quod est tibi conducibile. Ecce enim hi tuæ miserentes senectutis, effecerunt, ut iter perageres absque afflictione. Ipse autem, nescio quomodo, et ingratus esse convinceris in tuos benefactores, et nos nihili faciens, illorum cultum despicis. Velis ergo nunc saltem annuere, et mihi credere consulenti ea, quæ sunt utilia. Tuam enim revereor canitiem et magno dolore afficior, et tanquam non alienam, sed meam, tuam defleo calamitatem. Sed quid agam ? Scis enim, quod cum adeo despiciar, non feram, si non propter me ipsum, C at propter deorum contumeliam.

XI. Ad hæc divinus Carpus : Consilium, inquit, quod a luce ad tenebras, et a vita ducit ad mortem, nemo, qui fuerit compos mentis, consilium, sed idipsum, quod est, nominarit, insidias. Quod si meam reveretis canitiem, quid impedit, quominus tu mihi magis credas paterne consulenti ? Quod autem tu ex me dolorem accipis, ego magis tui misereor interitus, et aperte tuam (hoc sciat amica veritas) ægre fero calamitatem, qui tales deos colas, et spem posueris mendacium, ut dicam cum divina Scriptura[3]. Qui quidem quemadmodum possunt dii jure reputari, cum sint ex inanima materia, et ad hoc, quod sunt, productionem habeant ex manu humana ? Valerius ergo non ferens deos suos a Carpo, etsi D verum diceret, ea affectos contumelia, bona verba male est remuneratus. Odio enim habuit in portis reprehendentem, cut divinus dicit Amos[4]) et sanctum sermonem est abominatus. Statimque ex jussu ejus lictorum manus tenebant sanctum : et virgæ spineæ eum cædebant immaniter : carnesque assidue laceratæ ac discerptæ, dispergebantur in aerem. Nec his satiabatur ira : sed alii rursus lictores, partim quidem admovebant lampades ejus lateribus, partim autem inhumane aspergebant sale ejus vibices. Hinc rivi quidem sanguinis per solum ferebantur : Fibræ autem, quæ divellebantur, mar-

[3] Isa. xxviii, 15. [4] Amos v, 10.

tyri gravem dolorem afferebant. His defessum fuisset, etiam si quid inanimum ita fuisset cæsum: doluistis autem vos quoque omnino vel solum audientes. Sed martyr quo magis augebatur multitudo suppliciorum, eo magis erat ipse captus Dei amore, et tanquam ex re aliqua suavissima se voluptate explebat ex doloribus: donec ejus virtute defessus Valerius, eum transmisit in carcerem.

XII. Cum autem divinum sisti curasset Papylum, perinde ac si nunc eum primum aspexisset, rogavit, quinam essent parentes, quænam patria, et quænam esset martyri scientia. Sanctus autem: Jam, inquit, discere potuisti, me esse natum ex ingenuis parentibus; sum enim natus Thyatiris: exerceo autem medicinam, non quæ fuerit ex herbis e terra nascentibus, sed quæ alicui a Deo data fuerit. Non enim usque ad corpora circumscribimus ejus utilitatem: sed etiam morbos animæ corrigimus. Tunc judex: Non hæc, inquit, fieri potuerint sine exercitatione eorum, quæ scripta sunt a Galeno et Hippocrate, qui acceperunt a diis summam illius scientiæ. Papylus autem: Galenus quidem, inquit, et Hippocrates, et qui illorum artem exercent, tunc aliquem curaverint, quando gratiam suæ benignitatis meus quoque Christus præbuerit. Sin minus, perit eis studium, nihil commodi consequens ex sua in arte exercitatione. Quos autem deos nominas, cum nec sibi quidem possint aliquid prodesse, quomodo ii curam gesserint aliorum sanitatis. Quod si etiam velis rem ipsam vere intelligere, eum, qui propter te sedet, altero ut vides oculo orbum, faciant visum recuperare: et postea nihil dicam. Fuerit autem quispiam, ait Valerius, qui eum possit sanare? Non hoc solum, inquit sanctus, sed omnes etiam alios morbos et affectiones insanabiles facile curaverit, qui Christum omni morbo medentem invocaverit. Dixit autem Valerius: Videamus in præsentia id, quod dicis: Non ego, inquit Papylus, aggrediar primus. Vereor enim, ne cum ipse omnia adulteres, miraculum ascribas dæmonibus. Sed tui primum invocent quem velint tuorum deorum, et tunc ego quoque ostendam Christi mei virtutem.

XIII. Tunc cum quosdam deorum cultores et sacrificos adduxisset Valerius, jussit suos invocare deos, nullam, quæ ad hoc faciat, omittentes artem, nec industriam, nec rationem. Illi autem, alius alio accedentes, hic quidem Apollinem, ille autem Æsculapium, alius deinde alium invocabat ex diis adulterinis, impotentes in re, quæ fieri non poterat, quod ad homines attinet, invocantes. Eratque res valde ridicula, et plena dedecore. Quid enim de viventibus, magnus inquit Isaias[5], sciscitabuntur mortuos? Totus ergo dies præteriit, et illi quidem rogabant, supplicabant, sacrificabant, rebus illis

A ἵνες δὲ διασπώμεναι δριμυτάτην τῷ μάρτυρι τὴν αἴσθησιν ἐνετοίουν· ἔκαμεν ἂν ἐν τούτοις, εἴ τι καὶ τῶν ἀψύχων ἦν αἰκιζόμενον· ἠλγήσατε δὲ καὶ ὑμεῖς πάντως καὶ πρὸς μόνην τὴν ἀκοήν. Ἀλλ' ὁ μάρτυς ὅσῳ τὸ πλῆθος τῶν κολάσεων ἐπετείνετο, τοσούτῳ καὶ αὐτὸς μᾶλλον τῷ πρὸς Θεὸν ἠλίσκετο ἔρωτι, καὶ ὥσπερ τινὸς ἡδίστου κατετρύφα τῶν ὀδυνῶν, ἕως πρὸς τὸ τοῦ ἀνδρὸς γενναῖον ἀποκαμὼν Οὐαλέριος, τοῦτον μὲν παρέπεμψε τῇ εἱρκτῇ.

ΙΒ'. Τὸν δὲ θεῖον παραστηδάμενος Πάπυλον, ὥσπερ νῦν πρῶτον αὐτὸν θεασάμενος, ἠρώτα, τίνες οἱ γενέται, τίς ἡ πατρὶς καὶ τίς ἄρα ἡ ἐπιστήμη τῷ μάρτυρι. Ὁ δὲ ἅγιος· Μεμάθηκας ἤδη, φησίν, ὅτι ἐλευθέρων πατέρων ἐγὼ παῖς· ἐκ Θυατείρων δὲ ὡρμημαι, μετεῖμι δὲ ἰατρικήν, οὐχ ὁπόση γένοιτο ἐν ἱ B βοτανῶν τῶν ἐκ γῆς φυομένων, ἀλλ' ὅση ἂν τινι ἐκ Θεοῦ δοθείη· καὶ γὰρ οὐ μέχρι τῶν σωμάτων περιορίζομεν τὴν ὠφέλειαν, ἀλλὰ καὶ τῶν ψυχικῶν ἀρρωστημάτων ποιούμεθα τὴν διόρθωσιν. Εἶτα ὁ δικαστής· Οὐκ ἄνευ ἀσκήσεως τῶν Γαληνοῦ, ἔφη, καὶ Ἱπποκράτους ταυτὶ γένοιτο, οἱ παρὰ τῶν θεῶν τῆς ἐπιστήμης τὸ κεφάλαιον ἔλαβον. Καὶ ὁ Πάπυλος· Γαληνὸς μὲν καὶ Ἱπποκράτης, καὶ οἱ τὴν ἐκείνων μετιόντες τέχνην, τότε ἄν τινα θεραπεύσειαν, ἡνίκα τῆς ἑαυτοῦ φιλανθρωπίας τὴν χάριν καὶ ὁ ἐμὸς παράσχοι Χριστός· εἰ δ' οὖν, οἴχεται αὐτοῖς ἡ σπουδὴ μηδὲν τῆς περὶ τὴν τέχνην ἀσκήσεως ἀπολαύσασα· οὓς δέ γε ὀνομάζεις θεούς, οὐδὲ ἑαυτοὺς ὀνῆσαί τι δυνάμενοι, πῶς ἂν τῆς ἑτέρων οὗτοι φροντίσωσι θεραπείας; Εἰ δὲ καὶ μαθεῖν ἔργῳ τὸ πρᾶγμα ἐθέλεις, τὸν παρὰ σοὶ καθήμενον πεπηρωμένον, ὡς C ὁρᾷς, ὄντα τὸν ἕτερον τῶν ὀφθαλμῶν, ἀναβλέψαι ποιησάτωσαν, κἀμοὶ λόγος τὸ μετὰ ταῦτα οὐδείς. Εἴη δ' ἄν τις, εἶπεν Οὐαλέριος, ὁ τοῦτον ὑγιῶσαι δυνάμενος; — Οὐ τοῦτον μόνον, ὁ ἅγιος ἔφη, ἀλλὰ κἂν νόσος ἄλλη τις ᾖ, κἂν πάθος οὐδὲ παρ' ὀλίγον ἰάσιμον, ῥᾳδίως ἅπαντα θεραπεύσειεν, ὃς ἂν τὸν ἰώμενον πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐπικαλοῖτο Χριστόν. Καὶ τὸν Οὐαλέριον φάναι· Ἴδωμεν ἐν τῷ παρόντι ὃ λέγεις. — Οὐκ ἐγώ, φησὶν ὁ Πάπυλος, ἐγχειρήσω πρῶτος· δέδοικα γάρ, μὴ τὸ πρᾶγμα νοθεύσας αὐτὸς τοῖς δαίμοσι τὰ τοῦ θαύματος ὑπογράψῃς· ἀλλ' οἱ σοὶ πρότερον, ἣν βούλωνται, τῶν θεῶν ὑμῶν ἐπίκλησιν ποιησάτωσαν, καὶ τότε πάλιν αὐτὸς τὴν τοῦ ἐμοῦ Χριστοῦ δύναμιν ἐπιδείξω.

ΙΓ'. Τότε θεραπευτάς τινας καὶ θύτας παραγαγὼν D ὁ Οὐαλέριος, τοὺς ἑαυτῶν ἐκέλευεν ἐπικαλεῖσθαι θεούς, μηδὲ τέχνης, μηδὲ ἐπινοίας, μηδ' ἄλλης τινὸς μεθόδου πρὸς τοῦτο μεθιέντας μηδέν. Οἱ δὲ ἄλλος ἀλλαχῇ παριόντες, ὁ μὲν Ἀπόλλωνα, ὁ δὲ Ἀσκληπιόν, ὁ δὲ ἄλλος ἄλλον τῶν κιβδήλων ἐκάλει θεῶν, ἀδυνάτους κατὰ ἀδυνάτου πράγματος, ὅσα γε εἰς ἀνθρώπους ἧκεν ἐπικαλούμενοι· καὶ ἦν τὸ χρῆμα κομιδῇ γέλως, αἰσχύνη σαφῆς. Τί γὰρ περὶ τῶν ζώντων, Ἡσαΐας φησὶν ὁ μέγας, ἐκζητήσουσι τοὺς νεκρούς; Ἡμέρα γοῦν διῆλθεν ὅλη, καὶ οἱ μὲν ἐδέοντο, ἐκέτευον, ἐθυσίαζον, πᾶσαν περὶ τὰ μάταια ἐποιοῦτο

[5] Isa. VIII, 19.

ροσεδρείαν· τὰ δὲ κωφὰ κωφὰ ἦν, καὶ τῷ ἐκ
τυφλώττοντι οὐδεμία βοήθεια παρὰ τῶν ὅλως
ωμένων. Τί οὖν ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς; Ὁμοῦ
ῖς ὄμμασι τῆς σαρκὸς καὶ τὰ τῆς ψυχῆς εἰς
ὺς ἄρας, τὸν ἑαυτοῦ πρὸς ἔλεον ἐκάλει Δεσπό-
ἔῖτα τί; Τὸ τοῦ σταυροῦ σημεῖον ἐπιβάλλει
ψεσιν, ἅπτεται τῇ χειρὶ, καὶ τῇ ἁφῇ τὸ φῶς
θει, καὶ ὁ σβεσθεὶς ὀφθαλμὸς ῥᾷον ἢ πρὸς
συγκαλυφθεὶς ἀνεῴγνυτο, καὶ τὸ δὴ μεῖζον,
ψυχῆς ἐλύετο πήρωσις, καὶ πιστεύων ἦν, καὶ
ς τὸ ἀληθινὸν ἑώρα, ὁ φωτίζει πάντα ἄνθρω-
χόμενον εἰς τὸν κόσμον, καὶ ἅμα πολύ τι πλῆ-
θρώπων τῷ θαύματι πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας
τιν ἐχειραγωγεῖτο. Τίνα ἂν οὐ μετέβαλον
καὶ τίς ὁ τὴν ἰσχὺν ἔχων ταύτην ἐκζητῆσαι
αθεῖν παρεσκεύασεν; Ἀλλ' εἰ καὶ πάντας,
ιον γοῦν οὐδαμῶς, ἀλλὰ καὶ πολὺ μᾶλλον
τερον ἑαυτοῦ πεποιήκασι, καθάπερ ἐνηδόμε-
ἀπωλείᾳ τῆς πλάνης καὶ οὐδαμῶς ἐκκαλυ-
τὴν ἀλήθειαν ἀνεχόμενον· ὅθεν καὶ τὸν μάρ-
αύτης ἐπὶ ξύλου μετεωρίσας, αἰκίζεται δρι-
ς, τοιαύτας αὐτῷ τὰς ἀμοιβὰς τῆς εἰς τὸν
εδρον εὐεργεσίας ἀποδιδούς.

Ἐξαίνετο μὲν οὖν τὸ καλὸν ἐκεῖνο σῶμα ταῖς
. Πάπυλον δὲ οὐ τοῦτο ἐλύπει, ἀλλ' ὅτι μὴ
τεραι μᾶλλον ἐπήγοντο βάσανοι, δεινῶς
εν· ὥσπερ γοῦν ἀπ' ἐναντίας καὶ Οὐαλέριος
νας ὁρῶν πάλιν τὰς αὐτοῦ βασάνους πρὸς τὴν
ρτυρος εὐψυχίαν, πάθος ἴδιον εἶχε τοῦτο καὶ
ἔφερε· τοιγαροῦν προσετίθει καὶ ἄλλας, καὶ
ς αὐτοῦ πλευραῖς ὑπανάπτει καὶ λίθοις βάλ-
κελεύει· ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ πῦρ ὁ μακάριος
ταθεν ἀγεννὲς, καὶ οἱ λίθοι καθάπερ αἰδούμε-
ἰὰ Χριστὸν οὕτως αἰκιζόμενον σῶμα, ἀλλαχοῦ
ντίζοντο, κατ' αὐτοῦ δὲ οὐδαμῶς ἐφέροντο.
ὖν ἀπηγόρευσεν Οὐαλέριος ἤδη καὶ οὐδὲν
ὁ ἐπαγάγοι τοῖς ἁγίοις εἰς τιμωρίαν, καιρὸν
τοῖς μώλωψι, λογιζόμενος ἴσως, ὡς εἴ γε καὶ
οὕτως ἀνεθεῖεν οἱ μάρτυρες, δριμυτέραις
οἱ μώλωπες περιβαλοῦσιν ὀδύναις ἤδη φλεγ-
ς καὶ οὕτω χαυνοτέρους πρὸς τὰς μελλούσας
ς παρέξονται. Ἀλλ' οὗτοι τὸν ἰατρὸν ἐγγὺς
, δι' ὃν καὶ τὰς πληγὰς ἡδέως ἐδέχοντο, οὐ
νῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν τραυμάτων αὐταῖς
ἀπηλλάττοντο, μηδὲ ἴχνος τι τούτων ἐφ' ἑαυ-
ριφέροντες, ὥστε ἐλάνθανε πλήττων ἑαυτὸν
ος, οὐ τοὺς μάρτυρας, ὅσῳ γὰρ ἐκουφίζοντο
νων ἐκεῖθεν, τοσούτῳ τὴν καρδίαν αὐτὸς ἐμα-
, καὶ θυμὸς αὐτὸν ἴσα καὶ πυρὶ κατεπίπρα.

Βραχὺ τὸ μεταξὺ καὶ πάλιν ὁ μὲν ἐφ' ὑψηλοῦ
ηται βήματος, φονικόν τε καὶ μανικὸν βλέπων,
ι τοῦ τῆς ψυχῆς κατόπτρου, τῶν ὀφθαλμῶν,
ἶον ὑποφαίνων πικρίαν, καὶ οὐδὲ προσιτὸς
ιέσιν ὤν· περίεσταται δέ αὐτὸν πᾶν ὅσον
κὸν εἶχε τῆς σφετέρας ἀλαζονείας· εἰσάγον-
οἱ γενάδαι· μᾶλλον δὲ εἰσίασι πρόθυμοι·
ν αὐτοὺς εἰς εὐωχίαν, οὐκ εἰς ἀγῶνα καλεῖ·
καὶ ὁ μὲν καταπλήξειν αὐτοὺς καὶ πρὸ τῶν

I. Tempore illo, cum apostoli per omnem orbem terrarum dispersi essent, divina voluntate factum est, ut vir sanctissimus Marcus in Ægypti regionem adiret. Evangelistam hunc esse, sancti apostolicæ Ecclesiæ canones constituerunt, eo quod primus ipse in tota Ægypti regione, Libya, Marmarica, Ammonica et Pentapoli, Christi Evangelium quod scripserat, et ejus ad nos adventum prædicavit. Erat enim tota illa regio hominibus referta : qui cum essent corde incircumciso et durissimo, idolis serviebant, pleni omni impuritate, et impurorum spirituum cultores. Per omnes enim urbes ac provincias, templa et lucos constituebant. Siderum etiam eventa et magicæ artes, omnisque dæmonum facultas apud eos exercebatur, quam Dominus Jesus, cum in eam regionem ivisset, dissolvendam atque evertendam præmonstravit.

II. Cum igitur divinus evangelista Marcus in Cyrenen urbem Pentapolis venisset, et cœleste Christi regnum prædicasset, et apud eos miracula ingentia fecisset (ægrotos enim curavit, leprosos mundos reddidit, ac divinæ gratiæ verbo impuros et feroces spiritus ejecit), multi per eum crediderunt in Dominum Jesum Christum, et fecerunt, ut eorum simulacra in terram dejicerentur : qui et baptismate illuminati sunt in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, Amen. Illic igitur per sanctum Spiritum ei revelatum fuit, ut ad Pharitem Alexandriam abiret, et bonam Dei sementem illic spargeret. Itaque beatus evangelista Marcus ad stadium, tanquam generosus et fortis athleta, prompto animo gradiebatur. Cumque fratres ipsos salutasset, Dominus, inquit, meus mihi dixit, ut ad urbem Alexandriam proficiscar. Fratres autem eousque illum deduxerunt, quoad in navigium ingressus est. Cumque panis buccellam degustassent, bene illi precantes, eumque deducentes, sic dicebant: Dominus Jesus Christus prosperum faciat iter tuum.

A Α'. Κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν τῶν ἀποστόλων διαμερισθέντων κατὰ τὴν πᾶσαν οἰκουμένην, ἔλαχε τὸν ἁγιωτατον Μάρκον ἐν τῇ κατ' Αἴγυπτον χώρᾳ ἐλθεῖν Θεοῦ βουλήσει, ὅθεν καὶ εὐαγγελιστὴν αὐτὸν ἐθέσπισαν οἱ μακάριοι κανόνες τῆς ἁγίας καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας, διὰ τὸ πρῶτον αὐτὸν ἐν ὅλῃ τῇ Αἰγύπτῳ χώρᾳ, Λιβύῃ τε καὶ Μαρμαρικῇ, Ἀμμωνιακῇ καὶ Πενταπόλει, κηρύξαι τὸ Εὐαγγέλιον τῆς τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπιδημίας. Ἦν γὰρ πᾶσα ἡ γῆ αὕτη ἀπερίτμητοι τῇ καρδίᾳ καὶ εἰδωλολάτραι, μεστοὶ πάσης ἀκαθαρσίας καὶ πνευμάτων ἀκαθάρτων σεβασταί · κατὰ πᾶσαν γὰρ οἰκίαν, καὶ ἄμφοδον, καὶ ἐπαρχίας, σηκοὺς καὶ τεμένη κατεσκευάζοντο · ἀποτελέσματά τε, καὶ γοητεῖαι, καὶ πᾶσα δύναμις ἐγρηγορητική. Μᾶλλον δὲ δαιμονικὴ B ἣν ἐν αὐτοῖς, ἣν ἐπιδημήσας ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς κατέλυσε καὶ ἀπώλεσεν.

Β'. Τοῦ οὖν θεσπεσίου εὐαγγελιστοῦ Μάρκου ἐν Κυρήνῃ τῆς Πενταπόλεως καταντήσαντος, καὶ λαλήσαντος αὐτοῦ τὸν τῆς ἀρχῆς τοῦ Χριστοῦ λόγον, καὶ ποιήσαντος εἰς αὐτοὺς τὰ παράδοξα θαύματα (ἀσθενοῦντας ἐθεράπευσε, λεπροὺς ἐκαθάρισε καὶ πνεύματα χαλεπὰ ἐξέβαλε τῷ λόγῳ τῆς χάριτος), πολλοὶ πιστεύσαντες δι' αὐτοῦ εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, ἐποίησαν τὰ εἴδωλα αὐτῶν χαμαιριφῆ, ἐφωτίσθησάν τε βαπτισθέντες εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ἐκεῖ οὖν ἀπεκαλύφθη αὐτῷ διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύμα- C τος εἰς τὴν Φαρίτην Ἀλεξάνδρειαν ἀνακελθεῖν καὶ τὸ καλὸν σπέρμα τοῦ Θεοῦ κατασπεῖραι. Ὁ μακάριος εὐαγγελιστὴς Μάρκος, ὡς γενναῖος ἀθλητὴς, ἐπὶ τὸ σκάμμα προθύμως ἐβάδιζε καὶ ἀσπασάμενος τοὺς ἀδελφοὺς εἶπεν. Ὁ Κύριός μου ἐλάλησε πρός με, ὅπως πορευθῶ εἰς τὴν Ἀλεξανδρέων πόλιν. Οἱ δὲ ἀδελφοὶ προσέπεμπον αὐτὸν ἕως τοῦ εἰσελθεῖν αὐτὸν εἰς τὸ πλοῖον · καὶ γευσάμενοι ψωμὸν αὐτοῦ προσέπεμπον αὐτὸν λέγοντες · Ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εὐοδώσοι τὴν ὁδόν σου.

Ὁ δὲ μακάριος Μάρκος τῇ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ εἰς Α
λεξάνδρειαν παρεγένετο καὶ τοῦ πλοίου ἀποβὰς
εἰς τινα τόπον καλούμενον Μένδιον. Αὐτοῦ
λην εἰσελθόντος τῆς πόλεως, εὐθὺς τὸ ὑπόδημα
διερράγη. Ὁ δὲ μακάριος ἀπόστολος γνοὺς
ντως ἡ ὁδὸς εὔλυτος. Παλαιοράφον δὲ θεασά-
ἐπέδωκεν αὐτῷ τὸ ὑπόδημα· τὸ ῥάφος τῷ
ἔπληξεν αὐτοῦ τὴν ἀριστερὰν χεῖρα καὶ φη-
ἷς Θεός. Ὁ δὲ μακάριος Μάρκος ἀκούσας.
τός, ἔφη ἐν ἑαυτῷ γελάσας. Εὐώδωσε Κύριος
ὸν μου. Καὶ πτύσας χαμαὶ, ἐποίησεν πηλὸν ἐκ
ύσματος καὶ ἐπέχρισε τὴν χεῖρα τοῦ ἀνδρὸς
Ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ Υἱοῦ
ιοῦ τοῦ ζῶντος εἰς τοὺς αἰῶνας, ἴσθι ὑγιής.
θέως ἰάθη ἡ χεὶρ τοῦ ἀνδρός. Ὁ δὲ παλαιο-
ἱστορήσας τὴν δύναμιν τοῦ ἀνδρὸς, καὶ τὴν Β
ιν τοῦ λόγου αὐτοῦ, καὶ τὸ ἀσκητικὸν σχῆμα,
ὐτῷ· Δέομαί σου, ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ, δεῦρο
σον σήμερον εἰς τὸν οἶκον τοῦ παιδός σου,
αγώμεθα ὁμοῦ ψωμὸν ἄρτου, ὅτε ἐποίησας
μετ' ἐμοῦ σήμερον. Ὁ δὲ μακάριος Μάρκος
ρὴς γενόμενος ἔφη· Ὁ Κύριος δώῃ σοι ἄρτον
ἐπουρανίου. Ὁ δὲ ἄνθρωπος παρεβιάσατο τὸν
λον καὶ εἰσήνεγκεν αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ
.

Εἰσελθὼν δὲ ὁ μακάριος Μάρκος εἶπεν· Εὐλο-
υρίου ὧδε· εὐξόμεθα, ἀδελφοί. Καὶ ηὔξαντο
καὶ μετὰ τὴν εὐχὴν ἀνεκλήθησαν. Ὡς δὲ ἠγα-
ταν, εἶπεν ὁ ἄνθρωπος· Πάτερ, τί ἄρα, καλῶ
ς εἶ καὶ πόθεν ὁ λόγος οὗτος ὁ δυνατὸς ἐν σοί; C
δὲ ὁ ἅγιος Μάρκος· Ἐγὼ δοῦλός εἰμι τοῦ Κυ-
Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. Εἶπε δὲ ὁ
πος· Ἐβουλόμην αὐτὸν ἰδεῖν. Εἶπε δὲ ὁ
μάρτυς τοῦ Χριστοῦ Μάρκος· Ἐγώ σοι αὐτὸν
ίω. Καὶ ἤρξατο ὁ ἅγιος Μάρκος ἀρχὴν ποιεῖ-
τοῦ Εὐαγγελίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ,
Αβραὰμ, καὶ δεικνύειν αὐτῷ τὰ περὶ τῶν προ-
αὐτοῦ. Ὁ δὲ ἄνθρωπος εἶπε· Δέομαι, κύριε,
ραφὰς ἅσπερ σὺ λέγεις, οὐδέποτε ἤκουσα, ἀλλ'
α καὶ Ὀδυσειάδα, καὶ ὅσα σοφίζονται οἱ τῶν
τίων παῖδες. Τότε ὁ ἅγιος Μάρκος εὐαγγελί-
ι αὐτῷ τὸν Χριστὸν καὶ δεικνύειν αὐτῷ ὅτι ἡ
τοῦ κόσμου τούτου μωρία παρὰ τῷ Θεῷ ἐστιν.
τευσε δὲ ὁ ἄνθρωπος τῷ Θεῷ διὰ τῶν ὑπὸ τοῦ
ου λεγομένων σημείων καὶ τεράτων, καὶ ἐφω-
αὐτὸς, καὶ ὅλος ὁ οἶκος αὐτοῦ, καὶ πολὺ πλῆ-
οῦ τόπου ἐκείνου. Ἦν δὲ τὸ ὄνομα τοῦ ἀνθρώ-
κείνου Ἀνανίας.

Ὡς δὲ ὄχλος ἐγένετο τῶν πιστευόντων ἐπὶ τὸν
ν, ἤκουσαν οἱ ἄνδρες τῆς πόλεως, ὅτι Γαλιλαῖός
παρεγένετο ἐνταῦθα, καὶ ἀνατρέπει τὰς τῶν
θυσίας, καὶ κωλύει αὐτῶν τὰς θρησκείας, καὶ
ὖν αὐτὸν ἀποκτεῖναι, καὶ ἔθηκαν αὐτῷ ἐνέδρα
. Ἐπιγνοὺς δὲ ὁ ἅγιος Μάρκος τὰς ἐπιβουλὰς

III. Beatus vero Marcus postridie Alexandriam venit (1). Cumque descendisset e navi, adiit locum quemdam, qui vocabatur Mendion. Cum autem ejus urbis portam ingressus esset, statim ipsius calceamentum dissolutum fuit. Quod beatus apostolus intelligens : Vere, inquit, via hæc expedita et facilis est. Visoque veterum calceamentorum sutore, calceamentum reficiendum ei tradidit. Ille vero calceamentorum sutor subula sinistram manum suam percussit, et continuo clamavit : Unus Deus est. Id cum beatus Marcus audivisset, secum cogitans ac ridens dixit : Prosperum fecit Dominus iter meum. Cumque in humum despuisset, ex ipso sputo lutum confecit, et ejus viri manum illinens : In nomine, inquit, Jesu Christi viventis in sæcula, esto sanus ; ac statim ejus viri manus sanata est. Sutor autem ille cum apostoli Marci potentiam, et orationis efficacitatem, habitumque virtutis exercitationi convenientem animadvertisset : Precor, inquit, te, homo Dei, ut venias hodie et divertas ad domum servi tui, ut simul pane vescamur, quoniam misericordia hodie me prosecutus fuisti. Beatus apostolus Marcus ea re valde lætatus : Dominus, inquit, dabit tibi panem vitæ cœlestis. Homo igitur ille valde hilaris, coegit apostolum domum suam divertere.

VI. Quam cum beatus Marcus introivisset : Benedictio, inquit, Domini hic sit. Precemur Deum, fratres. Ac simul precati sunt, et post preces accubuerunt. Ut vero benigne se vicissim acceperunt, dixit homo ille : Pater, obsecro te, quis es? Et undenam oratio ista tam potens in te profecta est ? Cui sanctus Marcus dixit : Ego servus sum Domini Jesu Christi, Filii Dei. Vellem, inquit ille, Deum videre. Tum sanctus Marcus : Illum ipsum tibi ostendam. Cœpitque sanctus apostolus exponere initium illius Evangelii : Liber generationis Jesu Christi, filii David, filii Abraham [1] : eique ostendere, quæ prophetæ ipsi de Christo prædixerunt. Vir autem ille : Istas, inquit, domine, Scripturas quas tu dicis, nunquam ego audivi, sed Iliadem et Odysseam, et quæcumque Ægyptiorum filii doceri solent. Tunc cœpit sanctus evangelista Marcus Christum ipsi nuntiare, atque ostendere hujus mundi sapientiam stultitiam esse apud Deum. Credidit homo ille Deo, propter ea quæ a Marco dicta sunt, et propter signa et prodigia per eum facta : ipseque et tota ejus domus, et magna ejus regionis multitudo, ab evangelista ipso illuminata est. Erat autem hominis illius nomen Anianus.

V. Cum vero crevisset numerus eorum qui in Domino crediderunt, audiverunt civitatis illius optimates, Galilæum quemdam illuc venisse, qui deorum sacrificia everteret, et ipsorum cultum impediret. Quamobrem eum interficere studebant, atque insidias multas ei faciebant. Quas cum san-

[1] Matth. I, 1, 2.

Anno 45 venit Alexandriam. Vide Euseb. in *Chron.* Baron. an 45.

ctus Marcus cognovisset, ordinavit episcopum Anianum et tres presbyteros Malchum, Sabinum et Cerdonem, ac septem diaconos, et alios undecim, qui ecclesiasticum ministerium obirent. Quo facto, aufugiens, rursus in Pentapolim venit. Ibi cum annos duos transegisset, et fratres qui illic erant confirmasset, episcoposque et clericos per regionem illam ordinasset, rursum venit Alexandriam, et ejus loci fratres multo numero et gratia et scientia Dei auctos invenit, qui et ecclesiam sibi ipsis ædificaverant in iis locis quæ Bubulci nomen habent, maritimaque sunt infra præcipitia quædam posita. Qua re justus ille vir multum gavisus est ; cumque genua in terram posuisset, divinam gloriam celebravit.

A αὐτῶν, χειροτονήσας ἐπίσκοπον τὸν Ἀνανίαν καὶ πρεσβυτέρους τρεῖς, Μελαῖον, καὶ Σαβῖνον, καὶ Κέρδωνα, καὶ διακόνους ἑπτὰ, καὶ ἄλλους ἕνδεκα εἰς τὴν ἐκκλησιαστικὴν ὑπηρεσίαν, ἔφυγε καὶ ἀπῆλθε πάλιν εἰς τὴν Πεντάπολιν. Καὶ ποιήσας ἐκεῖ ἔτη δύο, καὶ θεμελιώσας καὶ τοὺς ἐκεῖ ἀδελφοὺς, καὶ χειροτονήσας κἀκεῖ ἐπισκόπους καὶ κληρικοὺς κατὰ χώραν, ἦλθε πάλιν εἰς Ἀλεξάνδρειαν, καὶ εὗρε τοὺς ἀδελφοὺς πληθυνθέντας ἐν χάριτι καὶ ἐπιστήμῃ Θεοῦ· καὶ ἐκκλησίαν οἰκοδομήσαντες ἑαυτοῖς ἐν τοῖς καλουμένοις Βουκόλου τοῖς παραθαλασσίοις, ὑποκάτω κρημνῶν· καὶ ἐχάρη πάνυ ὁ δίκαιος, καὶ θεὶς τὰ γόνατα ἐδόξαζε τὸν Θεόν.

VI. Cum vero multum temporis transiisset, et Christiani aucti essent, idola ipsa irridebant, et Græcos qui ea colerent, subsannabant. At Græci, posteaquam audiverunt sanctum evangelistam Marcum illuc venisse, ardore quodam atque invidia repleti sunt, eo quod audirent admirabilia quædam per eum fieri. Ægrotos enim sanabat, leprosos mundabat, surdis auditum ita restituebat, ut Evangelii prædicationem ab eo percipere possent: multis denique cæcis visum præstabat. Quamobrem illum insectabantur. Quem cum non invenirent, stridebant dentibus suis, et in sacrificiis et idolorum suorum debacchationibus adversus sanctissimum virum vociferantes, dicebant: Multæ sunt hujus magi et venefici violentiæ.

B ϛ'. Ὡς δὲ ἐπληροῦτο χρόνος ἱκανὸς, καὶ οἱ Χριστιανοὶ ἐπληθύνοντο, καὶ κατεγέλων τῶν εἰδώλων καὶ ἐξεμυκτήριζον τοὺς Ἕλληνας, ἔμαθον οἱ Ἕλληνες αὐτὸν παραγενόμενον τὸν ἅγιον καὶ εὐαγγελιστὴν Μάρκον, καὶ ἐπλήσθησαν ζήλου διὰ τὸ ἀκούειν αὐτοὺς τὰς θαυματουργίας αὐτοῦ, ἃς ἐποίει· ἀσθενοῦντας γὰρ ἐθεράπευεν, λεπροὺς ἐκαθάριζε, κωφοῖς εὐηγγελίζετο, καὶ τυφλοῖς πολλοῖς ἐχαρίσατο τὸ βλέπειν· καὶ ἐζήτουν αὐτὸν πιᾶσαι καὶ οὐχ ηὕρισκον αὐτὸν· καὶ ἔβρυχον τοὺς ὀδόντας ἐπ' αὐτὸν, καὶ ἐν ταῖς κωμασίαις τῶν εἰδώλων αὐτῶν κατέκραζον αὐτοῦ λέγοντες· Πολλαὶ βίαι τοῦ μάγου.

VII. Factum autem fuit, ut beatus et festus dies noster, hoc est, sanctum Pascha die Dominico celebraretur, octavo Kalendas Maii, hoc est, vicesimo quarto die mensis Aprilis, qui ab Ægyptiis Pharmutius vocatur. Illo autem tempore et Serapidis illorum Dei debacchatio celebrabatur. Cum igitur eam temporis opportunitatem nacti essent, homines quosdam subornatos miserunt, qui apostolum sanctas divinæ oblationis preces et ministerium facientem invenerunt. Quem cum comprehendissent, fune in ejus collum injecto, trahebant, ita dicentes : Trahimus bubalum hunc ad bubulci stabulum. At sanctus Marcus cum traheretur, Salvatori Christo gratias agens : Gratias, inquit, ago tibi, Domine Jesu Christe, quod dignus habitus sum, qui pro nomine tuo hæc paterer. Ejus autem carnes decidebant, et sanguine ipso lapides inquinabantur.

C Ζ'. Ἐγένετο δὲ τὴν μακαρίαν ἡμῶν ἑορτὴν τοῦ Πάσχα καταλαβεῖν τὴν ἁγίαν Κυριακὴν Φαρμουθὶ κς' πρὸ ὀκτὼ Καλανδῶν Μαΐου, τοῦτ' ἔστι Ἀπριλίου κδ', ἐν οἷς ἦν καὶ αὐτῶν Σεραπιακὴ Κωμασία. Εὐκαιρίαν δὲ τοιαύτην εὑρόντες, ἐγκαθέσους πέμψαντες, κατέλαβον αὐτὸν τὰς εὐχὰς τῆς θείας ἀναφορᾶς ποιούμενον· καὶ λαβόντες αὐτὸν, ἔβαλον κάλον εἰς τὸν τράχηλον αὐτοῦ καὶ οὕτως ἔσυρον αὐτὸν λέγοντες· Σύρομεν τὸν βούβαλον εἰς τὰ βουκόλου. Ὁ δὲ ἅγιος Μάρκος συρόμενος εὐχαριστίας ἀνεδίδου τῷ Σωτῆρι Χριστῷ λέγων· Εὐχαριστῶ σοι, Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, ὅτι κατηξιώθην ὑπὲρ τοῦ ὀνόματός σου ταῦτα παθεῖν. Καὶ ἦσαν αἱ σάρκες αὐτοῦ πίπτουσαι εἰς τὴν γῆν, καὶ αἱ πέτραι ἐμολύνοντο τοῦ αἵματος αὐτοῦ.

VIII. Erat ejus diei vespera, cum in carcerem eum conjecerunt, donec inter se decernerent, quali morte ipsum de medio tollerent. Media vero nocte januis clausis, et custodibus ante januam excubantibus, ecce terræ motus magnus factus est. Angelus autem Domini cum descendisset de cœlo, tetigit ipsum, dicens : Serve Dei, Marce, summe omnium illorum sanctorum, qui sunt in Ægypti regione, en scriptum est nomen tuum in libro vitæ cœlestis, et connumeratus es cum sanctis apostolis, et memoria tua non delebitur in æternum. Ejusdem chori consors eris, cujus cœlestes et supernæ potentiæ consortes sunt. Archangeli spritum tuum

D Η'. Ἑσπέρας δὲ γενομένης, ἔβαλον αὐτὸν εἰς φυλακὴν, ἐπισκεψόμενοι, ποίῳ θανάτῳ αὐτὸν ἀπολέσουσιν. Τῆς δὲ νυκτὸς μεσούσης, καὶ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων, καὶ τῶν φυλάκων κειμένων πρὸ τῶν θυρῶν, ἰδοὺ σεισμὸς ἐγένετο μέγας· ἄγγελος γὰρ Κυρίου, καταβὰς ἐξ οὐρανοῦ, ἥψατο αὐτοῦ λέγων. Ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ Μάρκος, ὁ κορυφαῖος τῶν κατ' Αἴγυπτον ἁγίων, ἰδοὺ τὸ ὄνομά σου ἐγγέγραπται ἐν βίβλῳ ζωῆς αἰωνίου καὶ συγκαταριθμήθης μετὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων· ἰδοὺ τὸ μνημόσυνόν σου οὐ καταλειφθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα· σύγχορος ἐγένου τῶν ἄνω δυνάμεων ἐν οὐρανοῖς· ἀρχάγγελοι τὸ πνεῦμά σου ὑποδέξονται καὶ τὰ λείψανά σου εἰς γῆν οὐκ

ται. Ταύτην τὴν ὀπτασίαν θεασάμενος ὁ
ος Μάρκος, τὰς χεῖρας αὐτοῦ τανύσας εἶπεν·
στῶ σοι, Κύριέ μου Ἰησοῦ Χριστὲ, ὅτι οὐκ
ιπές με, ἀλλὰ συγκατηρίθμησάς με μετὰ
ίων σου. Δέομαί σου, Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ,
ξαι ἐν εἰρήνῃ τὴν ψυχήν μου καὶ μὴ με ἀπο-
σῃς ἀπὸ τῆς χάριτός σου. Καὶ ταῦτα αὐτοῦ
ς, ὁ Κύριος Ἰησοῦς παρεγένετο πρὸς αὐτὸν
ήματι ᾧ ἦν μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, καὶ οἵᾳ
ἦν πρὸ τοῦ παθεῖν αὐτὸν καὶ ταφῆναι, καὶ
ὐτῷ· Εἰρήνη σοι, ἡμέτερε Μάρκε, εὐαγγελι-
ου. Ὁ δὲ μακάριος Μάρκος εἶπεν· Εἰρήνη σοι,
ιου Ἰησοῦ Χριστέ.

Πρωΐας δὲ γενομένης, ἦλθεν πάλιν τὸ πλῆθος
λεως καὶ ἐξενέγκαντες αὐτὸν ἐκ τῆς φυλακῆς,
πάλιν τὸ σχοινίον εἰς τὸν τράχηλον αὐτοῦ καὶ
λέγοντες· Σύρομεν τὸν βούβαλον εἰς τὰ βου-
Ὁ δὲ μακάριος Μάρκος εὐχαριστείας μᾶλλον
τεν τῷ παντοκράτορι Κυρίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ
Εἰς χεῖράς σου, Κύριε, παρατίθημι τὸ πνεῦμά
καὶ τοῦτο εἰπὼν παρέδωκε τὸ πνεῦμα. Τὸ δὲ
τῶν δυσσεβῶν Ἑλλήνων πῦρ ἀνάψαντες εἰς
αλουμένους ἄγγελους, ἐτέφρωσαν τὸ λείψανον
καίου. Τότε προνοίᾳ τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος
Ἰησοῦ Χριστοῦ κατέβη λαίλαψ, καὶ ζάλη
ἐγένετο μεγάλη, καὶ ὁ ἥλιος συνέστειλεν τὰς
, καὶ ἐγένετο βροντῶν ἦχος πολὺς καὶ ὑετὸς
ς μετὰ χαλάζης ἕως ἑσπέρας, ὥστε καὶ
τα πολλὰ καταπίπτειν καὶ πολλοὺς τεθνηκέ-
βηθέντες δὲ ἐάσαντο λείψανον τοῦ ἁγίου καὶ
Ἕτεροι δὲ διαχλευάζοντες ἔλεγον, ὡς ὅτι ὁ
κάριος Σέραπις αὐτῶν τὴν ἐπισκοπὴν τοῦ ἀνδρὸς
το διὰ τὸ αὐτοῦ γενέθλιον.

A in cœlos suscipient, et reliquiæ tuæ in terris non peribuut. Hanc visionem cum beatus Marcus vidisset, manus suas in cœlum extendit ac dixit : «Gratias ago tibi, Domine mi Jesu Christe, quod non dereliquisti me, sed cum sanctis tuis me connumerasti. Precor te, Domine Jesu Christe, ut accipias in pace animam meam, neque me reprobes, aut excludas a gratia tua.» Cumque hæc ille dixisset, Dominus Jesus Christus ad eum venit figura illa quam habebat, quo tempore versabatur cum discipulis suis, et qua forma erat, antequam crucem passus, et sepultus fuisset. Qui et ei dixit : Pax tibi, Marce evangelista meus. Beatus vero Marcus dixit : Pax tibi, Domine Jesu Christe.

IX. Cum vero dies illuxisset, venit illuc civitatis
B multitudo : quæ cum illum eduxisset e carcere, rursus in ejus collum funem injecerunt, eumque pertrahentes, dicebant : Trahamus bubalum in bubulci stabulum. At beatus Marcus eo majores gratias omnipotenti Domino Jesu Christo agebat, dicens : « In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum[2] : » Cumque hoc dixisset, tradidit Deo spiritum. Impiorum vero Græcorum multitudo, cum ignem, eo in loco qui Angelorum nomine appellatur, accendisset, illius viri justi reliquias comburebat. Tunc Domini et Salvatoris nostri Jesu Christi providentia factum est, ut turbo quidam erumperet, et tempestas magna fieret, et sol ipse radios suos contraheret, tonitruaque et eorum sonitus multus audiretur, plurima quoque pluvia
C cum grandine commista usque ad vesperam duraret ita ut ædificia multa corruerent, et homines non pauci mortui caderent. Ejus igitur rei timore per-
reliquias sancti Marci dereliquerunt ac fugerunt. Alii vero irridentes dicebant, beatissima
a Serapidis providentia hæc in illo viro fuisse facta propter natalem ipsius diem.

Τότε ἐλθόντες ἄνδρες εὐλαβεῖς, συνέστειλαν
ν τοῦ δικαίου ἀπὸ τῆς τέφρας καὶ ἤνεγκαν
ὰς εὐχὰς αὐτῶν καὶ τὰς ψαλμῳδίας ἐπετέλουν,
ήδευσαν αὐτὸν καθὼς ἔθος τῇ πόλει, καὶ ἀπ-
ἐν τόπῳ λελατομημένῳ ἐνδόξως τ.λοῦντες
τὴν μνήμην μετὰ σωφροσύνων καὶ προσευχῶν,
ῶτον κειμήλιον ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κεκτημένοι,
; τὸ ἀνατολικὸν μέρος ἀπέθεντο. Ἐκοιμήθη ὁ
ος Μάρκος ὁ εὐαγγελιστὴς καὶ πρωτομάρτυς
ίριου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ
ς Αἰγυπτον μηνὶ κατ' Αἰγυπτίους Φαρμουθὶ λ',
δὲ Ῥωμαίους πρὸς τὰ Καλανδῶν Μαΐων· κατὰ
ραίους Νισαβρίων ἑπτακαιδεκάτῃ, ἐπὶ βασι-
Γαΐου Τιβερίου Καίσαρος· κατὰ δὲ ἡμᾶς τοὺς
ιανοὺς βασιλεύοντος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ
ῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν
ν. Ἀμήν.

X. Tunc venerunt homines religiosi et viri justi reliquias a cinere secreverunt, atque in eum locum tulerunt, ubi preces et psalmos suos canebat ; ejusque funus curarunt, ut civitatis mos erat. Reliquias autem deposuerunt in loco illustri e lapidibus exciso, ipsius memoriam sobrie et pie cum precibus celebrantes, quo nihil pretiosius Alexandrina civitas possidebat. Illas autem reliquias Orientem versus collocarunt. Codex MS. etiam hæc
D addit : Fuit autem forma beatissimi Marci hujusmodi : Longo naso, subducto supercilio, pulcher oculis, recalvaster, prolixa barba, velox, habitudinis optimæ, ætatis mediæ, canis aspersus, affectione continens, gratia Dei plenus. Beatus igitur Marcus evangelista, primus Christi martyr in Ægypti Alexandria, mense, qui apud Ægyptios Pharmutius, et apud Hebræos Nisan dicitur, septimo
das Maii, ut Romani numerant, hoc est, Aprilis vicesimo quinto, obiit, imperatore Claudio
e Cæsare : nobis autem Christianis imperante Domino nostro Jesu Christo ; cui gloria est et
ium cum Patre et Spiritu sancto, in sæcula sæculorum, Amen.

uc. XXIII, 46.

—

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΕΡΟΜΑΡΤΥΡΟΣ

ΑΝΘΙΜΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΝΙΚΟΜΗΔΟΥΣ.

—

MARTYRIUM

SANCTI MARTYRIS ANTHIMI

EPISCOPI NICOMEDIÆ

(Latine apud Surium ad diem 27 Aprilis; Græcus textus nunc primum editur ex cod. Reg. Paris. 1489. a Edit Pata.)

—

I. Quis nescit, quam pulchre quidem sita sit Nicomedia, et quanta sit ejus magnitudo, quantusque sit ejus splendor, et quanta pulchritudo, et quod ea sit arx omnium civitatum Nicomediæ (*f.* Bithyniæ)? Sed quamvis ea sic se habeat, et ad tantam processerit elegantiam, suo tamen germine magis gloriatur, quam his omnibus. Ex ea enim, tanquam generosus ramus, editus est Anthimus, floruitque et pulchros fructus produxit. Nam modo quidem excesserat ex infantia, et in eo bonorum morum florebat omnis gratia. Et jam evaserat adolescens, et erat intelligentiæ multis numeris absolutus. Postquam autem in virorum numerum est relatus, et eos fructus percepit, qui sunt inter viros, et ventri imperavit, iræque et carni est moderatus, et mundanum hunc fastum abhorruit, toto tempore vacabat orationi, et divinarum rerum meditationi. Matrem autem virtutum charitatem studiose exercuit. Se autem in hoc præclare gessit, quod semper esset gravitate præditus, et cogitabundus et sollicitus. Tanta autem ornatus erat humilitate, ut satis esset, si vel solum videretur, ad compungendas animas eorum, qui erant studiosi virtutis, et ad augendam virtutem.

II. Quoniam ergo qui sic vitam agebat, et vel maxime vocalem præconem propriam habebat virtutem, nec celari, nec latere poterat, evehitur ad excelsam sedem sacerdotii, et in presbyterorum cathedra laudat Dominum: cum tamen non repente ad id pervenisset, neque suæ vitæ procemium fecisset sacerdotium: sed cum se prius recte gessisset in multis aliis gradibus, et eis convenientem exercuisset virtutem, et hæc omnia tulissent testimonium, quod dignus esset superioribus, sic ascendit ad magnam dignitatem sacerdotii, non honorem pervenisse, non arripiens: sed ab illo potius appetiisse, etiamsi ipse se procul removebat propter summam humilitatem. Deinde excedit quidem ex hominibus, qui Nicomediæ tunc erat episcopus. Erat autem pastore vidua Ecclesia, et se esse desertam

A Α'. Τίς οὐκ οἶδε τὴν Νικομήδους, ὅπως μὲν τε καὶ μεγέθους, ὅπως δὲ λαμπρότητος καὶ ἔχει καὶ ὡς τῆς Βιθυνῶν πάσης πόλεως ἀκρ ἐστιν αὐτή. Ἀλλὰ καὶ οὕτως ἔχουσα καὶ εἰς καλοῦ προελθοῦσα, τῷ οἰκείῳ βλαστῷ μᾶλ πᾶσι τούτοις σεμνύνεται· ταύτης γὰρ ὁ θεμ Ἄνθιμος κατὰ τοὺς εὐγενεῖς κλάδους ἐκφύη ἔνθησε καὶ καλοὺς ἤνεγκε τοὺς καρπούς. Ἤδη οὖν τὴν τῶν νηπίων ἡλικίαν ὑπεραενέβη καὶ χρ αὐτῷ πᾶσα χάρις ἠθῶν ἐπήνθει· μειράκιον τ ἐγεγονει καὶ πολλῇ τῇ συνέσει κατήρτυστο. Ἐ δὲ καὶ εἰς ἄνδρας ἐγράφετο, τὰ ἐν ἀνδράσι τι ἐκαρποῦτο, καὶ γαστρὸς ἦρχε, καὶ θυμοῦ καὶ σ ἐκράτει, τὴν κοσμικὴν τε ταύτην διέκτυε φαντ καὶ καιρὸς ἅπας αὐτῷ πρὸς εὐχῆς ἦν ἀσχολ

B τῶν θείων μελέτῃ. Τὴν μέντοι τῶν ἀρετῶν μ τὴν ἀγάπην, φιλοπόνως ἤσκει, καὶ τὸ ἀδιάχυτ παρ' ὅλον τὸν βίον καὶ μεμεριμνημένον μεθ' βολῆς τούτῳ κατώρθωτο· καὶ τοσαύτῃ πάντοθ τεκτεινοφροσύνῃ ἐκεκοσμητο ὡς ἱκανὸν εἶναι κ νον ὁρωμενον πολλὰς τῶν φιλαρέτων κατανύξαι καὶ εἰς ἀρετῆς ἐπίδοσιν ἀγαγεῖν.

Β'. Ἐπειδὴ τοίνυν οὕτω βιοῦντα καὶ πολ τατον τὴν ἰδίαν ἀρετὴν ἔχοντα κήρυκα, οὐ κ σθαι οὐδὲ λανθάνειν ἐξῆν, καὶ τὸν ὑψηλὸν τῆς σύνης βαθμὸν ἀνάγεται, ἐπὶ πολὺ ἐν πρεσβ καθέδρᾳ τὸν Κύριον· οὐκ ἀόρατον ἐντεῦθα ἐλθὼν τροφίμιον τοῦ βίου τὴν ἱερωσύνην πεποιημένος πολλοῖς πρότερον καὶ ἄλλοις ἐνδιεκπρεψας βι

C ἐστιμετρήσας τε αὐτοῖς ἀξίως τὴν ἀρετὴν κα πάντων τούτων μαρτυρηθείς, ὅτι καὶ τῶν ὑπὲ τος ἐστιν ἄξιος. Οὕτω τοῦ μεγάλου τῆς ἱερω ἀξιώματος ἐπιβαίνει, οὐ διώξας τὸν τιμὴν ἁρπάσας, ἀλλ' ὑπ' ἐκείνης μᾶλλον καταληφθεὶς εἰ καὶ τροφὸν πόρρω ἑαυτὸν ἐποίει τῷ μεγέθ πεπιστευκώς. Εἶτα οἴχεται μὲν ἐξ ἀνθρώπων Νικομηδείων τηνικαῦτα ἐπίσκοπος· ἐχέρευε δὲ μενος ἡ Ἐκκλησία καὶ τὴν ἐρημίαν ἐλεεινῶς ἐ

ἣν συμφορὰν ἀνωδύρετο. Νικομηδέων τοίνυν οἱ
ιτοι καὶ μάλιστα τῆς Ἐκκλησίας ὅσον τρόφι-
ίν τὸ στυγνὸν ἐκεῖνο καὶ πικρὸν τῆς ἐρημίας
οὐ φέροντες, μάρτυρά τε τῆς αὐτῶν ψήφου
εῖον ἐκάλουν καὶ ἐδέοντο θερμῶς ἐκκαλυφθῆναι
ς, εἰ τῷ Θεῷ τὰ τῆς αὐτῶν γνώμης ἀπόδεκτα
ιαὶ εἰ τὴν ἄνωθεν ἔχοιεν ψῆφον ἐπιμαρτυρεῖ-
ιαὶ αὐτὴν καὶ συμφθεγγομένην τῷ πράγματι·
δοὺ φῶς μέγα καὶ θαυμαστὸν ἤστραψε, καὶ
τις τῷ Ἀνθίμῳ θεία προσεμαρτύρει, καὶ τὴν
ἐπεκύρου, καὶ εἰς πέρας ἀγαγεῖν προετρέ-
Ὁ μὲν οὖν οὕτως ἐπὶ τῶν οἰάκων τῆς Ἐκ-
ας καθέζεται, καὶ τὸν ἄξιον ὁ θρόνος ἀπολαμ-
καὶ τὸν οἰκεῖον ἀναιρεῖται κόσμον ἡ Ἐκκλη-
καὶ τὴν κατήφειαν ἀποτίθησι, τοιούτου (κατὰ
ν) ἀνεπιλήπτου φάναι καὶ οὕτω σοφοῦ καὶ με-
τυχοῦσα τοῦ ἐπιστάτου.

Ὁ δὲ κατὰ τοὺς ἀγαθοὺς κυβερνήτας πρὸς
μόνον ὅλῳ τῷ ὀφθαλμῷ ἑώρα καὶ παρεσκεύα-
ὅπως τε τὸν χαλεπὸν τῆς ἀσεβείας κοιμίσειε
να, καὶ ὅπως τὰς τῶν συμπλεόντων ψυχὰς εἰς
ιμένα τοῦ Θεοῦ καθορμίσειεν. Οἶδεν Ἴνδης
καὶ Δόμνα· Ἴνδης ἐκεῖνος ἀνὴρ θαυμαστός τε
ἐπαινος· αὐτὸν μὲν βασιλέα καὶ τὰ περὶ βα-
πάντα καταλιπὼν, τῇ εὐσεβείᾳ δὲ μετὰ τῆς
ς προτεθεὶς καὶ τὸν κοινὸν ἄμφω βασιλέα
ήσαντες· οὐδὲ Γλυκέριος καὶ Θεόφιλος τῆς τοῦ
ς περὶ τὴν εὐσέβειαν σπουδῆς ἄγευστοι, ἱκανὸν
τεκμήριον τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ θάνατον παρασχό-
· οὐδὲ πληθὺς ἄλλη δισμυρίων διὰ πυρὸς αὐτῷ
ίτοι τελειωθέντες; · ὅσοι τε περὶ Μαρδόνιον καὶ
ινιον, Πέτρον καὶ τὸν καρτερικώτατον Ζήνωνα,
ον καὶ αὐτοὶ πρὸς Χριστὸν ἐπιδειξάμενοι πό-
ἐπεὶ μὴ καὶ τῆς ἴσης ἐκείνοις ἠνέσχοντο μαρ-
ἀπολειφθῆναι· τοσαύτη μὲν δὴ τότε πολλοῖς
ίσεβείας ἐπίδοσις ὑπὸ τοῦ θαυμαστοῦ Ἀνθίμου
· ἄφνω δὲ τις χειμὼν ἐγείρεται χαλεπώτα-
καὶ σφοδροτέρα καταιγὶς ἐμπεσοῦσα Χριστιανοὺς
ισε πάντας· ἦν μὲν γὰρ ἐπὶ τῆς ἀρχῆς Μαξι-
, διωγμῶν δὲ ὁ βαρύτατος ἐπὶ μέγα τε ἤρετο
κτὰ γῆς ἁπάσης ἐχώρει καὶ οἱ μὲν ἠρευνῶντο
ιανῶν, οἱ δὲ ἔφευγον, οἱ δὲ ἀνηροῦντο. Τὸ μέν-
ῆς εὐσεβείας ἄνθος τὸν Ἄνθιμον δῆλον ἡ ἀρετὴ
ὅθα ποιεῖ καὶ μηνύεται τοῖς τὰ Χριστιανῶν
ισι, καὶ οὗτος, ὁ νῦν μὲν ἐν ἱερεῦσι μέγας,
δὲ ὕστερον κἀν τοῖς μάρτυσιν.

Ὁ μὲν γὰρ παρά τινι διέτριβε κώμῃ σπείρων
λόγῳ τῆς ἀληθείας καὶ τὸ τάλαντον τῆς πί-
πολλαπλασιάζων· πέμπει δὲ εἰς εἴκοσιν ἱπ-
ὁ Μαξιμιανὸς, ὥστε συλλαβεῖν τοῦτον καὶ παρ'
ἀγαγεῖν. Οἱ δὲ ἐν τῇ Σημάνῃ παραγεγονότες
γὰρ ὄνομα τῇ κώμῃ) ἐντυγχάνουσι τῷ Ἀν-
καὶ μὴ συμβαλόντες, ὡς οὗτος ἐκεῖνος ὁ ζητού-
εῖη, αὐτὸν Ἄνθιμον ἠρώτων περὶ Ἀνθίμου,
ντις οὗτος ὑπάρχοι, καὶ ὅπου διατρίβει τῆς κώ-
Ὁ καὶ τέως μὲν ἐπὶ ξενίαν τούτους παραλαβὼν

A deflebat miserabiliter, et deplorabat calamitatem. Nicomediensium itaque præpositi, et maxime qui erant alumni ecclesiæ, se esse desertos ægerrime ferentes, omnes inter se communi suffragio decernunt, Anthimo mandandum esse episcopatum. Cum ergo venissent ad ecclesiam, Deum vocabant testem suæ electionis, et vehementer rogabant, ut eis revelaretur, an esset Deo accepta eorum sententia, et an haberent supernum suffragium eis suffragans et astipulans. Ecce autem circumfulsit lux magna et admirabilis: et vox quædam Anthimo tulit testimonium, et eorum confirmavit electionem, et hortata est, ut ad effectum deducerent. Atque sic præficitur clavo regendo Ecclesiæ, et sedes virum dignum suscipit, et suum ornamentum accipit Ecclesia: et
B deponit tristitiam, ut quæ adeo (ut cum Paulo dicam [1]) irreprehensibilem et adeo sapientem et magnum sit assecuta præfectum.

III. Ille autem, quomodo boni gubernatores, hoc solum spectabat, et ad id se parabat, ut sedaret graves fluctus impietatis, et ut animas eorum qui simul cum eo navigabant, ad portum Dei duceret. Hoc novit Indes et Domna. Indes ille vir admirabilis et laude dignus, qui, relicto imperatore et imperatoris rebus omnibus, cum Domna accessit ad pietatem, et communem regem ambo sunt assecuti, Neque Glycerius et Theophilus fuerunt expertes studii nujus viri pietatis, qui hoc sufficiens præbuere testimonium, nempe mortem pro Christo. Neque alia multitudo viginti millium, qui fuerunt
C per ignem consummati. Mardonius quoque, et Mygdonius, et Petrus, et fortissimus Zeno, qui ipsi quoque ostenderunt parem in Christum amorem, quoniam nec a pari quidem sustinuerunt abesse martyrio. Tantum quidem in pietate incrementum tunc multi acceperunt ab Anthimo admirabili. Repente autem excitatur tempestas vehementissima et sævissima procella irruens in Christianos, omnes perculit. Nam imperium quidem obtinebat Maximianus: exorta est autem gravissima persecutio, et pervasit in omnem terram: et ex Christianis alii quidem quærebantur, alii vero interficiebantur. Atque florem quidem pietatis, Anthimum, virtus tunc facit manifestum: et indicatur quoque illis qui quærebant Christianos, is qui tunc quidem erat magnus
D inter sacerdotes, paulo post autem etiam inter martyres.

IV. Nam ille quidem versabatur in quodam pago, seminans verbum veritatis, et talentum fidei multiplicans. Mittit autem Maximianus circa viginti equites, ut eum comprehenderent et ad eum adducerent. Illi autem cum Semanam venissent (est enim hoc nomen pago), offendunt Anthimum: et, non conjicientes hunc illum esse, quem quærebant ipsum Anthimum rogabant de Anthimo, et quisnam is esset, et ubinam iu pago degeret. Ille vero cum eos quidem interim hospitio accepisset, et eis pa-

nem et fabas in cœna apposuisset, et pro viribus convivium exhibuisset, deinde se esse Anthimum renuntiat. Quod quidem cum illi audivissent, propemodum obstupuerunt, et nec ad illius quidem canos poterant omnino intueri, reputantes quidem mensam, et cœnam, et hospitium, rursus autem cogitantes, quanam de causa, et propter quid ducturi essent eum ad Maximianum, ad extrema scilicet mala, et certum supplicium. Quod quidem et eorum animis majorem afferebat dolorem, et efficiebat, ut apud Anthimum erubescerent. Hac de causa cum os illius veridicum haberent ejus indicem, et ex ejus lingua intelligerent eum esse Anthimum, eum lubenter dimittebant, et ut recederet, suadebant : sciebant enim nihil boni ei esse successurum ex suo adventu ad Maximianum. Nobis autem ad nostram, aiebant, sufficit defensionem, Anthimum quidem multum quæsivisse per universam Nicomediam, non potuisse tamen eum invenire. Sed qui Dei præcepta semper meditabatur Anthimus, eos omnino adhortans et docens, ut veritatem loquantur in corde suo, et nec illos propter ipsum vel solis labris mentiri sustinens, et alio qui propter Christum mortem sitiens, una cum eis illinc est profectus, et iter iniit. Cum eos autem multum esset exhortatus ad pietatem, et de futuris cum eis disseruisset, et si quid eis durum et asperum ex pietate inerat, id levigasset, et complanasset, et eis animæ agrum mundum, et ad pietatis semen suscipiendum aptum reddidisset, divinas prius effundit preces : deinde cum fluvium offendisset in itinere, eos baptizat, et iter rursus cœptum persequitur, donec venit in civitatem, et ad tribunal tyranni ingreditur, pone quidem manus vinctus. Sic enim propter pietatem oportebat, tanquam maleficum, sisti ante imperatorem : mentem autem ad cœlos extendebat, unde ad se sperabat venturum auxilium.

V. Volens ergo imperator vel ipso solo aspectu Anthimo ostendere, quam esset grave et acerbum aditurus periculum, ut eum statim in principio inveniret molliorem, instrumenta publica ad torquendum comparata, ei prius producit in conspectum : et cum eum intro vocasset : Tu es, inquit, qui post Christum, qui dicitur, erras, Anthimus : facilemque et simplicem turbam in eumdem adducis errorem, et deos nostros innumerabilibus contumeliis afficis ? Ille autem ex æquo ridens et tormenta proposita, et ea quæ dixerat tyrannus : Ne ad hæc quidem, inquit, tibi responderem, certo scias, o imperator, nisi mihi sacer et divinus doctor Paulus persuaderet, docens[2] nos esse paratos cuilibet petenti reddere rationem. Pollicitus est enim nobis Deus oris sapientiam, « cui non potuerunt resistere omnes nostri adversarii[3]. » Nam ego quidem prius tui in simulacra erroris, et in eos quos dicis deos, damnabam crassitudinem : nunc

A καὶ δεῖπνον αὐτοῖς παραθεὶς, ἄρτον τε καὶ κυάμους, καὶ ὡς εἶχε χειρὸς καὶ δυνάμεως ἑστιάσας, εἰτὰ ἑαυτὸν εἶναι τὸν Ἄνθιμον ἀπαγγέλλει · ὅπερ ἐκεῖνοι ἀκούσαντες, ὀλίγου δεῖν ἐπεπήγεσαν καὶ οὐδὲ ἀντιβλέπειν εἰς τὴν ἐκείνου πολιὰν ἴσχυον, ἀναλογιζόμενοι μὲν τὴν τράπεζαν, καὶ τὸ δεῖπνον, καὶ τὴν ξενίαν. Ἐνθυμούμενοι δὲ πάλιν, ὅτου ἕνεκα καὶ ἐφ' ὅτῳ μέλλοιεν αὐτὸν παρὰ Μαξιμιανὸν ἀγαγεῖν, δῆλον πάντως, ὡς ἐπὶ κακοῖς ἐσχάτοις καὶ ὁμολογουμένῳ τιμωρίᾳ · ὃ δὴ καὶ μᾶλλον ἐλύπει τε αὐτῶν τὰς ψυχὰς καὶ πρὸς τὸν Ἄνθιμον αἰδοῦς ἀνεπίπλα. Ταύτῃ τοι καὶ μηνυτὴν τοῦ ἀνδρὸς ἀψευδῆ τὸ ἐκείνου ἔχοντες στόμα καὶ ὡς αὐτὸς Ἄνθιμος εἴη παρὰ τῆς αὐτοῦ γλώττης μανθάνοντες, ὅμως ἠφίεσάν τε αὐτὸν ἑκόντες καὶ ὑποχωρεῖν προετρέποντο · ἤδεισαν γὰρ, B ὡς οὐδὲν χρηστὸν τῆς παρὰ Μαξιμιανοῦ ἀφίξεως ἀπολαύσοι. Ἡμῖν δὲ ἀπόχρη, ἔφασαν, εἰς ἀπολογίαν, τὸ πολλὰ μὲν τὸν Ἄνθιμον ἀνὰ τὴν Νικομηδέων πᾶσαν ζητῆσαι, ὅμως δὲ μὴ δυνηθῆναι ἀνευρεῖν. Ἀλλ' ἡ τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ μελέτη, ὁ ἱερὸς τοῦ Θεοῦ Ἄνθιμος, λαλεῖν ἀλήθειαν ἐν καρδίᾳ πάντας προτρεπόμενος καὶ διδάσκων, ἐκείνοις μηδὲ ἐν μόνοις τοῖς χείλεσι ψεύσασθαι δι' αὐτὸν ἀνεχόμενος, ἄλλως δὲ καὶ τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ διψῶν θάνατον, συναπήρετο αὐτοῖς ἐκεῖθεν καὶ ὁδοῦ εἴχετο. Πολλὰ δὲ τούτοις πρὸς εὐσέβειαν παραινέσας καὶ περὶ τῶν μελλόντων διεξελθὼν καὶ πᾶν εἴ τι σκληρὸν ἀπὸ τῆς ἀσεβείας αὐτοῖς ἢ ἀντίτυπον ἐνυπῆρχε, λεάνας τε αὐτὸ καὶ διομαλίσας, καὶ καθαρὰν αὐτοῖς τὴν τῆς ψυχῆς ἄρουραν καὶ εἰς εὐσεβείας σπόρον ἐπιτηδείαν παρα- C σκευάσας, τὰς θείας προκαταβάλλει εὐχάς · εἶτα καὶ ποταμὸν ἐν τῇ παρόδῳ καταλαβὼν, τούτους βαπτίζει καὶ τῆς προκειμένης ἔχεται πάλιν πορείας, ἕως ἐπὶ τὴν πόλιν ἀφίκετο καὶ τὸ τυραννικὸν εἴσειει βῆμα, ὀπίσω μὲν τῷ χεῖρε δεδεμένος · οὕτω γὰρ διὰ τὴν εὐσέβειαν ὡς κακοῦργον ἐμφανισθῆναι ἔδει τῷ βασιλεῖ, εἰς οὐρανοὺς δὲ τὴν διάνοιαν ἀνατείνων, ὅθεν καὶ ἥξειν αὐτῷ τὴν βοήθειαν ἤλπιζεν.

Ε'. Ὁ βασιλεὺς τοίνυν πείρας πικρὸν καὶ ἀπὸ ψιλῆς θέας Ἀνθίμῳ βουλόμενος ἐπιδεῖξαι, ὅπως αὐτῷ καὶ μαλακωτέρῳ τὴν πρώτην προσενεχθείη, τὰ κολαστήρια πρότερον ὑπ' ὄψιν ὄργανα δημοσία προτίθησι καὶ αὐτὸν εἰσκαλέσας · Σὺ εἶ, φησὶ, ὁ ὀπίσω τοῦ λεγομένου Χριστοῦ πλανώμενος Ἄνθιμος καὶ τὸν πολὺν ἀφελῆ καὶ εὔκολον ἄνθρωπον τῇ ἴσῃ περὶ αὐτὸν ὑπαγόμενος ἀπάτῃ καὶ μυρίαν ὕβριν τῶν D ἡμετέρων θεῶν καταχέων ; Ὁ δὲ ἐπ' ἴσης τά τε προκείμενα ὄργανα καὶ τοὺς τοῦ τυράννου λόγους γελάσας · Οὐδὲ ἀπεκρινάμην ἄν σοι, φησὶ, πρὸς ταῦτα, ἴσθι, ὦ βασιλεῦ, εἰ μή με ὁ ἱερὸς καὶ θεῖος διδάσκαλος ἔπειθε Παῦλος, ἑτοίμους ἡμᾶς εἶναι διδάσκων, παντὶ τῷ αἰτοῦντι λόγον διδόναι · ἐπηγγείλατο γὰρ ἡμῖν ὁ Θεὸς διδόναι καὶ στόμα καὶ σοφίαν, ᾗ οὐ δυνήσονται ἀντιστῆναι πάντες οἱ ἀντικείμενοι ἡμῖν. Ὡς ἔγωγε πολλήν σου καὶ πρότερον παχύτητα ἤδη καταγινώσκων τῆς περὶ τὰ εἴδωλα πλάνης τοὺς ὑμετέρους, ὡς ἔφης, θεοὺς, νῦν πλείονά σου καὶ φανερὰν

[2] Hebr. XIII, 17 ; I Petr. III, 15. [3] Luc. XXI, 15.

:μαθίαν ὁρῶ, ὅτι καὶ αὐτὸν συλῆσαι ὅλως ἐμὲ
ας καὶ τοῦ τῶν ἁπάντων ἀποστῆναι Δημιουρ-
:οῦ καὶ σὲ, τὸ ἀχάριστον πλάσμα, τῇ ἑαυτοῦ
τετιμηκότος· ἵνα τί γάρ με καὶ δεσμώτην
ῷ βήματι παρεστήσω καὶ τὰ τῶν βασάνων ὑπ'
προτέθεικας ὄργανα, ἢ δῆλον ὡς καταπλήξων
ς καὶ ἢ πείσων πάντως, ἢ βιασόμενος ; Ἄλλοις
ισι ταῦτα τῶν ἀγεννεστέρων προσφέρειν, οἷς ὁ
ε ὁ παρὼν ἡδονὴ καὶ τὸ στερηθῆναι τούτου
ιῶν ἡ μεγίστη· ὡς ἐμὲ καὶ τὸ πήλινον τουτὶ
δεσμωτηρίου συνέχει παντὸς χαλεπώτερον,
ιν τὴν ψυχὴν οὐκ ἐᾷ πρὸς τὸν ἐρώμενον δια-
ἀπειλαὶ δὲ καὶ τιμωρίαι καὶ βάσανοι, τίνος
θεινότεραί μοι διατριβῆς κατὰ πόδας ἐπακολου-
τὸν θάνατον ἔχουσαι, ὅστις με τῶν τῆς σαρ-
σμῶν ἀπολύσας, πέμψει πρὸς τὸ ποθούμενα ;

Ταῦτα τοῦ μεγάλου τὴν ἀρχιερωσύνην καὶ
ς τὴν ἄθλησιν Ἀνθίμου διεξελθόντος, ὁ βασι-
Μακρὰ ταῦτα φλυαρία· ὄψει δὲ μετὰ ταῦτα,
τυτὸν ὑποψιθυρίσας, κελεύει, λίθοις αὐτοῦ τὸν
: τύπτεσθαι. Ὁ δὲ ὥσπερ ἀπαρχὴν ἤδη τῶν
ιστοῦ ἄθλων πεποιημένος καὶ τὴν τῶν στεφά-
μβάνων ὑπόθεσιν, πράως τε τὰς παρούσας
ἐδέχετο καὶ ἐπιπονωτέρας ἐζήτει, λαμπρο-
τυχεῖν καὶ τῶν ἐπάθλων ἐπιθυμῶν· καὶ τοῦτο
ιχλευάζων, καὶ ὡσανεὶ τὸν τύραννον διαπαί-
ῦτο δὲ τῇ τῆς μανίας φλογὶ σφόδρα κατακαίων
τὴν ψυχὴν καὶ ὥσπερ εἰς ἀλγεινοτέρας πολλῷ
ίζονας κολάσεις διερεθίζων· Θεοὶ, ἐπέφερεν,
οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν οὐκ ἐποίησαν, ἀπολέ-
. Ὅπερ μέσης αὐτῆς Μαξιμιανῷ καθικνού-
τῆς καρδίας περόναις σιδήρου πεπυρωμέναις
ῦ μάρτυρος διέπειρεν ἀστραγάλους, τῷ δὲ
τε καθ' ἡδονὴν ἡ βάσανος ἦν, οἷα δὴ τυγχά-
ν ἐπεθύμει διὰ Χριστὸν καὶ μικροῦ χάριν
Μαξιμιανῷ· οὕτως Ἄνθιμος τῷ Χριστῷ ἐδίψα
σθαι. Μαξιμιανὸς τοίνυν κατὰ πολλὴν ἄδειαν
ιάζων ταῖς τιμωρίαις καὶ τὸ τοῦ μάρτυρος
ν τῷ αὐστηρῷ τῶν κολάσεων νικῆσαι φιλονει-
στρακον προστάττει τῷ ἐδάφει διαστρωθῆναι·
μνὸν αὐτῷ ἐπιταθέντα τὸν ὀθλητὴν ῥάβδοις
τερον τύπτεσθαι, ὡς ἂν διπλῆ τὰ τῆς ὀδύνης
πὶ τὴν ψυχὴν καταῤῥέοι, ταῖς ἐκ τῶν ῥάβδων
γαῖς ἄνωθεν καὶ τῇ κάτωθεν τῶν ὀστράκων
:ία. Ὁ δὲ, μηδὲ ἐνταῦθα τὴν νίκην ἀπογνοὺς,
ἐπῇδε τὰ ῥήματα· Εὐχαριστῶ σοι, Δέσποτα
σιλεῦ τῶν αἰώνων, ὅτι περιέζωσάς με δύναμιν
ς καὶ τοὺς ἐχθρούς μου ἔδωκάς μοι νῶτον, καὶ
ισοῦντάς με ἐξωλόθρευσας, καὶ συνεπόδισας
τοὺς ἐπανισταμένους ἐπ' ἐμὲ ὑποκάτω μου.
Αγχι ἐφ' ἕτερα καὶ πάλιν ὁ Μαξιμιανὸς ἐχώ-
:ὶ χαλκὰς περὶ κνημίδας ἐκπυρωθείσας ὑποδε-
προστάττει τῷ μάρτυρι. Ὅπερ οὖν, ὡς ἐκέ-
γεγονὸς καὶ τῶν μακαρίων ἐκείνων ποδῶν τὸ
τατον δὴ τοῦτο καὶ εἰς ὀδύνης λόγον ἀφορητό-
τὰς πεπυρωμένας κνημίδας ἁρμωσαμένων,
ς ἄνωθεν τῷ γενναίῳ χάρις ἐφίπταται καὶ

A autem video majorem tuam et apertam ignorantiam, quod me quoque ipsum sperasti abrepturum, et me ab omnium Creatore abducturum, qui te quoque ingratum figmentum sua honoravit imagine. Cur enim me vinctum ad tuum tribunal produxisti, et tormentorum instrumenta meis oculis subjecisti ? Num clarum est te id fecisse, ut me obstupefaceres, et vel omnino persuaderes, vel vim afferres ? Oportet hæc aliquibus aliis proponere, qui sunt nimis pusilli et abjecti animi, et quibus hæc præsens vita est voluptati, et qui maximum ducunt supplicium ea privari. Nam me hoc e luto corpus continet quovis carcere gravius, quod mihi non sinat animam transire ad dilectum. Minæ autem, supplicia et tormenta, quibusnam deliciis non sunt mihi
B jucundiora, quæ habent mortem e vestigio consequentem, quæ cum me a carnis liberarit vinculis, mittet ad ea quæ desidero ?

VI. Hæc cum sacerdotio magnus, et decertatione major Anthimus disseruisset, dixit imperator : Sunt hæc quidem prolixæ nugæ : videbis autem. Cum vero apud se submurmurasset, jubet ejus cervicem verberari lapidibus. Ille autem tanquam jam suscipiens primitias certaminum propter Christum et fundamentum accipiens coronarum, placide accepit præsentes plagas, et cupiebat accipere graviores, desiderans consequi præmia præclariora. Et partim quidem irridens, et tyrannum veluti ludificans, partim autem flamma insaniæ animum ejus accendens, et ad majora et graviora irritans supplicia : Dii aiebat, qui cœlum et terram non fecerunt,
C pereant. Quod quidem cum Maximiani cor medium penetrasset, ferreis candentibus fibulis talos transfixit martyris. Illi autem tormentum erat magnæ voluptati, ut qui ea assequeretur, quæ desiderabat propter Christum, et Maximiano propemodum agebat gratias propter supplicia : adeo desiderabat Anthimus Christo gratificari. Maximianus ergo, qui libere in tormentis suam exercebat potestatem, et martyris generosum animum contendebat superare acerbitate suppliciorum, jubet testis solum consterni : deinde ei nudum athletam impositum, virgis cædi vehementius : ut duplex dolor ad ejus permanaret animum, nempe et superne ex virgarum verberibus, et inferne ex testarum duritie. Ille autem ne tunc quidem desperans victoriam,
D cantabat hæc verba : Ago tibi gratias, Domine et Rex sæculorum, quod me cinxisti virtute ex alto, et inimicos meos dedisti mihi dorsum : et eos qui me oderant exterminasti : et omnes, qui adversus me insurgebant, subter me supplantasti.

VII. Sed Maximianus rursus processit ad alia, et ænea candentia tibialia jubet alligari martyri. Quod quidem cum factum esset, sicut jusserat, et beatis illis pedibus, quod est vehementissimum, et ad doloris rationem maxime intolerandum, ignita tibialia fuissent applicata, divina quædam gratia ad generosum illum virum desuper advolat : et

illinc audit vocem eum magis roborantem, et spondentem victoriam, et præmia promittentem, et mox manum præbentem quæ imponat coronam. Vox autem ejus animum convertit ad tranquillitatem, et ejus vultum reddidit alacriorem. Porro autem jucundus quoque quidam subrisus insidet ejus labris, significans internam cordis tranquillitatem. Hæc ergo videns Maximianus, stupebat quidem, ut erat consentaneum (quidni enim stuperet?): rei tamen detrahebat, et eam vocabat præstigias, et incantationem, et rogabat causam. Justus autem, Sunt, inquit, mihi præsentia, o imperator, bona præmia et certa promissio futurorum. Brevi enim convincam te frustra esse inflatum, et deos, quos nominas, ostendam esse humanis viribus longe imbecilliores, adeo ut te sit subitura pœnitentia, quod mei feceris periculum: et quod non a nobis citius recesseris, non leve sis damnum judicaturus.

VIII. His vehementer commotus Maximianus, jubet martyrem rotæ alligatum, continenter quidem in rota versari, ignis autem lampadibus ejus carnes consumi et eliquari. Atque Maximiano quidem ad effectum statim deductus fuit jussus: et lampades in manu habentes lictores, accesserunt ad martyrem qui erat extensus in rota, ignem spirantes ignem videntes, ignem ferentes: animis in eum flammam spirantes ferventius, quam ignis, quem habebant in manibus, ac propemodum arbitrantes, se athletam facturos esse totum flammeum. Postquam autem jam venerunt prope rotam, (o admirabilem tuam, o Christe, in eum virtutem), illa quidem continuo destitit moveri: illi vero cadunt in terram, et fluunt lampades e manibus, quæ nullam earum curam gerunt: et jam dimissæ sunt vacuæ, veluti quodam sopore eas torpefaciente. Propter hæc ira percitus imperator, tortores, insectabatur maledictis, et criminabatur quod jussa exsequi negligerent, et præsentium rerum curam omnem abjicerent. Et: Quomodo, dicebat, eo venistis audaciæ, ut vos tanta invaserit socordia, et istum nostro imperio prætuleritis, adeo ut nostra quidem jussa reliqueritis imperfecta, humi autem accubueritis, ut et vobisipsis gratificemini, et labore defessos recreetis? Videt, quemadmodum ne seipsos quidem possint restituere, neque manibus uti ad id quod est opus: sed ignorabat stolidus, divinam virtutem, non autem socordiam, vires eorum exstinxisse. Illi autem: Non ita res se habent, o imperator, responderunt, neque tardi sumus in tuis jussis exsequendis: absit, ut tantum insaniamus: neque cessimus socordiæ, neque manus nostræ magno defessæ sunt labore: sed terribilis quædam visio nos sic affecit, quæ nos humi dejecit, et manus nostras dissolvit: et jam sumus membris dissoluti, et effecti omnino imbecilli. Tres enim viri, aspectu quidem candidi, et candidis induti vestibus, specie autem terribiles, nobis apparentes, torve in nos et ferociter aspexerunt: et ignis qui erat in manibus, ex lampadibus statim

A φωνῆς ἐκεῖθεν ἐπὶ μᾶλλον αὐτὸν ἐνισχυούσης ἀκούει, καὶ τὴν νίκην παρεγγυώσης, καὶ τὰ ἔπαθλα ὑπισχνουμένης, καὶ ὅσον οὐδέπω χεῖρα ὀρεγούσης στεφανηφόρον· καὶ ἡ φωνὴ προς τὸ εὐθυμότερον αὐτοῦ τὴν ψυχὴν μεταβάλλει καὶ φαιδρότερον διατίθησι τοῦ προσώπου τὴν ὥραν καὶ τι καὶ μειδίαμα χαρίεν τοῖς χείλεσιν ἐφιζάνει, τὴν ἔνδον τῆς καρδίας γαλήνην ὑποσημαῖνον. Ταῦτα οὖν ὁρῶν Μαξιμιανὸς ἐξεπλήττετο μὲν ὥσπερ εἰκὸς (τί γὰρ οὐκ ἔμελλεν;) διέσυρε δὲ ὅμως τὸ πρᾶγμα καὶ γοητείαν ἐκάλει καὶ τὴν αἰτίαν ἐπυνθάνετο. Ὁ δὲ δίκαιος· Χρηστά μοι, ἔφη, προοίμια τὰ παρόντα, ὦ βασιλεῦ, καὶ ἀψευδὴς τῶν μελλόντων ἐπαγγελία· διελέγξω γάρ σε μάτην ἀναφυσόμενον οὐκ εἰς μακρὰν καὶ θεοὺς, οὓς ὀνομάζεις, ἀσθενεστέρους πολλῷ δυνάμεως ἀνθρωπίνης

B καὶ αὐτοὺς ἐπιδείξω, ὡς μεταμελῆσαί σοι τῆς παρ' ἐμὲ πείρας καὶ ὅλως ὅτι μὴ θᾶττον ἡμῶν ἀπηλλάγης, ζημίαν οὐ τὴν τυχοῦσαν κρῖναι.

Η'. Τούτοις ὀξυκινηθεὶς Μαξιμιανὸς, κελεύει ἐπὶ τροχοῦ τὸν μάρτυρα διαδεθέντα, συστρέφεσθαι μὲν συνεχῶς τῷ τροχῷ, λαμπάσι πυρὸς τὰς σάρκας αὐτοῦ καταδαπανᾶσθαι καὶ διατήκεσθαι. Μαξιμιανῷ μὲν οὖν ἔργον ἡ πρόσταξις ἦν καὶ διὰ χειρὸς ἔχοντες οἱ δήμιοι τὰς λαμπάδας, προσήεσαν κατὰ τοῦ τροχοῦ τεταμένῳ τῷ μάρτυρι, πῦρ πνέοντες, πῦρ ὁρῶντες, πῦρ φέροντες, πολλῷ τὰς ψυχὰς ἐπ' αὐτὸν τοῦ ἐν χερσὶ πυρὸς θερμότερον ζέοντες, μονονοὺ φλόγα τὸν ἀθλητὴν ποιῆσαι οἰόμενοι. Ὡς δὲ ἤδη τοῦ τροχοῦ πλησίον ἦλθον (ὦ θαυμαστῆς σου περὶ τὸν ἄνδρα, Χριστὲ, δυνάμεως!) ἔστη μὲν εὐθὺς ἐκείνου τῆς κινήσεως· οἱ δὲ κατὰ γῆς πίπτουσι καὶ ὑποῤῥέουσι

C τῶν χειρῶν αἱ λαμπάδες· αἱ δὲ χεῖρες ἀμελοῦσιν αὐτῶν καὶ ἔρημοι ἤδη ἀφεῖνται, ὥσπερ ὕπνου τινὸς αὐτὰς καταῤῥαθυμοῦντος. Ἐπὶ τούτοις ὀργὴ λαμβάνει τὸν βασιλέα καὶ κακῶς ἔλεγε τοὺς δημίους, ὀλιγωρίαν τε αὐτοῖς τῶν προστάξεων ἐνεκάλει καὶ ἀμέλειαν τῶν ἐν χερσὶ φροντίδων καί· Πῶς εἰς τοῦτο τόλμης, ἔλεγεν, ὑμεῖς ἤλθετε, ὅτι καὶ ὄκνος εἶλεν ὑμᾶς καὶ τοῦτον τοῦ ἡμετέρου προστάγματος ἔθεσθε προτιμότερον, ὡς ἡμιτελῆ μὲν τὰ ἐπιταχθέντα καταλιπεῖν, κατακλιθῆναι δὲ τῷ ἐδάφει, ἵνα καὶ ἑαυτοῖς τι χαρίσησθε καὶ πεπονηκότας ἐκ τοῦ κόπου διαναπαύσητε; Ὁρᾷς ὡς οὐδὲ ἀναλαβεῖν ἑαυτοὺς δύνανται οὐδὲ χρήσασθαι ταῖς χερσὶν εἰς δέον; ἀγνοῶν ὁ μάταιος, ὅτι θεία δύναμις ἔσβεσεν αὐτῶν τὴν ἰσχὺν, ἀλλ' οὐχὶ ὄκνος. Οἱ δέ· Ταῦτα, ὦ βασιλεῦ,

D ἀπεκρίνατο, οὐδὲ βραδεῖς περὶ τὰς σὰς προστάξεις ἡμεῖς, οὐδὲ ἀπὸ τοῦ πολλοῦ κόπου ἔκαμον αἱ χεῖρες ἡμῖν, ἀλλὰ φοβερά τις ὄψις οὕτω διέθηκεν ἡμᾶς τῇ γῇ προσκαταβαλοῦσα, καὶ παρείμεθα τὰς δεξιὰς καὶ ἐκλελύμεθα ἤδη καὶ τὸ ὅλον ἀτονοι καθεστήκαμεν· τρεῖς γὰρ ἄνδρες, λευκοὶ μὲν τὴν θέαν, λευκοὶ δὲ τὴν ἀναβολὴν, φοβεροὶ τὸ εἶδος, ἐπιφανέντες ἡμῖν, πικρόν τε εἰς ἡμᾶς καὶ ἄγριον εἶδον καὶ τὸ ἐπὶ τῶν χειρῶν πῦρ καθ' ἡμῶν εὐθὺς ἀπὸ τῶν λαμπάδων ἔπνει· ἔπειτα κελεύσαντες ἀποστῆναι Ἀνθίμου (θεράποντα δὲ Θεοῦ τοῦτον ἐκάλουν) καταβάλλουσιν ἡμᾶς καὶ οὕτως αὐτίκα, ὡς ὁρᾷς, διατιθεῖσιν. Οὗτοι μὲν οὖν ἀλλήλοις διελέγοντο ταῦτα.

os spiravit. Deinde cum jussissent abscedere Anthimum (eum autem vocabant Dei famulum), dejiciunt: et sic statim, ut vides, afficiunt. Atque ii quidem hæc inter se disserebant.

Ἐν ὅσῳ δὲ ὁ τροχὸς τῆς περιφορᾶς ἠρέμει καὶ τὸ παράπαν εἶχε κινήματος, ἐν τούτῳ θερμοτέρᾳ μάρτυς τῷ Θεῷ προσέφερε τὴν εὐχαριστίαν πλείονος ἐκεῖθεν ἀπέλαυε τῆς χρηστότητος. Μαξιμιανὸς τοίνυν τῆς τῶν δημίων ἀφελείας, ἀλλ' οὐ μαρτυρικῆς ἐκείνης πρὸς τὸν Θεὸν παῤῥησίας τὸ πρᾶγμα ἐθέλων, κατήγαγεν αὐτὸν τοῦ τροχοῦ καὶ τὸν διὰ ξίφους, εἴγε μὴ θύσειε, θάνατον ἠπείλει. Ὁ δὲ μείζονος τὴν ἀπειλὴν εὐχαριστίας ὑπόθεσιν ἐποιεῖτο, καὶ τὸν χορὸν καταλαβεῖν τῶν εἰκοσμυρίων μαρτύρων, ἐν ὅλῃ καρδίᾳ τοῦ Θεοῦ ἐδεῖτο, ὡς ἐξεῖναι καὶ αὐτῷ συμνύνεσθαι καὶ λέγειν· Ἰδοὺ ἐγὼ καὶ τὰ παιδία, ἃ μοι ἔδωκεν ὁ Θεός. » Ὁ δὲ βασιλεύς, ἐπειδὴ μᾶλλον αὐτῷ κατ' εὐχὴν τὸ τέλος ἔχει· Οἶδα, φησὶ, ὑμῶν τῶν Χριστιανῶν τὸ λίαν φιλόνικον καὶ φιλότιμον, ὅπως τυχεῖν ὁποίου δήποτε ὀνόματος διὰ τὸ παράβολον τοῦ τολμήματος ὀρεγόμενοι, τὸ κακῶν ἔσχατον ἁπάντων αἱρεῖσθε τὸν βίαιον θάνατον· ἀλλ' οὐχ αἱρήσεις, φησὶ, τούτου γε ἕνεκεν· ἐγὼ σε πολλαῖς πρότερον περιβαλὼν τιμωρίαις, τοῦ παρόντος στερήσω φωτὸς, τὸν μὴ τοσαύτης ἀξιωθεὶς τηλικούτου χρήματος ἄξιον. Καὶ ὁ μάρτυς· Οὐ γὰρ ἄν ἄλλως, φησὶ, λαμπρότερά μοι πολλῷ κατεργάσῃ τὰ ἔπαθλα.

Τί τὸ μετὰ ταῦτα; Σίδηρος αὐτὸν καὶ ἁλύσεις δεῖσι καὶ πρὸς τὸ τῶν κακούργων ἄγεται δεσμωτήριον· ἀλλὰ τὰ συνήθη καὶ πάλιν ἐκείνῳ πρὸς τὸν θεὸν ἡ γλῶττα ὑπῇδε καὶ τὰς ἁλύσεις ὁμοῦ καὶ τὰ δεσμὰ διαλύεται, οὐδὲ αὐτοὺς τοὺς ἄγοντας αὐτοὺς ἀμέτοχους ἀφεῖσα τοῦ θαύματος· ἀλλὰ πρηνεῖς ἔπεσε καὶ τούτους ἡ γῆ τῶ παραδόξῳ τῆς θείας ἐπιφοιτήσεως· θεία γάρ τις ἄνωθεν χάρις τὸν μάρτυρα περιπτᾶσα, φῶς τε αὐτῷ λαμπρότατον οἷον ἐπέβαλε καὶ τοὺς παραλαβόντας αὐτὸν δημίους τῶν σιδηρῶν ἐκείνων δεσμῶν, ὧν περιέκειτο, ἀφαιρεῖ τῷ ἐδάφει, μηδὲ ὅσον καταμῦσαί φησιν ἐπιτρέψας. Ὁ μάρτυς τοίνυν αὐτοὺς ἀναστήσας, ἐπὶ τῆς ὁδοῦ ἀνατρέπει καὶ τὸ δεσμωτήριον καταλιπόντες, ὁ μὲν, ὥσπερ εἰς εὐωχίαν, εἴσεισι χαίρων· καὶ τοῖς ἐκεῖ τὸν τῆς πίστεως προθεὶς ἄρτον, τούτους δεξιωσάμενος τὰ μεγάλα, καὶ τὴν εὐσέβειαν αὐτοῖς προπιὼν, ὅλως τῷ Χριστῷ οἰκειοῦται καὶ προσθεεῖ διὰ τοῦ βαπτίσματος. Μαξιμιανὸς δὲ ἀκούσας τῶν ὑπὸ χεῖρα μαθὼν καὶ δείσας μὴ πολλοῖς ἄλλοις αὐτὸν ζημιώσῃ, παρίστησι πάλιν τὸν ἀθλητὴν αὐτῷ καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ θύσαι παρακαλεῖ τοῖς ἄλλοις θεοῖς· ἔνθεν τοι καὶ ἆθλον τοῦ πράγματος ἐπιδωσύνην αὐτῷ ὑπισχνεῖται.

Ὁ δὲ μετὰ παῤῥησίας· Ἀλλ' ἱερεὺς ἔγωγε πρὸ τῶν σῶν λόγων, ἔφη, καὶ ἱερεὺς τοῦ πρώτου καὶ καλοῦ ποιμένος καὶ ἀρχιερέως Χριστοῦ, ὃς ἐμοῦ μόνου μεταλαμβάνει σαρκὸς καὶ μέχρις ἐμοῦ κάτεισι δι' ἐμὲ, καὶ ταῦτα Θεὸς ὤν, ἄυλός τε

A IX. Interim autem dum rota quiescebat ab ambitu, et nihil omnino movebatur, martyr Deo ferventiorem offerebat gratiarum actionem, et illinc ampliorem consequebatur benignitatem. Maximianus itaque volens ostendere, ex lictorum simplicitate, non autem ex martyrica ad Deum fiducia, hanc rem esse profectam, eum deposuit e rota, et ei ense mortem minatur, nisi sacrificarit. Ille autem ex minis sumpsit argumentum majoris gratiarum actionis: et toto corde Deum rogavit, ut perveniret ad chorum viginti millium martyrum, ut etiam liceret ei dicere: « Ecce ego, et pueri mei, quos dedit mihi Deus ». » Imperator vero postquam vidit finem ei maxime esse in votis: Scio, inquit, quam vos Christiani sitis gloriæ cupidi et honoris appe-
B tentes, et quod projecta vestra audacia qualecunque nomen assequi cupientes, extremum omnium malorum, mortem violentam eligitis. Sed hac quidem de causa minime lætaberis. Nam cum ego te prius multis affecero suppliciis, luce præsenti sic privabo, ut qui sis indignus tantæ rei voluptate. Martyr autem, Non alia, inquit, ratione efficies, ut præmia consequar præclariora.

X. Quid postea consequitur? Ferreis catenis vincitur, et ad maleficorum carcerem deducitur. Sed ea quæ consueverat, ejus lingua ad Deum canebat: et catenas simul dissolvit et vincula, nec eos quidem qui ipsum ducebant, lictores dimittens expertes miraculi. Nam ii quoque proni humi jacebant, obstupefacti admirabili spectaculo. Quæ-
C dam enim divina gratia desuper martyrem circumvolans, et in eum lucem immisit clarissimam, et eos qui ipsum acceperant, lictores, cum ferreis quibus erat cirumdatus, vinculis humi repente dejicit, cum ne connivere quidem sustinuissent. Cum vero martyr eos fecisset surgere, jubet ut cœptum iter peragant. Cum autem pervenissent in carcerem, ingreditur ille lætus, tanquam ad convivium: et cum eis qui illic erant, fidei panem proposuisset, et eos benigne et comiter esset amplexus, et eis propinasset pietatem ac veram religionem, eos Christo totos conjungit et conciliat, et ejus adoptivos filios efficit per baptismum. Maximianus autem cum hoc accepisset ab iis qui erant ei subjecti, et timuisset, ne multorum aliorum
D faceret jacturam, jubet rursus ad se adduci martyrem, et rursus adhortatur, ut diis illius sacrificet. Quo tempore hujus quoque rei præmium ei pollicetur sacerdotium.

XI. Ille autem libere: At ego, inquit, ante tua verba sum sacerdos primi et magni et præclari Pastoris et Pontificis Christi, qui non solum meæ carnis est particeps, et ad me usque propter me descendit: idque cum sit Deus expers materiæ, et

ebr. II, 13.

qui non potest comprehendi : sed etiam sacrificavit seipsum pro ovibus ; et in crucem actus, mortem suscepit, et die tertio resurrexit, et in cœlum rursus ascendit, me quoque simul evehens, qui illinc cecideram propter inobedientiam. Hujus sum ego sacerdos, et ei meipsum statui offerre hostiam. Res autem vestræ, et vestrorum, ut dicitis, deorum, dignæ sunt nocte et angulis, et quæ lugeantur potius propter interitum et calamitatem quam appetantur maledictis.

XII. His ita percitus imperator, jubet generosum Anthimum duci ad mortem. Ducitur ergo athleta, spe futurorum habens vigentem lætitiam. Et cum pervenisset ad locum, in quo erat per mortem perventurus ad vitam (2), ad precandum tempore petito et accepto, cum postremo esset precatus, et Deum allocutus, ei beatum illud caput amputatur tertio mensis Septembris. Vespere autem accedentes quidam fideles, cum pretiosum corpus illius sustulissent, sancteque et honorifice composuissent, in ipso loco, in quo fuit consummatus, pulchre deponunt, laudantes Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, unam divinitatem et regnum ; cui omnis gloria, honor et adoratio in sæcula sæculorum Amen.

A καὶ ἀπερίληπτος· ἀλλὰ καὶ ἑαυτὸν τέθυκεν ὑπὲρ προβάτων, καὶ σταυροῦ γεύεται καὶ θανάτου, καὶ τῇ μερος ἀνίσταται, καὶ εἰς οὐρανοὺς ἄνεισι πάλιν, ἀ ναφέρων με τὸν ἐκεῖθεν διὰ τὴν παρακοὴν πεπτω τούτου ἱερεὺς ἐγὼ καὶ τούτῳ προσαγαγεῖν ἐμα θυσίαν προῄρημαι· τὰ δὲ ὑμέτερα καὶ τῶν ὑμετ ὥς φατε, θεῶν, νυκτὸς ἄξια καὶ γωνίας θρηνούμε τὴν ἀπώλειαν καὶ τὴν συμφορὰν μᾶλλον ἢ λαμ μενα.

ΙΒ'. Τούτοις ὑπερζέσας τῷ θυμῷ Μαξιμ κελεύει τὸν γενναῖον Ἄνθιμον τὴν ἐπὶ θάνατο σθαι· ἄγεται τοίνυν ὁ ἀθλητὴς ἐνεκμάζουσα τῇ τῶν μελλόντων ἐπαγγελίᾳ ἔχων τὴν ἡδονὴ τὸν τόπον καταλαβών, ἐν ᾧ διὰ τοῦ θανάτου B τὴν ζωὴν ἔμελλε διαβῆναι, καιρὸν εἰς προσ αἰτήσας, καὶ λαβών, καὶ τὰ τελευταῖα προσ νος καὶ διαλεχθεὶς τῷ Θεῷ, τὴν μακαρίαν κεφαλὴν ἀφαιρεῖται, τρίτῃ τοῦ Σεπτεμβρίου Ἑσπέρας δέ τινες παραγενόμενοι τῶν πιστῶν, ἐκείνου σῶμα τὸ τίμιον ἀνελόμενοι, καὶ ὁσίως καὶ πρῶς περιστείλαντες, παρ' αὐτὸν τὸν τῆς τελε τόπον διαπρεπῶς ἄγαν κατατιθέασι, δοξάζοντ τέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ Πνεῦμα ἅγιον, τὴν μίαν τητα καὶ βασιλείαν, ᾗ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμ προσκύνησις εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀ

(2) Vide Euseb. *Hist. Eccles.* lib. VIII, c. 6, et Baron. an. 302.

MENSIS MAIUS

DE SANCTO PHILIPPO APOSTOLO

MARTYRE HIERAPOLI IN PHRYGIA.

(Maii die 1. *Acta Sanctorum Bolland.* Maii tom. I, p. 7 Latine ; Græce p. 733, ex cod. Vat.)

1. Celebris est ad Kalendas Maii memoria S. Philippi apostoli in antiquissimis Fastis L Pervetustum Martyrologii Hieronymiani apographum, a mille prope annis exaratum, quo ab operis ut nostro usi sumus, quodque Epternacensibus ut suum exigentibus reddidimus, habet pra Indiculum de festis apostolorum diebus, et referenda ad Kalendas Maii ista suggerit : « Natalis S.P apostoli, in civitate Hierapoli provinciæ Asiæ. » Verum in contextu Martyrologii ad Kalendas Ma solum leguntur : « Natalis sanctorum apostolorum Philippi et Jacobi.» In apographo Corbeiensi F excuso ejusdem Martyrologii Hieronymiani ita habetur : « In Asia Hierapoli SS. Philippi apos Jacobi. » De S. Jacobo, qui non spectat ad Hierapolim, mox seorsim agemus. Similia de u habentur in antiquioribus Fastis mss. quos non est operæ pretium indicare. Venerabilis Beda in g suo Martyrologio, quod ante tomum secundum Actorum Martii ex octo antiquis codicibus edic ista scribit : « In Hierapoli Philippi apostoli, et Jacobi apostoli fratris Domini. » Addit Florus : « rum primus in Asia in civitate Hierapoli provinciæ Phrygiæ passus est, ibique cum filiabus suis scit. » Rabanus, ætate proximus, sic scribit : « In Hierapoli Philippi apostoli, qui Ebionitarum ha exstinxit, et quievit in pace. » Usuardus scripto mandavit hæc verba : « Natale apostolorum P et Jacobi, ex quibus Philippus postquam Scythiam ad fidem Christi convertisset, apud Hiera Asiæ civitatem, glorioso fine quievit.

2. Ado archiepiscopus Viennensis, in libello *De festivitatibus sanctorum apostolorum*, hoc elogium edidit « Natalis beatorum apostolorum Philippi et Jacobi : ex quibus Philippus, cum pene Scythiam convertisset, diaconibus, presbyteris et episcopis ibi constitutis, reversus est ad Asiam, ubi continua prædicatione per aliquot annos insistens, multitudinem populorum Christo, laboribus piis semper inserviens, lucratus est : quique apud Hierapolim Asiæ civitatem dormivit cum patribus suis, beato fine sepultus. » Hæc Ado ; quibus addit Notkerus : « Exstincta hæresi Ebionitarum, qui Christum Jesum ante Incarnationis tempus fuisse negabant. » In hodierno Martyrologio Romano adduntur nonnulla de ejus martyrio his verbis : « Natalis beatorum apostolorum Philippi et Jacobi, ex quibus Philippus, postquam omnem fere Scythiam ad fidem Christi convertisset, apud Hierapolim Asiæ civitatem, cruci affixus, et lapidibus obrutus, glorioso fine quievit. » Hæc ibi, quibus similia in suo Martyrologio tradit Galesinius. At Maurolycus aliquanto plura interserens, « Natale, inquit, beatorum apostolorum Philippi et Jacobi, ex quibus Philippus, postquam Scythiam ad fidem Christi convertit, ubi dejecto Martis simulacro erexerat crucem, et venenosum draconem exterminarat ; apud Hierapolim civitatem Asiæ glorioso fine quievit : sive ab Ebionitis cruci affixus et lapidatus occubuit : juxta quem duæ filiæ ejus virgines tumulatæ sunt ; tertia Ephesi jacet. » Hæc Maurolycus : præter quæ Constantinus Felicius nonnulla miscet ex Actis Græcis, de quibus mox agemus.

3. Vocatio Philippi ad apostolatum nonnullis etiam Fastis ad 28 Februarii ascribitur : sed ista ex die Maii latius deducenda fuere, ut via sterneretur ad acta Latina, primo loco danda, in quibus omnia continentur, quæ in citatis Martyrologiis attinguntur. Eadem Acta habemus in tribus illustribus codicibus nostris, quorum aliquis ante octingentos annos videtur exaratus. Præterea accepimus eadem descripta ex vetustis codicibus Trevirensi S. Martini, duplici Audomarensi Ecclesiæ cathedralis, Ultrajectino ecclesiæ S. Salvatoris, Romano cardinalis Baronii. Invenimus ipsa etiam in tribus reginæ Sueciæ signatis numero 81, 482 et 1604, Parisiensi cardinalis Mazarini, Duacensi monasterii Aquicinctini Bodecensi, in Westphalia, et in codice ms. hospitalis S. Nicolai prope Cusam : neque ab his diversa sunt, quæ habuit auctor historiæ de Translatione brachii S. Philippi Florentiam. Legendaria si libuisset excutere, plura possemus indicare exempla. Sed in primis memorabilis est nobis eadem Acta continens codex pervetustus quadratis litterarum ductibus et discrimine diphthongorum atque vocalium accurate servato exaratus, qui olim pertinuit ad monasterium SS. Petri et Pauli in Wissenburg diœcesis Spirensis, nunc est amplissimi baronis Blumii, sæpius a nobis memorati, ob vetustum Martyrologii Hieronymiani apographum, quod ipse ex eodem monasterio acceptum pro sua humanitate communicavit. Ex hoc vetusto codice Acta virtutum et passionum sanctorum Christi apostolorum, Reinoldus Dehnius, societatis nostræ vir eruditus, descripta nobis transmisit.

4. Præfigitur huic codici « epistola Melitonis, » aliis Melliti, « episcopi Laodicensis, ad universos episcopos et Ecclesias Catholicorum, de quodam Leucio, qui quorumdam Actus apostolorum scripserat. » Notat hunc Melito falsitatis titulo, potissimum quia dixit, « eos docuisse duo principia boni et mali, et bona a bono et mala a malo substitisse principio. » Eadem epistola præfigitur ante Acta S. Joannis evangelistæ apud Florentinum ad Martyrolgium Hieronymianum. Mentio prædicti Leucii, aliis Leontii, videtur fieri in Tractatu *De fide sive de Unitate Trinitatis contra Manichæos*, qui tomo VI Operum S. Augustini continetur : verum non habetur in Retractationibus ejus, neque in Indiculo Possidii ; asseritque Philippus Labbe *De Scriptoribus ecclesiasticis*, « evicisse Sirmondum in Historia Prædestinatiana ex fide mss. codicum, præcipue Corbeiensis, quod sit Evodii episcopi Uzalensis, » in Proconsulari provincia Africa, ad quem exstant variæ S. Augustini epistolæ : ut vel tunc ante indicatus Melito sive Mellitus episcopus vixisse videatur.

5. Sunt hæc apostolorum acta postmodum varie aucta, et sub nomine Abdiæ, Babyloniæ episcopi ab apostolis ordinati, sæpius recusa ; quasi ea ex Hebraica in Græcam linguam transtulisset discipulus Abdiæ Eutropius, et hinc in Latinam vertisse se dicat Julius Africanus, qui tertio sæculo floruit sub imperatoribus Heliogabalo et Alexandro Mammææ filio. Baronius in notis ad hunc diem, « Licet, inquit, apocrypha censeantur hæc sub nomine Abdiæ, vera tamen nonnulla ibi esse mihi facile persuadeo : » maxime quando aliunde ea Acta (ut hic de S. Philippo), satis probantur. Exstant eadem excusa anno 1531, inter Rapsodias Anonymi Philalethi Eusebiani, in Vitas, miracula passionesque apostolorum a Frederico Nausea collectas : et in plerisque horum non legitur quod Philippus « cruci affixus et lapidibus obrutus fuerit. » Verum inserta sunt illa verba apud Joninum Mombritium, in Legendario ante ducentos annos excuso : item in Breviario Romano anni 1522 atque eo quod jussu Pauli papæ III a cardinale Quignonio ordinatum et Pii V jussu postea editum hactenus asservatur, licet in hisce Acta integra non dentur, ut in antiquiori Breviario. Prior pars Actorum integra habetur in Breviario anni 1479, 1490 et sequentium : in eaque parte continentur illa quæ inde Maurolycus supra tradidit de « venenoso dracone exterminato, » aut forsan diabolo sub tetri monstri figura. Similia habent Petrus de Natalibus lib. IV *Catalogi*, cap. 107, Philippus Ferrarius *De sanctis Italiæ*, et plures alii.

6. Actis Latinis subjungimus Acta ex Græco translata: quæ nobis valde antiqua videntur, et a Symeone Metaphraste inter Vitas Sanctorum potius transcripta quam de novo composita: cui vel ideo magis ascribuntur, quia primus et antiquus auctor non est suo nomine notus. Exstant ea, interprete Gentiano Herveto, tomo quinto Vitarum sanctorum Patrum ab Aloysio Lipomano vulgatarum: et ad has Kalendas Maii a Laurentio Surio translata sunt, unde cum Græco collata et nostris notis illustrata damus; ipsum autem Græcum in mss. Vaticanis Venetisque invenimus. Vixit eodem cum Metaphraste sæculo Nicetas Paphlago, qui et David, rhetor disertissimus ac vir sapientissimus: cujus orationes plures transtulit Franciscus Combefis, et in sua *Bibliotheca Patrum concionatoria* edidit. Earum duæ referuntur ad hasce Kalendas Maii, altera de S. Jacobo Alphæi e duodenario apostolorum numero; altera de S. Philippo apostolo, quæ solum est metaphrasis jam dictorum Actorum.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ

ΕΙΣ

ΤΟΝ ΑΓΙΟΝ ΦΙΛΙΠΠΟΝ

—

COMMENTARIUS

IN S. PHILIPPUM APOSTOLUM

(Ex ms. Græco Vaticano signato 1798. — Interprete Daniele Papebrochio.)

—

1. Deus Dei Verbum, semper coexsistens Patri et nullo tempore circumscriptus, propter naturæ nostræ lapsum voluit nobis assimilari et tempori subjici: itaque et Virginis ventre conclusus est, et sui communione deificavit quod assumpserat. Quoniam vero hic ejus in carne adventus salutem erat operaturus omnibus, oportuit etiam ut haberet divinæ istius et ineffabilis dispensationis spectatores atque participes mysteriorum, per quos supernam vocationem generi nostro copiose ministraret. Postquam igitur omnem Jordani finitimam regionem pervasisset Joannis prædicatio, et gratia Spiritus operante multi per illum baptizarentur (quando etiam Christus meus baptismum suscepit) ipsum incomprehensibile Dei Verbum urbanam frequentiam dimittens (eatenus enim videbatur Hierosolymis habitasse) venit in Galilæam, in qua etiam tum commorabatur admirabilis Philippus.

II. Erat hic ex Bethsaida, civitate Andreæ et Petri, tunc vero in Galilæa præsens: qui statim ab ineunte ætate a parentibus traditus liberalibus disciplinis, cum esset bonæ indolis, et ad quamvis laudabilem scientiam aptæ, statim Mosaicos libros percurrit, et quæcunque de Christo erant prædicta imbibit, quomodo scilicet venturus esset diebus novissimis, et salutem omnibus impertiturus: nec

A'. Ὁ τοῦ Θεοῦ Θεὸς Λόγος, ἀϊδίως συνὼν τῷ Πατρὶ, καὶ ἄχρονος ὢν, εἵλετο καὶ καθ' ἡμᾶς γενέσθαι ποτὲ, καὶ ὑπὸ χρόνον ἐλθεῖν, διὰ τὸ τῆς ἡμετέρας ὀλίσθημα φύσεως· ἐντεῦθεν καὶ Παρθένου σαρκὶ περιγράφεται, καὶ θεοῖ τῇ κοινωνίᾳ τὸ πρόσλημμα. Ἐπεὶ δὲ τῆς μετὰ σώματος ἐπιδημίας αὐτοῦ πᾶσι περιποιούσης τὴν σωτηρίαν, θεατὰς τοῦτο τῆς ἀῤῥήτου θείας οἰκονομίας καὶ κοινωνοὺς τῶν μυστηρίων ἔχειν ἐχρῆν, ὡς ἂν καὶ τῷ γένει παντὶ δι' αὐτῶν ἐπιδαψιλεύσηται τὴν ἀνάκλησιν· μετὰ τὸ διὰ πάσης τῆς περιοίκου τε καὶ ὁμόρου τῷ Ἰορδάνῃ χωρῆσαι τὸ Ἰωάννου κήρυγμα, τὴν χάριν δὲ διαδοθῆναι τοῦ Πνεύματος καὶ πολλοὺς ὑπ' ἐκείνου τὸ βάπτισμα δέξασθαι (ἡνίκα δὴ καὶ ὁ ἐμὸς ἐβαπτίσθη Χριστὸς) τὰς ἐν ἄστει διατριβὰς ὁ αὐτὸς οὗτος ἀπερίληπτος τοῦ Θεοῦ Λόγος ἀφεὶς (καὶ γὰρ ἦν τοῖς Ἱεροσολύμοις (a) ἐπιδημῶν) ἐπιγωριάζει τῇ Γαλιλαίᾳ.

Β'. Τῇδε ὁ θαυμαστὸς ἐνεδήμει Φίλιππος, ἐπὶ Βηθσαϊδᾶ μὲν ὤν, τῆς πόλεως Ἀνδρέου καὶ Πέτρου, τῇ Γαλιλαίᾳ δὲ τότε παρών· ὅστις ἐκ πρώτης ἡλικίας εὐθὺς μαθήμασιν ὑπὸ τῶν γεγενημένων διδακτοῖς ἐξεδόθη· δεξιᾶς δὲ τυχὼν τῆς ἀγωγῆς καὶ πᾶσαν ἐπαινετὴν παιδείαν ἀσκήσας τε ἤδη καὶ πεδευθεὶς, τὰς Μωσαϊκὰς βίβλους ἐπῄει, καὶ ὅσα περὶ Χριστοῦ προηγορεύετο ἐμυεῖτο, ὡς ἐπ' ἐσχάτου

(a) Latine reddidi, *Videbatur Hierosolymis habitasse*, propter Templum scilicet, cui peculiari modo suam præsentiam indulgebat Dei Verbum, cui alias per essentiam præsens ubique.

ι καὶ κοινῇ πᾶσιν οἰκονομήσει τὴν σωτη-
γὰρ ἐφεῖτο τοῖς τότε παιδεύουσι πρὸς ἑτέραν
τοὺς φοιτητὰς ἐκπονεῖν, εἰ μὴ τὰ Μωσέως
ἐπιλέξοιντο.

πιστὰς οὖν ὁ Ἰησοῦς τῇ Γαλιλαίᾳ, καὶ τὸν
οῦτον Φίλιππον εὑρηκώς, ἀκολουθεῖν αὐτῷ
τετο· καὶ ὃς ἀκούσας εἰς μνήμην ἧκεν εὐθὺς
ταιδὸς περὶ Χριστοῦ ἤσκησέ τε καὶ συνελέ-
αὶ τοῦτον ἐκεῖνον εἶναι διέγνω, ὃν αἱ τοῦ
βίβλοι ἐλεύσεσθαι ὕστερον διεσάφουν. Ἐν-
ὐτος τῷ καλέσαντι διδασκάλῳ τὸ ἀπὸ τοῦδε
υμπροϊοῦσάν τε εἶχε τῷ χρόνῳ τὴν ἀρετὴν,
ἷς τῶν μαθητῶν κορυφαίοις συνηριθμεῖτο.
ὧν δὲ οὕτω τοῦ ἀγαθοῦ, κοινωνοὺς παραλαμ-
αὶ ἄλλους τῆς μεταλήψεως, καὶ οὐκ ἀποκρύ-
ταύτην, ἀλλὰ πρῶτον περιτυχὼν τῷ Ναθα-
; ἐκ πολλοῦ φίλος αὐτοῦ καὶ συνήθης ἐτύγ-
ὴν τοῦ ἐρχομένου παρουσίαν, οὐχ ὡς ἔτι μέλ-
ἀλλ' ὡς ἤδη παροῦσάν, εὐηγγελίσατο· Οὐκ
ων, ἐν ἐλπίσιν ἡ σωτηρία τῷ Ἰσραὴλ, ἀλλ'
προσημαίνουσαι γλῶσσαι καὶ τῷ Πνεύματι
προεῖπον ἐπ' ἐσχάτων τῷ Ἰσραὴλ ἀναστή-
πάρεστι· τοῦτον εὑρόντες ἡμεῖς τὸν ἀπὸ
Ἰησοῦν, καὶ τῷ τῶν αὐτοῦ θαυμάτων ὑπερ-
ὴ ἔχοντες ἀπιστεῖν, μακρὰς τοῖς ἄλλοις ἅπασι

ὐτοις κατάκρας ἐλὼν τὸν Ναθαναὴλ, καιτοι
χετοῦντα τῷ πράγματι, καὶ μὴ ἂν ἐκ Ναζα-
θὸν εἶναί τι διατεινόμενον, τοῦ μὲν τὰ τοῦ
πρεσβεύειν ἀφίστησι, πειθήνιον δὲ τῷ Χρι-
οσάγει τὸν ἄνδρα, (*b*) καὶ τοῦτο πρῶτον εὐ-
ταραμίλλου παρίστησι γνώρισμα. Ὁ δὲ τῇ
ὑτίκα πίστει προσθέμενος παῤῥησιαστικωτε-
ίόησε, Ῥαββὶ, λέγων, σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τοῦ
Ἐφ' ᾧ καὶ ὁ Χριστὸς αὐτὸς ἡσθεὶς ὡς ἀπὸ
ἐνδιαθέτου λεχθέντι, ἐκκαλύπτει αὐτῷ τὸ
ὥστε καὶ μύστην μειζόνων ἔσεσθαι μυστη-
κὶ βασιλείας Θεοῦ θεατήν· τί γάρ φησι;
λέγω ὑμῖν, τὸν οὐρανὸν ἀνεωγότα ὄψεσθε,
ς ἀγγέλους τοῦ Θεοῦ ἀναβαινοντάς τε καὶ
ιοντας ἐπὶ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου. » Τὸ ἀπ'
τοιγαροῦν ὁ ἱερώτατος Φίλιππος ταῖς ἱεραῖς
γίαις ὑπέχων τὸ οὖς, ὅλος ἐκείνων ἦν τὴν
, μηδεμιᾶς αὐτὸν ἀντισπώσης φροντίδος
ρα, καὶ τῷ τῆς θειοτέρας γνώσεως φωτὶ τὸν
ἐκαθαίρετο, τήν τε προτέραν ἀποσκευαζό-
γνοιαν, καὶ τὸν ἐντὸς ἀνακαινιζόμενος ἄν-
Εἰς ἄνδρας τοίνυν ἧκων, τελεωτέραν μὲν
πην τὴν εἰς Χριστὸν προσελάμβανε· τὴν ἴσην
αὐτοῦ ἀντελάμβανεν, ὡς ἐν ἴσῳ καὶ υἱοῦ λογισθῆναι
ος ἄρχων ἐπί καταστῆναι τὴν γῆν.

πεὶ δὲ καὶ ὁ τοῦ σωτηριώδους πάθους καιρὸς
ει, δι' οὗ τῷ παθητῷ γένει περιεγένετο ἡ
, καὶ ἀδιστάκτως οὗτος τῷ διδασκάλῳ συνῆν.
δὲ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, τῶν Ἑλλήνων πρεσ-

A enim iis qui juventutem docebant, fas erat doctrinam aliam discipulis tradere, nisi prius Moysen edidicissent.

III. Veniens igitur in Galilæam Jesus, et magnum hunc Philippum reperiens, sequi se jubet. Hic vero ut vocantem audiit, statim venit in memoriam eorum quæ a puero perceperat collegeratque de Christo ipsumque esse cognovit, quem libri Mosaici venturum demonstrabant. Exinde vocanti se Magistro adhæsit, et paulatim proficiens in virtute, discipulorum præcipuis fuit annumeratus. Quod autem adeptus erat bonum etiam aliis communicare voluit; illudque haud abscondens, primo cui occurrit Nathanaeli (erat hic ei amicus et familiaris a longo B tempore) præsentiam venientis, non ut futuram, sed ut jam exsistentem annuntiavit, dicens : Non jam amplius in spe consistit Israelis salus : sed quem propheticæ linguæ in Spiritu prædixerunt Salvatorem, extremo in tempore suscitandum, ipse nunc adest. Hunc ergo cum invenerimus Jesum a Nazareth, neque possimus esse increduli excellentiæ miraculorum ejus, aliis omnibus longum valere jussis conversationem illius suscipiamus.

χαίρειν εἰπόντες, τὴν ἅμα τούτῳ διαγωγὴν προει-

IV. His dictis post se Nathanaelem trahens, licet ægre persuasum, et num ex Nazareth boni aliquid esse posset percontantem, a cura Israelis abducit, Christoque obsecuturum stitit, atque hoc primum sinceræ suæ mentis argumentum præbuit. Nathanael vero integra cum fide assistens, liberrime exC clamavit : Rabbi, tu es Rex Israel. Quem ut sensit Christus ex animi incommutabilis sententia sic loqui, manifestat ei quod magnorum conscius esset futurus secretorum et regni Dei speculator. Quid enim ait? « Amen, inquit, dico vobis, videbitis cœlum apertum, et angelos Dei ascendentes et descendentes super Filium hominis[1]. » Ex illo ergo tempore sanctissimus Philippus, sacris mysteriis aurem accommodans, toto in illis erat animo, nullique alteri curæ eum advertens, lumine divinioris cognitionis in mente purgabatur ; ac primam exuens ignorantiam, renovabatur quoad hominem interiorem. Progrediente vero ætate perfectiorem erga Christum charitatem assumens, ejus vicissim æqualem erga se recipiebat amorem, ut tanquam filius reputaretur, et loco D hæredis esset, atque in adventu Spiritus sancti princeps super omnem terram constitueretur.

τὴν κληρονόμου τε πλουτῆσαι τάξιν, καὶ τῇ ἐπιλεύσει τοῦ

V. Cum autem instaret tempus salutiferæ Passionis, qua passibili naturæ comparanda impassibilitas erat, aderat ipse continue Christo. Contigit vero tunc gentilium legatos aliquos mitti Hierosolymam

ın. I, 51.

equens linea abest a versione antiqua, fortassis et in MS. Veneto defuit.

ad diei festi spectaculum : qui animo stupefacti, propter mira sibi de Christo nuntiata (magna enim quædam tunc de eo et fidem omnem excedentia dicebantur, quia Lazarum suscitarat a mortuis, et omnis turba eum laudibus extollebat, et millena alia operabatur miracula) cupiebant in ipsius venire alloquium. Huic porro tam honestæ obsequentes cupidini, Jesum meum sequuntur ; et accedentes ad Philippum, causam sui adventus exponunt : Philippus vero nuntiavit primum vocato Andreæ, et simul ambo indicarunt Jesu : qui ipsis Passionem suam et sequturam gloriam explicuit dicens : « Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, solum manet ; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert [1]. »

A δεύτερον τοὺς τὴν ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα στεῖλασθαι κατὰ δίκην τῆς ἑορτῆς· οὗτοι τοῖς παραδόξοις περὶ τοῦ Ἰησοῦ διαγρυπνοῦσι κατακλαγέντες τὸν νοῦν (μεγάλα γὰρ ἦδε περὶ αὐτοῦ καὶ αὐτοῖς πέρα πίστεως διεγγέλωντο, ὡς ἀναστήσειε μὲν τὸν Λάζαρον ἐκ νεκρῶν, εὐφήμοις δὲ ὑπὸ τοῦ ὄχλου παντὸς παρεπεμφθείη φωναῖς, ἕτερά τε μυρία τελέσειε θαύματα) εἰς ἔρωτα τοῦ διὰ λόγων ἐλθεῖν τούτῳ κατέστησαν. Ἡττῶνται τοιγαροῦν τοῦ καλοῦ τούτου ἔρωτος, ὡς τόν ἐμόν τε ἤκουσιν Ἰησοῦ· καὶ τῷ Φιλίππῳ προσελθόντες, τὴν χρείαν διαγγέλλουσι τῆς ἀφίξεως. Ὁ δὲ τῷ πρωτωκλήτῳ Ἀνδρέᾳ τὰ περὶ αὐτῶν κοινωσάμενος τῷ Ἰησοῦ σὺν αὐτῷ προσαγγέλλει τὴν ἔλευσιν, καὶ οὗτος τὰ περὶ τοῦ πάθους αὐτοῖς καὶ τῆς τούτου δόξης τῷ λόγῳ διασημαίνει· « Ἐὰν μὴ ὁ κόκκος, λέγων, τοῦ σίτου πεσὼν εἰς τὴν γῆν ἀποθάνῃ, αὐτὸς μόνος μένει· ἀποθανὼν δὲ πολὺν φέρει τὸν καρπόν.

VI. Et hæc quidem ipsis tunc dixit Christus ; cum vero passus et suscitatus a morte, seipsum pluries manifestaret discipulis eosque faceret spectatores rerum humanum captum excedentium ; etiam hic magnus Philippus, tanquam socius et particeps ineffabilium mysteriorum, aderat iis quæ fiebant, eorumque unus censebatur. Quando autem Dominus et Salvator noster Jesus Christus omnem susceptum pro nobis in carne dispensationis ordinem impleverat, et cœlestibus terrena mirabiliter univerat, atque in cœlum susceptus cum gloria ad dexteram Patris consederat, Spiritum quoque consolatorem, prout pollicitus fuerat, in specie linguarum ignearum miserat iis quos habuerat vitæ mortalis socios et conscios secretorum ; eodem Spiritu etiam plenus Philippus, accinxit sese ad evangelicum cursum.

B ϛ'. Ταῦτα μὲν οὖν πρὸς ἐκείνους ὁ Χριστὸς διεξῆει. Ἡνίκα δὲ μετὰ τὸ πάθος καὶ τὴν ἀνάστασιν τοῖς μαθηταῖς πολλάκις ἑαυτὸν παρεδήλου, καὶ θεατὰς καθίστη τῶν ὑπὲρ ἔννοιαν, καὶ αὐτὸς οὗτος ὁ μέγας Φίλιππος, οἷα συμφοιτητὴς καὶ κοινωνὸς τῶν ἀπορρήτων τοῖς πραττομένοις παρῆν· καὶ τούτων εἷς ἐξετάζετο. Ἤδη μὲν οὖν τοῦ Δεσπότου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὴν διὰ σαρκὸς πᾶσαν ὑπὲρ ἡμῶν οἰκονομίαν τελέσαντος, καὶ τοῖς ἐπουρανίοις παραδόξως (c) ἐνοποιήσαντος τὰ ἐπίγεια, μετὰ δόξης τε εἰς οὐρανοὺς ἀναληφθέντος, καὶ ἐν δεξιᾷ τῆς τοῦ Πατρὸς μεγαλωσύνης καθίσαντος, τὸ παράκλητόν τε Πνεῦμα τοῖς αὐτόπταις αὐτοῦ καὶ μύσταις κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν ἐν εἴδει γλωσσῶν πυρίνων ἐξαποστείλαντος· τούτου καὶ Φίλιππος πληρωθεὶς, πρὸς τὸν τοῦ Εὐαγγελίου δρόμον παρεσκευάζετο.

VII. Tum vero quibusdam ex iis Orientales partes, aliis Occiduas aggredientibus, nonnullis etiam Borealia et Australia climata pervadentibus, et prædicationem sibi demandatam implentibus, admirabilis hic apostolus, sortitus Asiam (1) ipsamque circumeuns, et omnes in ea urbes oppidaque pervadens (2), innumerabilem multitudinem adduxit ad pietatem ; quos universos lumine regenerationis consignans, cœlesti adduxit Patri. Quin et infirmitatibus morbisque afflictos, et a dæmone male infestos, solo verbo sanctæque manus impositione curabat ; ipsos quidem adversarios invisibiliter pellens, visibiliter autem salvans eos qui vexabantur, dum eos prædicationis magnificentia et operatione miraculorum stupenda, velut retiis quibusdam, ad veritatis agni-

Z'. Ἐπεὶ δὲ οἱ μὲν αὐτῶν τὰς ἑῴας λήξεις, οἱ δὲ τὰς ἑσπερίους λαχόντες ἐπῄεσαν, βόρειά τε καὶ νότια περιέθεον κλίματα, τὸ προστεταγμένον αὐτοῖς πληροῦντες διάγγελμα· καὶ ὁ θαυμαστὸς οὗτος ἀπόστολος τὴν Ἀσίαν κεκλήρωτο. Ταύτην τε κύκλῳ περιιών, καὶ πάσαις μὲν πόλεσιν, ὅλαις δὲ χώραις ἐπιδημῶν, μυρίον τι πλῆθος καὶ ἀριθμὸν ὑπερβαίνον, συνθέσθαι τῇ εὐσεβείᾳ πεποίηκεν· οὓς καὶ καθάπαξ τῷ τῆς παλιγγενεσίας φωτὶ σημειούμενος, τῷ οὐρανίῳ προσῆγε Πατρί. Καὶ δὴ καὶ τοὺς πάθεσι τισὶ καὶ νόσοις πιεζομένους, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ οἷς ἐνοικοῦν τε δαιμόνιον κακῶς διατίθει, λόγῳ μόνῳ καὶ χειρὸς ἱερᾶς ἐπαφῇ ἐθεράπευε· νοητῶς μὲν τοὺς ἐπιβαίνοντάς τε καὶ ἀντικειμένους προκούμενος, αἰσθητῶς δὲ τοὺς ὑπ' ἐκείνων ἁπαγεντθέντας ἀκου-

[1] Joan. XII 24.

(1) In aliquo MS. Græco, præter Asiam, indicatur Lydia, in Menæis Græcis Mysia et Lydia, sed hæ provinciæ sunt in ipsa Asia Minori.

(2) Nicetas hæc ita exponit : « Asiæ plagas perlustrans, ac cunctis provinciis et urbibus vitæ æternam annuntians, eosque qui ad vitam erant ordinati, veræ per fidem vitæ reconcilians, exercitos omnes a diabolo, innumerisque erroribus ac seductionibus perditos, sapientiæ divinæ sermonibus ac exhortationibus captivans, ac regenerationis aqua emundans, gratiæque spiritu illuminans atque consummans, in eum modum Patri qui in cœlis est filios asciscebat. Cunctos vero, qui variis languoribus ac morbis tenebantur, aut obsessi a dæmonio erant, aut quovis alio sinistro casu afflictabantur, solo sermone ac sacræ contractu manus sanabat. »

(c) MS. Κοινωνὸς ἐκείνοις, vacuasset, quod non habet commodum sensum.

ζόμενος· οὓς τοῦ τε κηρύγματος μεγαληγορίᾳ, καὶ ταῖς παραδόξοις θαυματοποιίαις, οἷά τισι δικτύοις ζωγρῶν τῆς ἀληθείας, ἦγε κατὰ βραχὺ πρὸς ἐπίγνωσιν. Ἱερεῖς δὲ καὶ θυσιαστήρια πανταχοῦ τῶν ἐκεῖ τόπων ἀποτάξας τε καὶ δειμάμενος, ἀντὶ θυσιῶν τῶν ἐπιδωμίων τὴν ἱερὰν ἐν τούτοις τελεῖσθαι μυσταγωγίαν ἱερῶς παρεσκεύασεν, ὡς τηρεῖσθαι καὶ ἐπ' αὐτοῖς τὸν τοῦ Εὐαγγελίου θεσμόν. Οὕτω μὲν οὖν πολύ τι πλῆθος τῶν δι' αὐτοῦ πιστευσάντων τῷ Χριστῷ προσηγάγετο· ἐπεὶ δὲ καὶ τῶν ἐνθένδε τοῦτον ἔδει πάντως μεταφοιτῆσαι, ἐκδημίαν τε τὴν πρὸς τὸν Κύριον στείλασθαι, τοιόνδε τι περὶ τὸ τέλος αὐτῷ συνηνέχθη.

Π. Πόλις ἐστὶ κατὰ τὴν Φρυγίαν ἐπιφανής, Πόλις ἱερὰ καλουμένη· αὕτη πολυανθρωπία τῶν ἄλλων ἀνθήσασα, καὶ πόλεων ἑτέρων μήτηρ ὀνομασθεῖσα, τὸν ἱερώτατον Φίλιππον μετὰ τὸν μυρίον ἐκεῖνον ὑπὲρ τοῦ Εὐαγγελίου δέχεται κάματον. Παραβαλὼν οὖν οὗτος ὁ μέγας ἀπόστολος, ὥστε κἀν ταύτῃ κηρύξαι τὸ Εὐαγγέλιον, ἐπεὶ ξοάνοις εἶδε ταύτην, καὶ τῶν (*d*) ἐμπηστικῶν τοῖς ἰοβόλοις, ἐχίδνῃ τινὶ τερατώδει τὸ σέβας, οἶμοι, προσνέμουσαν, ζήλῳ θείῳ τὴν ψυχὴν καταπίμπραται, καὶ συντονώτερον προσκείμενος ταῖς εὐχαῖς, τῇ τοῦ Χριστοῦ ἐπικλήσει τὴν ὀλεθρίαν ταύτην καὶ πολλοῖς ἀπωλείας γενομένην αἰτίαν, νεκρὰν αὐτίκα δεικνύει.

Θ'. Ἐπεὶ δὲ οὕτω καλῶς ἡ κατὰ τοῦ πικροῦ τούτου θηρίου εἶχεν αὐτῷ πρὸς τὸν Κύριον ἔντευξις, τὸ ἀπὸ τοῦδε πᾶσιν ἐπιεικῶς παρῄνει καὶ συνεβούλευε, τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἡγεῖσθαι ζῶντα Θεὸν, μηδὲ τοῖς ὑπὸ γῆν ἕρπουσι προσανέχειν βοσκήμασιν· ἐπεὶ καὶ Θεὸς, ὅς ὤν ἀεὶ, Θεὸς τελειός τε καὶ ἀπερίληπτος, μετὰ τὸ παραγαγεῖν τόνδε τὸν ὁρατόν τε τοῦτον κόσμον καὶ μὴ ὁρώμενον, κατ' εἰκόνα τῆς αὐτοῦ μεγαλειότητος πλάσας τὸν ἄνθρωπον, καὶ τοῦτον τῷ αὐτεξουσίῳ τιμήσας, τῶν ἐν παραδείσῳ καλῶν μετέχειν πεποίηκεν, ἀπέχεσθαι τούτου μόνου κελεύσας, ὅπερ ἦν τὸ ξύλον τῆς γνώσεως. Ἐπεὶ δὲ ἠθετηκότα τὴν ἐντολὴν, καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειότητος ὀλισθήσαντα περιιδεῖν ἦν οὐ Θεοῦ, διὰ νόμου τοῦτον πρότερον παιδαγωγήσας καὶ προφητῶν, ἐπ' ἰσχάτων καὶ τὸν ὁμοφυᾶ τούτῳ Λόγον ἐκ Παρθένου ἁγνῆς καθ' ἡμᾶς τεχθῆναι εὐδόκησεν ὁ δὲ καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἀνθρώπων ἐπιφανεὶς, καὶ πάθεσιν ὁμιλήσας ὁ ἀπαθὴς, διὰ τρίτης τε ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν, φιλανθρωπίᾳ ἡμῖν ἐφανέρωσεν ἑαυτὸν, καὶ πρὸς οὐρανοὺς ἀπῆρεν, ὅθεν ἐτύγχανε καταβεβηκώς· τοῦτον δὲ καὶ αὖθις ἥξειν πιστευόμενος, ὃς πλάσμα μὲν τὸ ἑαυτοῦ ἀναστήσει, ἀποδώσει δὲ ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Εἴσεσθε καὶ ὑμεῖς οἱ δ' ὅτι ἀξιωθέντες τοῦ θείου φωτὸς τῆς ἀναγεννήσεως, καὶ καθαρίσει γὰρ ὑμῖν εὐαγοῦς πάθους παντὸς ἡ διάνοια, πρὸς κόρον δὲ, εἰ καὶ μὴ κόρος ὥρισται τούτοις, τῶν παρ' αὐτοῦ χαρίτων πλησθήσεσθε, καὶ ἀγαθῶν τῶν ἐπηγγελμένων κληρονομήσετε.

A tionem brevi tempore adduxit. Sacerdotes (3) vero et altaria per omnia ibidem loca ordinans et construens, pro cruentis victimis docuit incruentam offerre hostiam, et Evangelii normam etiam in istis observare; atque ita maximum credentium per se numerum adduxit Christo. Cum denique in eo res esset statu. ut omnes quidem deberent transire ad fidem, ipse vero transire ad Dominum, tale quid ei circa finem contigit (4).

VIII. Civitas quædam Phrygiæ, illustris, quæ sancta nominatur (5), et incolarum frequentia præcellit cæteras, atque aliarum mater dicitur, sanctissimum Philippum, post innumeros pro fide labores, excepit. Cum autem huc venisset apostolus ut etiam in ea B prædicaret Evangelium, eamque vidisset simulacris et inter pestifera venenata viperæ (6) cuidam monstrosæ cultum deferre, divino succensus est zelo : et orationibus assiduis enixius incumbens, Christique nomen invocans, lethiferam illam belluam, quæ multis fuerat mortis causa, neci dedit.

IX. Postquam vero adversus belluam istam crudelem tam bene ei cessisset Domini apellatio, cunctis exinde suadere cœpit, ut in cœlis vivere Deum crederent; neque serpentibus per terram animantibus adhærerent: quando revera Deus est, qui semper exsistens Deus perfectus et incomprehensibilis, postquam visibilem hunc mundum et C invisibilem produxisset, etiam hominem formavit ad imaginem magnificentiæ suæ; eumque voluntatis suæ libero ornans arbitrio, paradisi bonis perfrui voluit, solum jubens ut a scientiæ ligno abstineret. Mandata vero prætergressum suaque privatum gratia cum despicere nollet, primum quidem per legem atque prophetas eum erudiit, deinde et consubstantiale sibi Verbum ex intemerata Virgine nasci voluit, itaque in humana apparens similitudine, nostrisque communicans passionibus impassibilis ipse ,ac die tertia resurgens a mortuis, amanter se nobis manifestavit, atque ad cœlos abiit unde descenderat : ipsum vero rursus venturum credimus, ut figmentum suum resuscitet, et reddat unicuique secundum opera sua : idipsum quoque D scietis etiam vos, divino regenerationis lumine dignati; purgabitur enim mens vestra ab omni passione turpi, ejusque donis implebimini ad satietatem, si tamen eorum satietas esse possit, et bonorum promissorum hæreditatem obtinebitis.

(3) Idem Nicetas : « Sacerdotes et præsules fidelibus præfecit, altaria per loca Domino præfixit, ac sacram sanctorum sacramentorum tradidit formulam. »

(4) Cum per viginti annos in Scythia laborasset, ut Acta Latina habent.

(5) Idem Nicetas : « Hierapolis urbs Phrygiæ magna atque illustris, opum abundantia, gloriæque fastigio superba, civium robore ac multitudine nulli forte tunc magnarum per Orientem metropoleon primas concedens.»

(6) Iterum Nicetas ait, « Hierapolim portentosæ cuidam infandæque viperæ tamquam Deo addictam, eamque hostiis non absque dementia placare.»

(*d*) Ἐμπηστικός, *pestifer*, a latina voce *Pestis*.

X. Hæc et his plura divinitus apostolus disserebat publice ac privatim. Si quos vero præ cæteris videbat suscipere verbum fidei, eos admovebat regenerationis lumini (7), et in ordinem recipiebat sacerdotalem faciebatque animata Christi templa. Ita feliciter progredientem veritatem inimicus ejus videns, cohibere se non potuit quin ei insidiaretur atque offendiculum objiceret. Eis itaque qui tunc in civitate primas tenebant sese insinuans, ipsorumque indignationem velut ignem accendens, primum comprehendi ab eis Philippum fecit, multitudinem in eum subito commovens, tum ei quidquid potuit molestum atque exitiale intulit. Nam qui eum comprehenderant duro incluserunt carceri, duriusque ceciderunt aciflagellarunt; deinde funibus per talos trajectis (8) suspenderunt in altum.

A Γ. Ταῦτα καὶ πλείω τούτων ἰδίᾳ καὶ κοινῇ ὁ θεῖος ἀπόστολος· οὓς δὲ ἤδη τῶν ἄλλων μᾶ χομένων τὸν λόγον τῆς πίστεως, τῷ τῆς π σίας τούτους προσῆγε φωτὶ, καὶ τῷ τῶν ἀ κατέλεγε τάγματι, καὶ ναοὺς ἐψυχωμένους καὶ ἁγίους ἀνέγειρεν. Οὕτω κατ' εὐθὺ χ ὁρῶν τὴν ἀλήθειαν ὁ ταύτῃ βασκαίνων ἐχθ ἀνεκτὰ ἐποιεῖτο, εἰ μὴ σφᾶλοι τε αὐτῶν προσω διακωλύσοι. Ἐντεῦθεν τοὺς τότε καὶ τῆς πόλεως μετιόντας ἀρχὰς ὑπελθὼν, καὶ ἀναφλέξας αὐτοῖς τὸ ζηλότυπον, συλληφθῆ ὑπ' αὐτῶν παρασκευάζει τὸν Φίλιππον, σ τοῦ αἰφνιδίου κατ' αὐτοῦ χεῖρα κινήσας, ἐ τοῦτο κἂν εἴ τι λυπηρὸν καὶ ὀλέθριον. Κατ μὲν γὰρ οἱ συλλαβόντες αὐτὸν πικρῶς ἐν

B πικρότερον δὲ μαστιγοῦσι καὶ καίουσιν, εἰ νίοις τῶν ἀστραγάλων ἐξάψαντες, ἐπὶ μετέω κεφαλῆς ἀκαρτῶσι.

XI. Et hoc quidem significare poterat statum animi, rectam ad superna viam tenentis: non ita tamen eum dimisit Dominus; sed quoniam tunc temporis divinus apostolus Bartholomæus etiam Hierapoli erat, una cum ipso Evangelium annuntians, passionis eum consortem esse voluit ut fuerat prædicationis. Illo ergo, ut diximus, suspenso e talis cruci addicitur Bartholomæus (9). Soror etiam Mariamne (10), corpore et animo virgo, neque magis natura fratri conjuncta quam animo, aderat patienti Philippo, cum quoque patiebatur ac sustinebat cruciatum. Dum autem hæc fierent, contigit res omnino nova: concussa enim terra et tremorem insolitum patiente, cunctorum animis incubuit formido, qui oblectationis causa ad spectaculum convenerant. Subvertitur funditus locus omnis, atque in profundum in conspicuum dehiscit: simul autem absorbebatur populus, eratque in periculo miserrimæ perditionis.

ΙΑ'. Τὸ δὲ ἄρα τὴν ἐπ' εὐθὺ πρὸς τὰ ἄνω πορείαν ὡς τὸ εἰκὸς ὑπεσήμαινε· κἂν οὐκ εἰ τον ἀφῆκεν αὐτὸν ὁ Κύριος ἀπαράκλητον· κατ' ἐκεῖνο τοῦ χρόνου καὶ Βαρθολομαῖος ἀπόστολος συνεπιδημῶν ἐν τούτῳ τῇ Ἱεραπ συγκατηγγέλλων τὸ Εὐαγγέλιον, ὥσπερ δὲ ῥύγματος, οὕτω καὶ τοῦ πάθους αὐτῷ κοιν κείνου τῶν ἀστραγάλων, ὡς ἔφημεν, ἀνα σταυρὸν αὐτὸς καταπαρείσεται. Καὶ ἡ ἀδελφὴ ρεύμενη, ἡ μηδὲν ἧττον μίαν τὴν φύσιν ἢ τὴν αὐτῷ, ἢ καὶ τὸ σῶμα παρθένος καὶ τὴν παρῆν μὲν πάσχοντι Φιλίππῳ τῷ ἀδελφῷ, τ

C θος ὡς οἷόν τε τῇ προαιρέσει συνεφείλκετο ε εμαρίζετο. Ἐν ὅσῳ δὲ ταῦτα ἐπράττετο, γί πρᾶγμα καινὸν, σείεται μὲν ἐξαίφνης ἡ ἀσυνήθη κλόνον ὑφίσταται, φόβος δὲ ταῖς διανοίαις ἐνέσκηψεν, ὅσοι τέρψεως ἕνεκεν ἐποιοῦντο τρον τὰ ὁρώμενα. (e) διαθεμεῖται ἄπας ὁ ἐκεῖνος, καὶ εἰς βάθος κατῆει ἀτυμφανές, εσκάπτο δὲ τῷ ἐδάφει, καὶ πᾶς ὁ λαὸς, καὶ παραπολίσθαι διακινδυνεύετο.

XII. Cum igitur omnes obstupescerent, neque consilium ullum utile expedirent; tandem, licet sero, agnoverunt vindictam se sustinere supplicii et injuriæ Philippo illatæ, eumque circumstantes suum appellabant salvatorem, atque rogabant dexteram eis suam porrigeret, neque despiceret animas ipsius solius causa periclitantes. Narratur autem quod cum ita insisterent precibus, multaque miserationi commovendæ idonea dicerent, neque ab orando cessarent, misertus eorum quæ fiebant Jesus,

ΙΒ'. Ἀμηχανία τοίνυν ἐπὶ τῷ κακῷ παντ καὶ εἰς ἄκορον αὐτοῖς πεμπόμενα τὰ βουλεύμα γῶν καὶ σὺν χρόνῳ αἰσθόμενοι, ὡς τῆς εἰς Φ τιμωρίας καὶ ὕβρεως τὴν δίκην ἐντεῦθεν ὑπ πειστοντες τούτῳ σωτῆρα ἐκεβοῦντο, καὶ ὑπατεῖνον πρὸς ἀκάνθινον ἧττον, μηδὲ καταπ ψυχὰς, ἐπὶ μόνῳ σπουδάσας αὐτῷ. Λέγεται τῶν οὕτω ταῖς δέήσεσι προσκειμένων, καὶ πο ἔλεον λεγόντων, καὶ οὐκ παυόντων, τὸν Ἰησοῦν δεν οὓς φιλόθεον ὑπαλίσκοντα καὶ τὸ γι

D

(7) In Menæis Græcis dicitur: « Conversa Nicanoris proconsulis uxor, et Stachys domus a proconsule et populo incensa ». In Aliis Græcis MSS. dicitur: «Stachys valde dives et urbis primarius, qui fuerat annis 40 cæcus, et a sancto Philippo illuminatus. » An idem Stachys factus fuerit postea episcopus Byzantinus, ut Menæa addunt, examinabitur ad 31 Octobris, quo colitur.

(8) Citatus Nicetas: « Funiculis e calcaneis vinctum, in sublimi verso in terram capit pendunt. »

(9) Eadem de sancto Bartholomæo habet tas: et in Vita S. Bartholomæi Josephus, Hymnographus, illustranda ad 24 Augusti.

(10) Colitur S. Mariamna, Nicetæ Mar Februarii, ad quem diem ejus Acta e variis co dedimus.

(e) Διαθεμεῖται, corrigo διαθεμεῖται, ut si compositum a θεμέω, et tantumdem valeat atqu verto a fundamentis.

οἰκτηρήσαντα ἐπιφανῆναι ἀθρόον αὐτοῖς, καὶ τῇ ἐπιφανείᾳ λωφῆσαι μὲν εὐθὺς τὰ δεινά, στηριχθῆναι δὲ τὸ τέως κλονούμενον ἔδαφος, καὶ τοῖς ἐντεῦθεν θάνατον ἐλεεινῶς κινδυνεύουσι θειοτέραν τινὰ ὀφθῆναι τὴν δύναμιν, κλίμακος ἕξιν ἐπέχουσαν, καὶ τὴν ἄνοδον ῥᾳδίαν παρέχουσαν. Τοῦτο πίστεως πρὸς σωτηρίαν ὁδὸς τοῖς ἀπίστοις ἐγένετο, καὶ μέγα μὲν ἅμα τὸν Φίλιππον, μείζονα δὲ καὶ ὃν ἐκεῖνος ἐπρέσβευεν ἐκήρυξε Κύριον.

ΙΓ'. Τὸ ἀπὸ τοῦδε οὖν ἀφεῖναι μὲν οἱ σεσωσμένοι τοὺς μαθητὰς τῶν δεσμῶν διὰ σπουδῆς ἐποιοῦντο, καθεῖναι δὲ τούτους τοῦ ξύλου πρὸς τάχος ἠπείγοντο. Καὶ λύουσι μὲν τὸν Βαρθολομαῖον, ὁ Φίλιππος δὲ τούτους ἐπέσχε τῆς πρὸς αὐτὸν ἐγχειρήσεως· ᾔδει γὰρ ὅσον οὔπω ἐκδημήσων πρὸς τὸν ποθούμενον, ὅθεν καὶ τοῦ ξύλου ἀπηωρημένος, τοῖς ἀνὰ τὴν πόλιν περὶ τῶν συνοικούντων ὅλης ἡμέρας ὡμίλει καὶ διελέγετο, τῇ πρὸς τὸν Κύριον πεποιθήσει τὰς αὐτῶν στηρίξας ψυχὰς, καὶ ἱκετηρίαν ὑπὲρ τούτων ποιούμενος, τοῖς ἱεροῖς ἱερῶς συναπῆλθε λογίοις, καὶ πρὸς ὃν ἠγάπα μετεφοίτησε Κύριον, ἐν χειρὶ τούτου τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν παραθέμενος.

ΙΔ. Τὸ δέ γε τίμιον αὐτοῦ σῶμα παρὰ Βαρθολομαίου καὶ Μαριάμνης ὁσίως κατενεχθὲν, λαμπρῶς τε τῶν (*f*) ἐπὶ ταφῇ νενομισμένων τυχὸν, ὕμνοις ἱεροῖς καὶ τιμαῖς ἐν ἐπισήμῳ τόπῳ κατετύθη καὶ ἱερῷ, τεσσαρεσκαιδεκάτην ἄγοντος τότε τοῦ Νοεμβρίου. Βαρθολομαῖος δὲ ἄρα καὶ Μαριάμνη ἐπὶ βραχὺ τῷ τόπῳ προσμείναντες, καὶ τῷ τιμίῳ τῷδε λειψάνῳ τὰ τῶν ὕμνων καὶ τιμῶν ἀποδόντες, καὶ αὖθις λαμπρότερον βεβαιότερόν τε τοὺς παρόντας περὶ τὴν πίστιν ἱδράσαντες, τῆς ἐπὶ τὰ οἰκεῖα εἴχοντο, τὸ τοῦ Χριστοῦ κηρύττοντες Εὐαγγέλιον. Ὅτι αὐτῷ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

benignam ipsis aurem commodarit, subitoque apparuerit : quodque apparitione illa statim cessarit periculum, solumque eatenus tremulum constiterit firmum, et iis qui mortem exspectabant miserabilem divinior quædam apparuerit virtus, scalarum vice serviens, et facilem sursum præbens ascensum. Atque ea res infidelibus facta via fidei ad salutem, magnum quidem esse monstravit Philippum, majorem vero eum quem ipse prædicaverat Dominum.

XIII. Qui autem salvati erant festinabant quidem discipulos eximere e vinculis, eosque e ligno quantocius deponere : sed cum Bartholomæum solvissent, prohibuit Philippus ne idem sibi facerent, sciebat enim sese jamjam emigraturum ad illum quem desiderabat : ideoque e ligno pendens, die tota loquebatur cum civibus de salute ipsorum, confirmansque eorum animos exhortando et preces pro iis fundens, sancte inter sancta excessit eloquia ; atque ad Dominum quem amaverat transiit, animam suam in manus illius commendans.

XIV. Venerandum porro illius corpus a Bartholomæo et Mariamne, cum ea splendide persolvissent quæ fieri in sepulturis consueverunt, depositum est cum hymnis atque obsequiis sacris in loco sancto ac decenti, decima quarta die Novembris. Bartholomæus autem et Mariamne, modico ibidem commorati tempore, cum iterum venerando illi corpori hymnorum atque exsequiarum justa splendidius persolvissent, et præsentes amplius confirmassent in fide, ad propria reversi sunt, prædicando ubique Evangelium Christi : quia ipsi convenit omnis gloria, honor et adoratio, nunc et semper in sæcula sæculorum. Amen.

(*f*) Ita corrigo, pro ἐπιφανῇ : nam, ἐπὶ ταφῇ, legendum suadet sensus, et ita videtur in MS. Veneto invenisse interpres quo usus Lipomanus.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ
ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΓΙΟΝ ΙΑΚΩΒΟΝ
ΑΠΟΣΤΟΛΟΝ ΚΑΙ ΑΔΕΛΦΟΘΕΟΝ

—

COMMENTARIUS
IN SANCTUM JACOBUM APOSTOLUM
ET FRATREM DOMINI

(Acta Sanctorum Bolland. ad diem 1 Maii, Græce et Latine.)

—

PROLOGUS.

I. Nihil est viro bono et virtutis amatori æque jucundum, et quod nulla minus satietate offendatur, atque justi memoria, et maxime, si passus sit propter Christum. Ea enim illum magis excitat ad lætitiam, quam aurum pecuniæ amatores, et quæcunque sunt visu delectabilia novarum rerum cupidos. Adde quod ipsa justi memoria non solum est jucunda, sed etiam valde utilis ; cum aliquem zeli et æmulationis stimulum immittat animis, et ad similia aggredienda excitet. Agedum ergo nos quoque magnum Jacobum in medium adducentes (qui vere est Justus et nominatur, et ut Christi frater vocaretur eximie est assecuus) communem ex rebus illius utilitatem capiamus et voluptatem. Nam licet multi alii, qui in ecclesiastica scribenda historia studium posuerunt, de hoc justo narraverint, et ante omnes Hegesippus et Clemens : quorum ille quidem in quinto suo libro, hic autem in sexta earum, quæ vocantur Hypotyposes, nonnulla ex iis quæ ab ipso gesta sunt, assumentes, posteris tradiderint : nemo tamen se extendit ad omnia, neque contendit de eo dicere singulatim. Causa autem est quod non fuit eorum institutum de ipso scribere ; sed erat quidem eis aliud propositum argumentum : in parte autem, cum ita accidisset, illius meminerunt.

A Α'. Οὐχ οὕτως ἡδύ τι τῷ φιλαρέτῳ καὶ κό
δενὶ λυμαινόμενον ὡς μνήμη δικαίου· καὶ μᾶ
διὰ Χριστὸν παθόντος κατέστηκε. Καὶ γὰρ
πλείων ἐκείνῳ ἢ χρυσὸς τοῖς φιλοχρημάτοι
ὅσα τὴν ὥραν ἡδέα τοὺς (a) φιλοκαίνους εἰς
σύνηψιν παρακαλεῖ. Ἐπεὶ οὖν οὐχ ἡδεῖα μόνον
δικαίου μνήμη, ἀλλὰ καὶ λίαν ὠφέλιμος, ζή
κέντρον ταῖς ψυχαῖς ἐνιεῖσα, καὶ τῶν ἴσων ἅ
διεγείρουσα· φέρε δὴ καὶ ἡμεῖς τὸν μέγαν
Ἰάκωβον εἰς μέσον προθέντες, τὸν ἀληθῶς
ὄντα τε καὶ ὀνομαζόμενον· ὃς καὶ τὸ ἀδελφὸς
σθαι Χριστοῦ διαφερόντως πεπλούτηκε, κοινὴ
λειαν τὰ ἐκείνου καὶ ἡδονὴν ποιησώμεθα. Ι
μὲν γὰρ καὶ ἄλλοις ὑπῆρξε τῶν περὶ τὴν ἐκκ
στικὴν ἱστορίαν ἐσπουδακότων περὶ τοῦ
B τούτου διεξελθεῖν, καὶ πρό γε πάντων Ἡγη
καὶ Κλήμεντι, ὧν ὁ μὲν ἔν γε τῷ πέμπτῳ
ὑπομνήματι, ὁ δὲ ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν καλουμένων
τυπώσεων, ἔνια τῶν αὐτῷ πεπραγμένων ἀπο
τες παρέδοσαν τοῖς εἰς ὕστερον· ἀλλ' οὐδεὶ
ἅπαντα καθῆκεν ἑαυτόν, οὐδὲ τὰ κατὰ μέρος
ἐφιλοτιμήσατο. Τὸ δὲ αἴτιον, ὅτι μὴ δὲ τὸν
σκοπὸν ἔθεντο· ἀλλ' ἑτέρα μὲν τῷ λόγῳ ὑπόθεσ
οἱ δὲ ἐν τῷ μέρει τοῦ ἀνδρὸς ἐμέμνηντο, καὶ ταῦ
ἀπὸ τοῦ παρήκοντος.

CAPUT.

Patria, epistola scripta et elucidata. Aliæ virtutes.

II. Jacobo ergo divino patria fuit Judæa, pater Joseph (1), qui propter insignem virtutem et morum bonitatem, fuit sponsus Virginis, quæ Dominum

C Β'. Ἰακώβῳ τοίνυν τῷ θείῳ, πατρὶς Ἰουδαία,
τὴρ Ἰωσήφ, ὃς διά τε τὸ τῆς ἀρετῆς περιόν, κα
τὴν τῶν τρόπων χρηστότητα, τῇ τὸν Χριστὸν

(1) Hanc aliquorum Græcorum sententiam supra rejecimus, ostendimusque fuisse filium Cleophæ, qui secundum aliquos erat dicti S. Josephi frater, vel saltem maritus Mariæ, natæ ex amita matertera Deiparæ, ideoque dictæ *Soror Ma*

(a) Φιλοκαίνους videtur legisse interpres quo Lipomanus usus in ms. Veneto.

ένη παρθένῳ εἰς μνηστῆρα ἐτέλεσε. Πρᾶξις
ει συμβαίνουσα. Ὠβλίαν γὰρ αὐτὸν κεκλῆ-
στιν, ὅπερ δὴ καὶ δηλοῦν τὸν δίκαιον βούλε-
θαλμὸς λίαν βλέπων, καὶ ἐλέους ὄντως τοῦ
τοῦ ἄξιος · ἀκοὰ ῥήμασι θείοις τὸ παράπαν
η, στόμα ὥς τι ἐντρύφημα διὰ παντὸς ἔχον
ον, χεὶρ πρὸς τὸ εὐποιεῖν ἀεὶ κινουμένη,
πρὸς τὰς ἑαυτῆς ὁρμὰς ὅλως κατηργημένη.
ν μὲν γὰρ καὶ οἴνου τοσοῦτο παρ' ὅλον τὸν
σχετο, ὡς ὕδωρ μὲν ἡγεῖσθαι ποτὸν ἥδιστον,
ἄρτον, καὶ τοῖς τῶν δακρύων σταγόσι τὸ
περβάλλειν τῆς πόσεως ἴσασι τὰ κατεσκλη-
κτα τοῦ δικαίου, καὶ ἡ τούτοις οἷον ἐναπο-
δορὰ καὶ τῆς ψυχῆς παρεστῶσα τὸ πρόθυ-
κος αὐτῷ φίλον ἔνδυμα, καὶ σινδὼν ἡνίκα
ν ἐπιβαίνειν ἔμελλε · νὺξ αὐτῷ καὶ ἡμέρα
ίνετο, ἀλλὰ καὶ νὺξ ἐνεργὸς ἐν τοῖς τοῦ
γοις, καὶ ἡμέρα τὴν νυκτερινὴν ἡσυχίαν τῶ
τῆς ζωῆς ὑπεκρίνετο · ποθεινὸς τοῖς οἰκείοις,
τρίοις αἰδέσιμος, τῷ γὰρ φιλοτίμῳ τῆς ἀρε-
ῦτο μὴ ὅτι φίλοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς τῆς εὐσε-
βήτοις ὁ ἀνὴρ ἐτετίμητο, ὡς ἐνίοις αὐτῶν καὶ
συγγράψαι μαρτύριον, καὶ μὴ μόνον δίκας
ράναι τοὺς ἀνελόντας τὸν Δίκαιον, ἀλλὰ καὶ
πόλιν χρήσασθαι συμφορᾷ, καθ' ἣν τὸ μύσος
μβέβηκε, μαρτυρεῖ τῷ λόγῳ Ἰώσηπος ἔν γε τῷ
τῆς Ἀρχαιολογίας συγγράμματι τὰ κατὰ τὸν
εξιών.

ὶ τοῦτο μὲν δὴ τοσοῦτον · ὅπως δὲ καὶ τἆλλα
ίου διὰ μνήμης τοῖς φιλαρέτοις ὑμῖν ποιη-
Ἄρτι μὲν ὁ Κύριος ὑμῖν τοῦ κατὰ σάρκα
κε μυστηρίου, καὶ ὁ μέγας οὗτος Ἰάκω-
ῶν οἰάκων τῆς τῶν Ἱεροσολύμων Ἐκκλησίας
· δύο δὲ ὄντων τῶν ἀγόντων ἄνθρωπον εἰς
θεωρίας φημὶ καὶ πράξεως, ἐξ ὧν αἱ
κράτος εἰλήφασιν, ἐξεταστέον ἐν ἑκατέρῳ
ς τὸ εὐδόκιμον. Ἀλλ' ἐπείπερ διὰ θεωρίας
πρὸς Θεὸν ἡ ἀνάβασις, πρῶτον τὸ θεωρητι-
ν καθ' ὅσον οἷόν τε διεξέλθωμεν, εἶτα καὶ τὸ
εἰς δύναμιν ἐξετάσωμεν · χρῆναι γὰρ οἶμαι
οπικὸν ὀφθαλμὸν τῷ θεωρητικῷ εὐμενέσθαι
ἄλλων, εἰ καὶ τὸ πρακτικὸν ἐπίβασιν εἶναι τοῦ
ῦ τινες ὑπειλήφασιν. Ἐνταῦθα τοίνυν δεδόσθω
χώρησιν τὸ θεωρητικὸν ἡγεῖσθαι τῆς πράξεως,
ῷ πρακτικῷ τοῦ δικαίου συνῆπται καὶ τὸ μαρ-

λ' ἔστι κατανοῆσαι τρανῶς ἐπίσκοπον ποι-
μετ' ἐπιστήμης τὸ ποίμνιον, τὸν τῇ καθο-
ἀνδρὸς Ἐπιστολῇ ἐντυγχανοντα. Καὶ πρῶτόν
τῇ ἐπιγραφῇ καλὸν μὴ παροπτέον · δηλοῦ-

A nostrum Jesum Christum peperit. Erant autem ejus actiones nomini convenientes : aiunt enim eum fuisse vocatum Obliam (2) quod quidem vult significare justum. Oculus ejus lenis et placidus, et vere dignus qui consequeretur a Deo misericordiam ; aures divinis verbis omnino apertæ : os, in quo, tanquam aliquæ deliciæ, lex erat perpetuo : manus, quæ semper movebantur ad benefaciendum : venter, omnino suis resistebat appetitionibus : nam ab animatis et vino tota vita usque adeo abstinuit, ut aquam quidem existimaret potum suavissum, quemadmodum et alimentum panem, lacrymarum guttas abundanter miscens cum potione. Norunt obdurata justi genua, et eorum velut emortua caro animi promptitudinem. Pannus erat ei gratum indu-
B mentum, et sindon, quando erat ad sacra ascensurus. Inter noctem et diem nullum erat ei discrimen : sed noctu quoque lucis exercebat opera ; et dies, vitæ tranquillitate et turbarum vacuitate, imitabatur plane noctis silentium. Suis erat jucundus, alienis venerandus : tantam enim laudem virtutis, non solum apud amicos, sed etiam apud pietatis (3) ignaro fuit affectus, ut nonnulli quoque eorum ejus conscripserint martyrium, et dixerint, non eos solum fuisse pœnas, qui Justum interemerunt ; sed civitatem quoque magnam accepisse calamitatem, in qua exsecrandum illud contigit facinus. Ei quod dico, fert testimonium Josephus, in vicesimo libro Antiquitatum id referens.

III. Quomodo autem et alia, quæ ad justum
C pertinent, vobis virtutis amantibus pro dignitate recensebimus? Postquam Dominus carnem nostram assumere dignatus fuit, magnus hic Jacobus tenuit clavum Ecclesiæ Hierosolymitanæ (4). Cum autem duo sint, quæ hominem ducunt ad perfectionem, contemplatio, inquam, et actio, ex quibus vim accipiunt virtutes ; examinandum est, quam hic esset in utroque eximius. Sed quoniam maxime per contemplationem ad Deum est ascensus, quoad ejus fieri potest, prius narremus de illius contemplatione, deinde etiam ejus actionem ponderemus pro viribus. Existimo enim oportere episcopi oculum ante alia delectari vi contemplandi, etiamsi actionem quidam putarunt esse ascensum ad contemplationem. Concedatur ergo, quod contemplatio præcedat actionem, quandoquidem justi actioni conjunctum est etiam martyrium.

IV. Quomodo episcopus gregem cum scientia pascere debeat, is aperte potest intelligere, qui Catholicam ejus legit Epistolam. Et primum quidem id, quod est in inscriptione egregium, non est

liam etiam legitur apud Eusebium, unde
s acceptus, et ex hoc apud Rufinum atque
rum: verum male hic ponitur *Oblias*, quasi
t *Justum*. cum Eusebius sic habeat ἐκαλεῖτο
καὶ Ὠβλίας ὅ ἐστιν ἑλληνιστὶ περιοχὴ τοῦ
δικαιοσύνη. Quod commodum sensum ha-
revera *Ophlias*, juxta Henricum Valesium
dicatur *arx populi*. Nicolaus tamen Felle-
Miscellan. sacrum mallet sic legi, ἐκαλεῖτο Σαδδὶκ καὶ Ὠλὰμ, ὅ ἐστιν δίκαιος καὶ περιοχὴ τοῦ λαοῦ : nominabatur Saddic et Obliam quod est justus et munitio populi.

(3) Judæos scilicet, Christianorum mysteriorum expertes.

(4) Græce ad verbum : « Nuper quidem Dominus particeps nobis factus est mysterii secundum carnem, et magnus hic Jacobus Ecclesiæ Hierosolymitanæ tenet clavum ; » quæ malui clariori paraphrasi explicare.

prætermittendum ; protinus enim, et, ut dicitur, a carceribus, significatur sancti modestia. Sic autem habet [1] : « Jacobus Dei et Domini Jesu Christi servus, duodecim tribubus, quæ sunt in dispersione, salutem. » Nam cum ei liceret seipsum vocare apostolum, aut episcopum, aut quod majus est fratrem Domini, quibus nominibus ipsum quoque Paulus significavit scribens ad Galatas[2], videtur delectari humilioribus ; se esse servum Christi Dei significat tribubus Israelis, vel maxime proprium magistri insigne habens moderationem, et ea sibi magis placens, quam episcopatus atque fraternitatis dignitate.

A ται γὰρ εὐθὺς ἀπὸ γραμμῆς τοῦ ἁγίου τὸ μέ
ἔχει δὲ οὕτως · « Ἰάκωβος Θεοῦ καὶ Κυρίου
Χριστοῦ δοῦλος, ταῖς δώδεκα φυλαῖς ταῖς ἐν τ
σπορᾷ χαίρειν. » Ἐξὸν γὰρ αὐτῷ ἀπόστολον
ἑαυτὸν, ἢ ἐπίσκοπον, ἢ τό γε μεῖζον εἰπεῖν ὁ
τοῦ Κυρίου, οἷς ὀνόμασιν αὐτὸν καὶ Παῦλος
Γαλάταις ἐδήλωσεν · ὁ δὲ τοῖς ταπεινοτέροις
ται χαίρων, καὶ δοῦλον ἑαυτὸν Χριστοῦ τοῦ Θε
φυλαῖς τοῦ Ἰσραὴλ εἶναι γνωρίζει · τὸ ἰδιαίτα
διδασκάλου παράσημον τὴν μετριοφροσύνην ἔχ
ταύτῃ σεμνυνόμενος μᾶλλον ἢ τῷ τῆς ἐπισκοπῆς
τῆς ἀδελφότητος ἀξιώματι.

V. Sed age, nonnulla, quæ leguntur in Epistola, quantum conceditur, persequamur, per quæ erit manifesta illius mentis puritas, et accurata doctrina. Nam cum fuisset in principio Epistolæ, et contemplante animi oculo considerasset, ut est consequens, quod quisquis ad Deum accedit, incidit in tentationes (Boni enim principium et radix, est Deus : bonum autem, est virtus : via autem, quæ fert ad virtutem, est aspera et difficilis, et multa habet adversa : et ideo evenit omnino, ut qui ad Deum accedunt, in res incidant inæquales) : exhortatur sanctos ad invictam patientiam et nunquam cedentem, bonos imitans puerorum præceptores, et qui convenienter legibus decertationis sciunt decertare. Dicit enim : « Omne gaudium existimate, fratres mei, quando in tentationes varias incideritis, scientes quod probatio fidei vestræ patientiam operatur (5): [patientia autem perfectum opus habeat, ut in nullo deficiatis. Si cui autem vestrum deest sapientia, petat a Deo, qui dat omnibus absolute, et non exprobra. » Considera autem, cum quanta hortatur sapientia. Non enim solummodo sustinere, sed etiam gaudere ingruentibus jubet tentationibus ; nec solum gaudere, sed id etiam omne ga ducere. Neque vero dicit quaslibet tentationes ; sed « Quando in varias incideritis tentationes]. » autem est : « Scientes, inquit, quod probatio fidei vestræ patientiam operatur. » Deinde sub in fide debere esse firmitatem, et constantiam, et nullam dubitationem, dicens : « Vir animo d et instabilis in omnibus viis suis. »

Ε'. Ἀλλ' ὅπως ἔνια καὶ τῶν τῇ Ἐπιστολῇ
νων κατὰ τὸ ἐγχωροῦν διεξέλθωμεν, δι' ὧν ε
B ἔσται καὶ τῆς διανοίας ἐκείνου τὸ καθαρὸν καὶ
διδασκαλίας ἀκρίβεια. Καὶ γὰρ ἐν τῇ ἀρχῇ τῆ
στολῆς γενόμενος κρὶ σκοπήσας τῷ θεωρητι
ψυχῆς ὀφθαλμῷ, ὅτι πάντα δὴ τὸν τῷ Θεῷ
χόμενον ἀκόλουθον πειρασμοῖς περιπίπτειν
μὲν γὰρ καὶ ῥίζα τοῦ ἀγαθοῦ ὁ Θεὸς, ἀγαθὸ
ἀρετὴ, ἡ δέ γε πρὸς ἀρετὴν φέρουσα τραχεῖα
προάντης καὶ πολλὰ τὰ ἀντικείμενα ἔχουσα
τοῦτο συμβαίνει πάντως τοῖς πρὸς Θεὸν ἐρχ
ἀνωμάλοις πράγμασι περιπίπτειν) · τοῦτο δὴ
σας ἀλείφει τοὺς πιστοὺς πρὸς ὑπομονὴν ἀνί
τοὺς σοφοὺς μιμούμενος παιδοτρίβας, καὶ κ
μους ἀθλήσεως καλῶς γυμνάζειν ἐπισταμ
φησὶ γάρ · « Πᾶσαν χαρὰν ἡγήσασθε, ἀδελφοί
ἂν πειρασμοῖς περιπέσητε ποικίλοις · « καὶ ἡ
« Εἰδότες, φησὶ, ὅτι τὸ δοκίμιον ὑμῶν τῆς
C ὑπομονὴν κατεργάζεται (*b*). » Εἶτα τὸ περὶ τὴ
ἀναμφίλογόν τε καὶ σταθερὸν ὑποτίθησιν
δίψυχος, λέγων, ἀκατάστατος ἐν πάσαις τα
αὐτοῦ. »

VI. Quod autem postea dicit, quantam cum venustate habet etiam profunditatem ? « Glorietur enim, inquit, humilis quidem in sua altitudine : dives autem in sua humilitate. » Nam cum divitiæ quidem alliciant ad superbiam, paupertas autem ad humilitatem et animi dejectionem ; ille contra jubet facere, divitem quidem suam constituere altitudinem in modestis actionibus ; pauperem vero hoc ipsum existimare dignitatem non contemnendam, si magno et excelso animo ferat paupertatem. Ita paupertatem et divitias, quæ sunt sæpe multis materia ad peccandum, materiam efficit ad Dei cultum. Deinde rursus cum sciret, cujus gloriæ, et quam multorum bonorum sint tentationes conciliatrices iis qui se fortiter gerunt, repetens dicit : « Beatus

ς'. Ὁ δὲ μετὰ ταῦτα λέγει, πόσον ἔχει μ
ρίτος καὶ τὸ βάθος ; « Καυχάσθω γὰρ, ἔφη, ὁ
πεινὸς ἐν τῷ ὕψει αὐτοῦ, ὁ δὲ πλούσιος ἐν τῇ
νώσει αὐτοῦ. » Ἐπεὶ γὰρ ὁ μὲν πλοῦτος ἐπαγω
ἀλαζονείαν, ἡ πενία δὲ ταπεινὸν καὶ μικρό
ἐκεῖνος τοὐναντίον κελεύει ποιεῖν ὕψος ἑαυτοῦ
D σθαι τὸ μετριάζειν, τὸν πένητα δὲ αὐτὸ τοῦτ
μα νομίζειν οὐ τὸ τυχὸν, τὸ τὴν πενίαν φέρ
γαλοψύχως · οὕτω καὶ πενίαν καὶ πλοῦτον, ὧν
πολλοῖς πολλάκις εἰς ἁμαρτίαν, ὕλην εἰς Θε
ραπείαν τίθησι καὶ ἀμφότερα. Ἔπειτα πάλιν
οἵας δόξης, ὅσων ἀγαθῶν πρόξενοι τοῖς καρτερο
πειρασμοὶ, ἐπαναλαμβάνων, « Μακάριος, φησ
θρωπος ὃς ὑπομένει πειρασμὸν, ὅτι δόκιμος
νος, λήψεται τὸν στέφανον τῆς ζωῆς · « τῷ μ

[1] Jac. I, 1 seqq. [2] Galat. I, 19.

Ζ'. Βιβιανὸς εἶπεν· Ἀκάκιε, ἔμαθες γράμματα, ὅτι οὕτως προσόχως ἀποκρίνῃ· μὰ τοὺς θεοὺς ἐνδεχόμενον λόγον εἶπας, ὅσον τὸ ὑπ' ἐξουσίαν εἶναι Θεοῦ τὴν τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαν. Ὁ ἅγιος Ἀκάκιος εἶπεν· Ἐν τούτῳ γὰρ μᾶλλον, ὦ δικαστὰ, ὀφείλεις γνωρίσαι τὴν δύναμιν καὶ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ τοῦ πάντων ἡμῶν Δεσπότου. ὅτι μὴ μαθόντος τὰ δοκοῦντα C ὑμῖν περισπούδαστα γράμματα, εἰ μὴ μόνον ὀλίγα πρὸς τὴν ἀνάγνωσιν τῶν θείων Γραφῶν, αὐτὸς ὑπὲρ ἡμῶν τῶν ἐλεεινῶν δούλων αὐτοῦ ἀπολογεῖ τε καὶ ποιεῖ ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ ὑφ' ὑμῶν τῶν πεπαιδευμένων ἐπαινεῖσθαι· καὶ γὰρ ἀπ' ἀρχῆς πληρῶν τὴν οἰκονομιαν καὶ μέλλων κηρύσσειν ἐν τῷ κόσμῳ τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν, οὐκ ἐχρήσατο ἀνθρώποις ἢ γένει, ἢ πλούτῳ, ἢ λόγῳ, ἢ γράμμασι δυνατοῖς πρὸς τὸ κήρυγμα τοῦ Εὐαγγελίου, ἀλλ' ἁλιεῦσι καὶ τελώναις, καὶ παντελῶς ἐν πτωχαῖς περιουσίαις ἐχρήσατο. Τοῦτο δὲ ἐποίησεν ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς, ἵνα ἡ ὑπερβάλλουσα πάντα νοῦν δύναμις αὐτοῦ γνωρισθῇ, τοῦ θείου καὶ ἁγίου Πνεύματος ἐν πᾶσι συνεργοῦντος αὐτοῖς.

VIII. Post hæc judex: Omittens ego, quod opportune mihi faciendum est, tecum nugor, qui talia disseris. Tu scis imperatorum edicta omni terrore plena vobis proposita esse, ut vos Christiani homines vel sacrificetis, et deos ipsos colatis, in omnibus rebus vos illis subjicientes atque eo modo honores ab illis reportetis: vel, si sacrificare nolueritis, condemnemini, et suppliciis ac pœnis subjiciamini. Velim igitur dicas, num diis ipsis sacrifices, et legibus obtemperes, an te id facturum neges. Respondit Acacius: Sæpe et a Firmo interrogatus, Christianum me esse confessus sum. Quod ergo dixi, iterum dico, me Christianum esse, et impuris dæmonibus non sacrificare. Ego, inquit judex, etiam nunc ætatem istam tuam misericordia

Η'. Ὁ δικαστὴς εἶπεν· Ἐγὼ ἐάσας τὸ καίριον, D ὡς εἰπεῖν λῆρῶ μετὰ σοῦ τοιαῦτα διαλεγόμενος· οἶδας δὲ, ὅτι παντὸς φόβου ἡμῖν ἐστι γέμοντα τὰ προστάγματα τῶν αὐτοκρατόρων, ὥστε ἢ θύοντας καὶ θεραπεύοντας τοὺς θεοὺς ὑμᾶς τοὺς Χριστιανοὺς ἐν πᾶσι ὅτε ὑπηκόους αὐτοὺς γενομένους καὶ τιμὰς παρ' αὐτῶν κομίζεσθαι, τοὺς δὲ μὴ θύοντας τιμωρεῖσθαι κατὰ κράτος. Θύεις οὖν τοῖς θεοῖς καὶ πειθαρχεῖς τοῖς νόμοις τῶν βασιλέων, ἢ ἀκμὴν ἀντιλέγεις; Ὁ ἅγιος Ἀκάκιος εἶπεν· Καὶ ἐπὶ Φήρμου πολλάκις ἐπερωτηθεὶς, ὡμολόγησα Χριστιανὸν ἑαυτὸν εἶναι, καὶ πάλιν λέγω ὅτι Χριστιανός εἰμι, καὶ οὐ θύω δαίμοσιν ἀκαθάρτοις ποτέ. Ὁ δικαστὴς εἶπεν· Ἐγὼ ἔτι τὸ τῆς ἡλικίας σου μέτρον οἰκτείρω· ὁρῶ γὰρ σε μὴ πλέον εἴκοσι καὶ ἑ' ἐτῶν ὄντα· ἀλλὰ καὶ τὸ τοῦ στρατιώτου

σχῆμα πείθεσθείς, οὐκ ἠθέλησα τιμωρίαις σε ὑποβαλεῖν· ἐὰν δὲ ἐμμένεις τῇ μωρίᾳ ἐκείνῃ, ἀναγκάσεις με τοῦ ἐπαγαγεῖν σοι βασάνους πικρὰς καὶ ἀνηκέστους. Ὁ ἅγιος Ἀκάκιος εἶπεν· Ὁ βούλει, ποίει ἐν τάχει, κἀγὼ γὰρ ὃ νῦν ποιῶ οὐκ ἔστι μωρόν, ἀλλὰ καὶ πάνυ φρόνιμον, ἵνα τὸν ποιήσαντά με καὶ μέχρι τοῦ νῦν προνοούμενόν μοι μὴ ἐγκαταλείπω. τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν. Ὁ δικαστὴς εἶπεν· Πῶς μόνον ἔφης εἶναι ἀληθινὸν Θεόν, ὁπότε λέγεις, τὸν Χριστὸν Υἱὸν εἶναι Θεοῦ; ἀνάγκη πᾶσα, εἰ Υἱὸς καὶ ἴσος εἴη τῷ Πατρὶ, δύο αὐτοὺς εἶναι, λοιπὸν καὶ οὐχὶ ἕνα Θέον. Δύο εἶναι καὶ αὐτοὶ λέγοντες θεοὺς, πῶς νῦν ἕνα ἐκφωνεῖς; Ἀναγκάζεις με γὰρ ληρολογεῖν μετὰ σοῦ, οὕτως ἔκθεσμα καὶ ἀνάρμοστα ὁμιλῶν.

A prosequor. Video enim te non amplius quam viginti quinque annos natum. Quin etiam militarem dignitatem reveritus, nolui te statim tormentis subjicere. At si diutius in ista tua insania persistes, coges me inevitabilibus tormentis te subjicere. Ad hæc Acacius : Quod volo facere non stultum, sed valde prudens et Deo gratum opus est, ut eum, qui me creavit, et ad hunc usqus diem providentia sua prosecutus est, non deseram : illum, inquam, ipsum, qui solus est verus Deus. Quomodo, inquit judex, dixisti solum esse verum Deum, cum dicas Christum Dei Filium esse ? Omnino enim necesse est, at si Filium est, et Patri par sit ; et ita non unus, sed duo sint dii. Cum igitur et ipsi duos Deos dicatis, quare nunc unum Deum profers? Cogis enim me tecum nugari, cum ista tu nunc absurda et inconcinna dicas :

Θ'. Ὁ ἅγιος Ἀκάκιος εἶπεν· Πιστεύω τῷ Ἰησοῦ τῷ σταυρωθέντι ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, δοθῆναί μοι λόγον διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ τοῦ ἁγίου πρὸς τὴν ἐπερώτησιν ταύτην τοῦ διασαφῆσαι αὐτήν· οὐ γὰρ ἡ τυχοῦσά ἐστιν αὕτη ἐπερώτησις, πῶς δύο λέγοντες θεοὺς, ἕνα προσκυνεῖν Θεὸν ἐπαγγελλόμεθα· ἐγὼ δέ σοι λέγω, δικαστὰ, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀχώριστον εἶναι τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ εἶναι μὲν τρία πρόσωπα ἐν τρισὶ προσηγορίαις, μίαν δὲ δύναμιν καὶ θεότητα τούτων τῶν ὀνομάτων ὑπάρχειν· ἕνα δὲ λέγομεν Θεὸν ἔχοντα καὶ Λόγον, καὶ ἄνευ τοῦ ζωτικοῦ Πνεύματος μὴ εἶναι. Δείξωμι δέ σοι καὶ ὑπόδειγμα ἐγχωροῦν ὅσον πρὸς τὴν ἡμετέραν ἀνθρωπίνην δύναμιν ἐν τούτῳ· ὥσπερ ὁ βασιλεὺς ὁ νῦν, ὃν σὺ ἐπιγράφεις δεσπότην, ἐγὼ γὰρ ἄνθρωπον αὐτὸν λέγω, ἀλλὰ καὶ κρίσει μείζονι ὑποκείμενον, ἔχει δὲ υἱὸν καὶ λέγεται, εἰ τύχοι, οὗτος Μαξιμιανός, ὁ δὲ υἱὸς αὐτοῦ Μαξέντιος, καὶ εἰσὶ δύο μὲν πρόσωπα, ἡ δὲ φύσις αὐτῶν, τοῦτ' ἔστιν τῆς ἀνθρωπότητος, μία καὶ ἡ βασιλεία μία καὶ ἀδιαίρετος τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ· τιμᾶται γὰρ ὁ υἱὸς διὰ τὸν πατέρα, καὶ ὁ πατὴρ διὰ τὸν υἱόν· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τῆς θείας οὐσίας μίας οὔσης καὶ ἀτρέπτου, Θεοῦ τε καὶ τοῦ Λόγου αὐτοῦ, καὶ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ τοῦ ἁγίου· εἷς καὶ ἀληθὴς Θεὸς ὁ παρ' ἡμῶν προσκυνούμενος.

B IX. Tum Acacius : Ego credo, et in Jesu, qui sub Pontio Pilato crucifixus fuit, spem habeo, futurum, ut mihi per sanctum ejus Spiritum sermonis facultas suggeratur, qua interrogationi tuæ respondere, et quæstionem tuam explicare possim. Non vulgaris quæstio hæc est, quare cum duos nominemus, unum Deum a nobis coli profiteamur. Dico igitur tibi et Spiritum sanctum a Patre et Filio esse inseparabilem, ac tres quidem personas esse in tribus appellationibus, sed unam tamen horum nominum potentiam esse ac divinitatem. Unum autem dicimus Deum, habentem et Verbum, et Spiritum sanctum. Absurdissimum enim esset, Deum sine Verbo, et sine vitali Spiritu dicere. Idque exemplo tibi ostendam, ad hanc ipsam rem explicandam accommodato, quatenus humanæ facultatis conditio patitur. Quemadmodum imperator, qui nunc est, quem tu dominum, ego vero hominem dico, et majori judicio subjectum, et filius ejus (quorum qui pater est, Maximianus dicitur, filius autem Maxentius appellatur) duo quidem illi sunt, sed ipsorum tamen naturæ, humanæ, inquam, conditionis ratio una est, imperiumque patris et filii unum et inseparabile ; honoratur et enim filius per patrem, et pater per filium. Eodem modo et Deus consideratur : nam cum divina Patris, Verbi, et Spiritus sancti essentia, una eademque sit immutabilis, propterea unus, et vere Deus est, qui a nobis colitur.

C

Ι'. Ὁ δικαστὴς εἶπεν· Πολλάκις καὶ ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐμοῦ προτρεψαμένου σε, σὺ τοῖς λόγοις σου τούτοις τοῖς μηδέν σε ὠφελοῦσι μεταβαλεῖν με βούλει· πείσθητι οὖν μοι, καὶ θῦσον, καὶ ἐπίγνωθι τοὺς πατρῴους θεοὺς, δι' οὗς τὰ πάντα συνέστηκεν· ἐπὶ πολὺ γάρ σου ἐφεισάμην. Ὁ ἅγιος Ἀκάκιος λέγει· Μή με νομίσῃς φόβοις κτυπεῖν· ἔχεις τὸ σῶμά μου εἰς μάστιγας ἕτοιμον· ὡς βούλει, χρῶ αὐτῷ· τὸν δὲ λογισμὸν τῆς ψυχῆς μου οὔτε σὺ, οὔτε ὁ αὐτοκράτωρ σου, οὔτε ἡ παρουσία τῶν δαιμόνων σου δύναται μετατρέψαι ἐπὶ τὸ φαῦλόν ποτε. Ὁ δικαστὴς εἶπεν· Ἐπεὶ οὖν οὕτως βούλει, ἀνάγκη μοι πᾶσα εἰς αἰκισμοὺς χωρῆσαι κατὰ σοῦ καὶ τὸ πρόσταγμα τὸ βασιλικὸν πληρῶσαι· ἀδύνατον γάρ σε τοιαύτῃ ἐξετάσει ὑποτάσσοντα, ἀναχωρῆσαι οὕτως καταπαίζοντα τοῦ

D X. Ad hæc judex : Sæpe, inquit, te hortatus sum, ut ad rem propositam redeas ; at tu istis tuis sermonibus nullam tibi utilitatem afferentibus, studes me a proposito abducere. Fac igitur, quod ipse dico, et sacrificium offeras, ac patrios deos agnoscas, per quos omnia hæc constiterunt. Diutius enim tibi peperci. Cui Acacius : Ne putes, terroribus istis me perculsum iri. En habes corpus meum ad flagella excipienda paratissimum ; utere illo, ut libet : mentem vero et animi mei propositum neque tu, neque imperator tuus neque dæmonum tuorum præsentia unquam pervertere, et ad scelus compellere poterit. Tunc illi judex : Ergo, quando tu ita vis, omnino necesse est verberibus ac tormentis te subjicere, et imperatoris edictum exsequi. Nam

fieri non potest, ut tali quæstioni subjectus, sic redeas, judicium nostrum illudens. Tunc præses furore percitus, et cohortem affatus : Figite, inquit, quatuor vectes, et in illis Acacium alligate, crudisque nervis ipsius terga et ventrem verberate, ut discat alia non nugari, neque putet se aliquid scire, cum nihil sciat. Videamus an ipsius Deus auxilium ei afferat, ejusque mens ac propositum quam firmum et immutabile sit, experiamur. Cum igitur Acacius in illis vectibus alligatus esset ; et ejus terga undique verberarentur, hanc solam vocem ille emittebat : Christe, opem feras mihi humili servo tuo ; Domine Deus, ne me derelinquas.

A δικαστηρίου. Καὶ θυμωθεὶς ὁ ἄρχων πρὸς τὴν τάξιν λέγει· Πήξατε τέσσαρας πάλους ἐν τῇ γῇ καὶ ἐκεῖ ἐνδήσαντες αὐτόν, νευροις ὠμοῖς χρήσασθε αὐτῷ καθ' ἑκάτερα μέρη νώτου καὶ κοιλίας, ἵνα μάθῃ μὴ φλυαρεῖν τοσαῦτα καὶ νομίζειν εἰδέναι τι, μηδὲν ἐπιστάμενος. Δεθέντος δὲ αὐτοῦ ἐν τοῖς τέσσαρσι πάλοις καὶ μαστιζομένου σφοδρῶς καθ' ἑκάτερα μέρη τοῦ σώματος, αὕτη μόνη ἐγένετο παρ' αὐτοῦ φωνή· Ἰησοῦ Χριστέ, βοήθει μοι, τῷ ταπεινῷ δούλῳ σου ! Κύριε, μή με ἐγκαταλείπῃς !

XI. Cum vero sex carnifices vicissim illum verberarent, et ejus sanguis in terram abunde diffunderetur, totumque corpus vulneribus acerbissimis laniatum esset, judex ipse cum miserabiles illas plagas videret, et martyris mentem ac voluntatem constantem atque immobilem esse animadverteret : Num, inquit, nunc sacrificabis ? Itane miser dici, quam amicus imperatorum esse maluisti ? Ad hæc dixit Acacius : Nequaquam ego sacrifico : habeo enim Dominum meum Jesum Christum opem mihi ferentem ; itaque istis tuis cruciatibus robustiorem ac promptiorem me reddidisti. Hactenus enim tormentorum exspectatio, aliqua ex parte cogitationes meas perturbabat : cum vero vis illata est, et hæc pati cœpi, per Jesum Christum mihi potentiam suggerentem, robustissimus factus sum, et ad omnia tormenta suscipienda paratissimus. Deo ipso sine dubitatione aliqua confisus. Tum judex : Ista, inquit, dicis, quoniam majora tormenta tibi non intuli. Sed ego temeritatem istam tuam dejiciam. Eo enim, quod hactenus tibi peperci, audacem, ut dicis, te reddidi. Cui Acacius : Fac celerrime quidquid vis. Quos enim cruciatus mihi afferre cogitas, illi utilitatem mihi afferent : et quo majora tormenta adhibebis, eo majorem Domini mei gratiam invitus mihi conciliabis. Hæc, inquit judex, loqueris, quoniam corpus tuum nondum verberibus laceratum est. Tum Acacius : Jam dixi, ut faceres, quidquid vis, non enim impuris dæmonibus sacrifico, neque voluntati tuæ, aut patris tui Satanæ morem gero. His auditis, judex commotus dixit : Plumbeis aminis ejus maxillas contundite, ne iste nostra diuturna in eum patientia temerario modo abutatur. Post hæc Acacius : En factum est, quod voluisti, neque quidquam amplius profecisti ; non enim malæ artes tuæ meam in Christum charitatem superabunt. Sacrifica, inquit judex, et ab imminentibus reliquis tormentis liber esto. Respondit Acacius : Nunquam (ut dixi) sacrificabo : tantum enim imminentes cruciatus despicio, quantum et antecedentes non curavi, Deo ipso mihi animos suggerente.

ΙΑ'. Καὶ ἀλλαγέντων ἐπ' αὐτῷ ἓξ δημίων τῶν καὶ τυπτόντων αὐτόν, καὶ τοῦ αἵματος αὐτοῦ τὴν γῆν πληρώσαντος, καὶ ὅλου τοῦ σώματος αὐτοῦ χαλεπῶς διατεθέντος τοῖς τραύμασιν, ὁ δικαστὴς ὁρῶν τὸ πάθος ἐλεεινὸν γεγενημένον καὶ τὸν λογισμὸν τοῦ μάρτυρος ἀμετακίνητον ὄντα, λέγει πρὸς αὐτόν· Θύεις, Ἀκάκιε, ἢ ἀκμὴν ἀντιλέγεις ; σὺ γὰρ ἤλω ἄθλιος μᾶλλον φανῆναι ἢ φίλος γενέσθαι τῶν βασιλέων. Ὁ ἅγιος Ἀκάκιος λέγει· Οὐ θύω ποτέ· ἔχω γὰρ τὸν Κύριόν μου Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν βοηθοῦντά μοι ἀεί· ἐμὲ γὰρ ἐκ τῶν βασάνων σου τούτων ἰσχυρότερον μᾶλλον καὶ θαρσαλεώτερον κατέστησας· ἕως γὰρ ἄρτι ἡ προσδοκία τῶν δεινῶν κάν ἐν μέρει τὸν λογισμόν μου ἐτάραττεν, γενομένη δὲ ἡ πεῖρα τοῦ πάθους καὶ ἐνεχθεῖσα διὰ τὸν ἐνδυναμοῦντά με Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, σφόδρα με γενναιότατον ἐποίησεν πρὸς πᾶσαν τιμωρίαν πιστεύσαντα ἀδιακρίτως τῷ Θεῷ· Ὁ δικαστὴς εἶπεν· Ἐπειδὴ τὰς μειζονάς σοι τιμωρίας οὐδέποτε ἐπήγαγον, ταῦτα λέγεις· ἐγὼ σου τὸ θράσος καθαιρῶ τούτο· φειδόμενος γάρ σου, θαρσαλέον σε, ὡς λέγεις, πεποίηκα. Ὁ ἅγιος Ἀκάκιος λέγει· Ποίει διὰ τάχους ὃ θέλεις· ἃς γὰρ νομίζεις βασάνους μοι ἐπάγειν, εἰς ὠφέλειάν μού εἰσιν· καὶ ὅσον μειζονάς μοι ἐπιφέρεις κολάσεις, τοσοῦτον καὶ ἐν τῷ Κυρίῳ χάριν ἄκων χαρίζῃ. Ὁ δικαστὴς λέγει· Ταῦτα λαλεῖς, Ἀκάκιε, ἐπειδὴ τὸ σῶμά σου οὐδέπω κατεξάνθη τοῖς αἰκισμοῖς. Ὁ ἅγιος Ἀκάκιος εἶπεν· Καὶ ἤδη σοι ἔφην, καὶ πάλιν λέγω, ποίει ὃ θέλεις· οὐ θύω γὰρ δαίμοσι ἀκαθάρτοις, οὔτε μὴν ποιῶ τὸ θέλημά σου, οὐδὲ τοῦ πατρός σου, τοῦ Σατανᾶ. Ὁ δικαστὴς εἶπεν· Θλάσατε αὐτοῦ τὰς σιαγῶνας μολιβδίσιν, ἵνα μὴ ἀπαυθαδίζηται τῇ ὑμετέρᾳ ἐπ' αὐτῷ μακροθυμίᾳ. Καὶ τούτου ἐν τάχει γενομένου, ὁ ἅγιος Ἀκάκιος εἶπεν· Ἴδε καὶ ἐν τούτῳ ὃ ἠθέλησας, ἐποίησας, τύραννε, καὶ οὐδὲν πλέον ὠφέλησας· οὐ γὰρ νικήσουσιν αἱ κακοτεχνίαι σου τὴν εἰς Χριστόν μου ἀγάπην. Ὁ δικαστὴς εἶπεν· Θύσω λοιπὸν καὶ ἀπαλλάγηθι τῶν μενουσῶν σε βασάνων. Ὁ ἅγιος Ἀκάκιος λέγει· Εἶπόν σοι, ὦ δικαστὴ, πολλάκις, ὅτι οὐ θύω δαίμοσί ποτε· τοσοῦτον γὰρ τῶν μελλουσῶν βασάνων κατέπτυσα, ὅσον καὶ τῶν ἤδη προλαβουσῶν οὐκ ἐφρόντισα, τοῦ Θεοῦ μου χορηγοῦντός μοι τὴν δύναμιν.

B

XII. Ad hæc judex : Quomodo, inquit tu miles atque illiteratus, ita causam tuam agis ? Cui Acacius : Putasne propria virtute nos hæc respondere ? Minime, inquam, nos hæc facimus, sed locuples et

ΙΒ'. Ὁ δικαστὴς εἶπεν· Πῶς στρατιώτης ὢν καὶ ἀγράμματος, Ἀκάκιε, οὕτως ἑτοίμως ἀπολογῇ ; Ὁ ἅγιος Ἀκάκιος εἶπεν· Τί γάρ ; νομίζεις ἡμᾶς ἀπολογεῖσθαι ἐξ ἰδίας σκέψεως ἢ μαθήσεως ; Οὐχί·

C

D

ἀλλὰ τὸ πλούσιον καὶ ἅγιον Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ χορηγεῖ τοῖς δούλοις αὐτοῦ τὴν πολλὴν καὶ ἄφθονον τοῦ λόγου παῤῥησίαν καὶ τὴν ὑπομονήν, καθὼς καὶ ὁ Σωτὴρ ἐδίδαξεν, προσειπὼν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· « Ὅτ' ἂν, φησὶ, παραδίδωσιν ὑμᾶς τοῖς ἄρχουσι διὰ τὸ ὄνομά μου, μὴ μεριμνήσητε, πῶς ἢ τί λαλήσητε· δοθήσεται γὰρ ὑμῖν ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ τὸ τί εἴπητε· οὐ γὰρ ὑμεῖς ἐστε οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς ὑμῶν τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν. Ἀντώνιος κομενταρήσιος λέγει τῷ ἁγίῳ μάρτυρι· Τί ὠφελεῖς, ἄθλιε, τοιαῦτα νουθετηθεὶς καὶ μὴ πεισθεὶς, ἐὰν ὕστερον μετὰ βασάνων βαρυτέρων ποιήσῃς τὸ πρόσταγμα τῶν βασιλέων; Ὁ ἅγιος Ἀκάκιος εἶπεν· Ὕπαγε! νουθέτησον σεαυτὸν, ταλαίπωρε! Εἰ γὰρ τοῦ ἄρχοντός σου καὶ τῶν ἀπειλῶν αὐτοῦ καὶ τῶν ἐπενεχθεισῶν μοι ὑπ' αὐτοῦ βασάνων οὐκ ἐφρόντισα χάριτι τοῦ Θεοῦ μου, σοῦ ἔχω ἀκοῦσαι; Ὁ δικαστὴς λέγει· Ἀκάκιον τὸν ἀκαθοσίωτον στρατιώτην γενόμενόν ποτε, ὑπὸ ἀσφαλὴν φρουρὰν τὴν ἐνδοτέραν εἰς τρία κεντήματα τοῦ ξύλου βαλόντες, περίθετε σίδηρα βαρέα κατὰ τοῦ τραχήλου καὶ κατὰ παντὸς τοῦ σώματος, τηρηθησόμενόν μοι τῇ ἑξῆς δικασίμῳ· μὴ ὁρᾶσθαι δὲ αὐτὸν ὑπὸ τῶν συνέθνων συγχωρούμενον καθόλου, μή ποτε μακαριζόμενος ὑπ' αὐτῶν, εὐτονώτερος ἡμῖν πρὸς τὴν μέλλουσαν ἐξαίτησιν εὑρεθῇ.

ΙΓ'. Καὶ ἀπήχθη ὁ μακάριος ἐν τῇ φρουρᾷ χαίρων ἐπί τε τῇ παρελθούσῃ ἐπερωτήσει καὶ ἐπὶ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἀπολήψει παρὰ τοῦ ἀψευδοῦς Θεοῦ· καὶ ἐποιήσεν ἐν τῇ φυλακῇ τῆς Πειρίνθου ἡμέρας ἑπτά. Ἐγένετο δὲ τὸν Βιβιανὸν γράμματα δέξασθαι παρὰ Λικινίου τοῦ ἐπάρχου τοῦ προλαβεῖν αὐτὸν εἰς τὸ Βυζάντιον· ἐκέλευσεν δὲ καὶ τοὺς δεσμώτας ἀκολουθῆσαι αὐτῷ. Ὁ οὖν μακάριος μάρτυς Ἀκάκιος καὶ τῷ ὄγκῳ τῶν τραυμάτων τρυχόμενος καὶ τῷ πόνῳ τοῦ σώματος στενοχωρούμενος, ἔτι δὲ καὶ τῷ πλήθει τῶν σιδήρων βαρυνόμενος, καὶ τῇ ἐφήξει τῶν δημίων τῶν ἐν τῇ ὁδῷ ταλαιπωρούμενος, καὶ τῷ καμάτῳ τῆς πορείας θλιβόμενος, καὶ τῇ ἐνδείᾳ τῶν σιτίων ἐκλιμπανόμενος, καὶ τῷ μὴ συγχωρεῖσθαί τινα τῶν γνωστῶν συνέθνων ὁρᾶν αὐτὸν πρὸς τὸ ζῆν λοιπὸν ἐξαπορούμενος, ἐπακολουθούντων καὶ τῶν σὺν αὐτῷ δεσμωτῶν ἐν τῇ ὁδῷ καὶ τῶν κατεπειγόντων αὐτοὺς δημίων, ηὔξατο τῷ Θεῷ, ἀξιώσας πρότερον τοὺς δημίους, συγχωρηθῆναι αὐτῷ εὔξασθαι· καὶ σταθεὶς ἐν τόπῳ τινὶ, ηὔξατο πρὸς Κύριον καὶ εἶπεν· Δόξα σοι, ὁ κατὰ τὸ πολὺ ἔλεός σου ποιῶν καὶ τὰ ἐλέη σου μετὰ τῶν ἀγαπώντων τὸ ὄνομά σου· δόξα σοι, τῷ καὶ ἐμὲ τὸν ἁμαρτωλὸν καλέσαντι εἰς τὸν κλῆρον τοῦτον· δόξα σοι, Ἰησοῦ, τῷ εἰδότι τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς ἡμῶν καὶ δόντι μοι ἐν ταῖς βασάνοις τὴν ὑπομονήν. Ἐπεὶ οὖν βλέπεις, Κύριέ μου, πολλὰ τὰ συνέχοντά με κακὰ καὶ τοῦ μέλλειν ἐκδημῆσαι τὴν ψυχήν μου ἀπὸ τοῦ σώματος, αὐτὸς οὖν, Δέσποτα Κύριε, ἀπόστειλον ἄγγελον πρός με ἰαματικὸν, ἰώμενόν με ἀπὸ τῶν περιεχουσῶν με ὀδυνῶν καὶ ἀνάγκων, καὶ κέλευσον καταξιωθῆναί με οἵῳ δήποτε τρόπῳ μόνον ἀποφάσει δικαστοῦ τελειω-

sanctus Dei Spiritus servis suis liberam orationem et patientiam suppeditat, illis providens, quemadmodum Salvator ipse discipulos suos docuit, cum sic dixit: « Quando vos tradiderint principibus propter nomen meum, ne solliciti sitis, quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora, quid dicatis: non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis[1]. » Antoninus scriba dixit sancto martyri: Et quænam tibi, miser, utilitas futura est, si de talibus rebus admonitus persuaderi non vis, ac postea gravioribus tormentis adductus, imperatorum edicto parebis? Abi, et te ipsum admoneas, inquit Acacius, nam si neque præsidem ipsum, neque minas illius, neque cruciatus in me illatos, Dei ope adjutus curavi, putasne me talem esse qui te audiam? Tum judex ministris dixit: Acacium impium hominem olim militem, in carcere interiore tribus lignis alligatum custodite, et gravibus catenis ejus collum ac totum corpus circumdate, sequentis diei judicio reservandum: neque a suæ gentis hominibus illum videri permittite, ne forte ab ipsis beatus prædicetur, et ad futuras quæstiones constantior inveniatur.

XIII. Ductus igitur fuit beatus Acacius in carcerem, tum præterita confessione quam professus fuerat, tum futuris bonis, quæ a Deo vero acceptur-us erat, valde lætus: mansitque in carcere in urbe Perintho septem dies. Interea Bibianus accepit litteras a Flaccino, ut Byzantium se conferret: jussit autem et eos qui erant in carcere, illum sequi. Beatus igitur martyr Acacius, et vulnerum tumore, et corporis labore afflictus, ad hæc et illis multis ferreis catenis gravatus, militumque in via urgentium importunitate, et itineris lassitudine, ac ciborum inopia, denique notorum hominum, e quibus neminem videre permittebatur, absentia valde mœrens, et de vita ipsa desperans, cum et alii vincti eum sequerentur, et carnifices urgerent, petiit a carnificibus, ut orandi Dei potestatem illi facerent. Cum igitur quodam in loco stetisset, ita Deum precatus est: Gloria sit tibi, Deus, qui pro tua clementia in eos misericordem te præbes, qui diligunt nomen tuum: gloria, inquam, tibi sit, qui et me in peccatis viventem, ad hanc sortem tuam vocasti: gloria tibi, Jesu, qui nostræ carnis infirmitatem novisti, et ut tormenta fortiter ferrem, patientiam mihi præbuisti. Quoniam igitur vides, mi Domine, multis malis me oppressum, ita ut anima ipsa e corpore meo excessura videatur, tu ipse, Domine, mitte angelum, qui me curet, et ab angustiis, quibus opprimor, me sanet; ac velis mihi hoc concedere, ut quacunque ratione, modo judicis sententia decretum sit, martyrium compleam, et apud te sim. Cum ita Deum oraret, vox e nube demissa est (erat enim aer ipse nubibus contextus): Esto,

[1] Matth. x, 19.

Acaci, robustus et fortis. Vox autem illa fuit ita clara, ut carnifices et alii vincti eam audientes admirarentur, ac dicerent: Numquid et nubes loquuntur? An unquam tale quid auditum est, ut nunc ipsi audivimus? Hæc dicentes, de ea re ambigebant. Multi vero ex iis, qui vincti ducebantur, cum hæc audissent, in Dei Filium crediderunt, et ad martyris pedes se abjicientes, eum rogarunt, ut Christianæ fidei doctrinam ipsis exponeret.

A θῆναι ἐν εἰρήνῃ καὶ εἶναί με παρὰ σοὶ, ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Καὶ εὐξαμένου αὐτοῦ ταῦτα, φωνὴ ἐγένετο ἐκ νεφέλης (ἦν γὰρ ὁ ἀὴρ συγκεχυμένος)· Ἴσχυε καὶ ἀνδρίζου. Ἀκάκιε· ἐγὼ γάρ εἰμι πάντοτε μετὰ σοῦ· ὡς καὶ τοὺς δημίους καὶ τοὺς δεσμώτας ἀκούσαντας τὴν φωνὴν θαυμάζειν καὶ λέγειν· Ἄρα καὶ νεφέλη λαλεῖ; ἢ ἠκούσθη ποτὲ, ὡς νῦν ἠκούσαμεν; Καὶ διηπόρουν περὶ τούτου. Πολλοὶ δὲ τῶν δεσμωτῶν ἀκούσαντες ταῦτα, ἐπίστευσαν τῷ λόγῳ καὶ Θεῷ καὶ προσέπεσαν τῷ μακαρίῳ μάρτυρι Ἀκακίῳ, ἀξιοῦντες, αὐτὸν, ἐκτεθῆναι αὐτοῖς τὸν λόγον τῆς πίστεως.

XIV. Tunc igitur martyr Acacius una cum illis iter faciens: « Ego, inquit, paulum temporis miles fui, sed apud sacerdotes educatus, quin etiam genus e sacerdotibus ducens, memini audire ipsos hæc docentes, quemadmodum Deus ipse, cum homini, qui e paradiso exciderat, salutem dare, et ab inferis cum educere vellet, misit in hunc mundum coæternum Verbum suum. Veniens igitur Filius Dei, carnem suscepit ex sancta Virgine Maria, et figura apparens ut homo, crucem sustinuit, ut Adami, qui Deo non obediverat, peccatum per crucis lignum emendaret, et condemnationis remissionem ei condonaret, ipse pro nobis noster Dominus debitum solvens; nam eo quod in cruce fixus fuit, chirographum, quod contra nos erat, discidit, et peccatum dissolvit, et propria morte delevit mortem, et inferos expoliavit, omnemque diaboli potestatem confudit atque infirmavit. Cumque totum diaboli exercitum profligasset, portasque æreas confregisset, ac vectes ferreos contrivisset, triduo e mortuis resurgens, humano generi resurgendi facultatem præbuit, ut omnes omnibus futuris sæculis viveremus. Hic enim mundus ad breve tempus manet, et nihil est. » Hæc omnia cum illi audivissent, ad Christi fidem conversi sunt. Postridie vero noctis tempore eo in loco, in quo erant, viderunt quosdam splendida veste indutos et militari habitu ornatos cum Acacio ipso loquentes. Quidam autem ex his qui eos viderant, existimabant Acacii commilitones atque amicos esse, qui metuentes imperatorem, noctis tempore Acacium viserent. Alii vero visionem aliquam divinam eam fuisse dicebant. Cum autem postea nocte Byzantium venissent, et simul in unam domum conjecti essent, rursus viderunt eosdem angelos cum Acacio loquentes, et vulnera, quæ erant in illius corpore, aqua ferventi abluentes, eumque curantes, ita ut omnes, qui et tunc, et superiore nocte illos viderant, dicerent, vere sanctorum angelorum visionem martyri oblatam fuisse.

ΙΔ'. Τότε γοῦν ὁ ἅγιος μάρτυς σὺν αὐτοῖς ὁδεύων ἔλεγεν· Ἐγὼ μὲν, ἀδελφοὶ, ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ ἐγενόμην στρατιώτης, αὐξηθεὶς εἰς χεῖρας ἱερέων· ἀλλὰ καὶ γένος ἔχων ἱερατικὸν, μέμνημαι αὐτῶν διδασκόντων, ὅτι ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς θέλων τὸν ἐκπεσόντα ἐκ τοῦ παραδείσου σῶσαι καὶ ἀναγαγεῖν αὐτὸν B ἐκ τοῦ ᾅδου, ἀπέστειλεν τὸν συναΐδιον αὐτοῦ Υἱὸν καὶ Λόγον εἰς τὸν κόσμον, καὶ ἐλθὼν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ σαρκοῦται ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου Μαρίας καὶ σχήματι φανεὶς ὡς ἄνθρωπος, σταυρὸν ὑπέμεινεν ἑκουσίως δι' ἡμᾶς, ἵνα τοῦ Ἀδὰμ τὴν παρακοὴν πάλιν διὰ ξύλου τοῦ σταυροῦ ἰάσηται καὶ δώσει αὐτῷ τὴν ἄφεσιν τῆς καταδίκης. Αὐτὸς οὖν ὑπὲρ ἡμῶν τὸ χρέος ἀποδοὺς ὁ Κύριος ἡμῶν, καὶ διὰ τὸ προσηλωθῆναι τῷ σταυρῷ, σχίσας τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον καὶ λύσας τὴν ἁμαρτίαν, καὶ διὰ τοῦ οἰκείου θανάτου θανατώσας τὸν θάνατον, καὶ νεκρώσας τὸν ᾅδην, καὶ καταισχύνας καὶ ἐξουδενώσας τὴν δύναμιν πᾶσαν τοῦ διαβόλου καὶ πάσης τῆς στρατείας αὐτοῦ, συνθλάσας τε πύλας χαλκας καὶ μοχλοὺς σιδηροὺς συντρίψας διὰ τῆς ἁγίας καὶ τριημέρου αὐτοῦ ἀναστάσεως, χαρίζεται τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων τὴν ἀνάστασιν καὶ τὴν ζωὴν, ἵνα καὶ συνζήσωμεν πάντες αὐτῷ εἰς τοὺς μέλλοντας αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ταῦτα τοίνυν ἀκούσαντες, πάντες ἐπίστευσαν τῷ λόγῳ τοῦ Χριστοῦ, τῶν δὲ πιστευσάντων τινὲς ἰδοὺ ἐν τῇ ἐπιούσῃ ἑσπέρᾳ ἐν τῇ μονῇ ἔνθα ἔμειναν ἐν τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ εἶδον λαμπροφορούντές τινας ἄνδρας, σχήματι στρατιωτικῷ περιβεβλημένους καὶ ὁμιλοῦντας αὐτῷ· καὶ οἱ μὲν τῶν εἰδότων ἐνόμιζον φίλους αὐτοῦ εἶναι συστρατιώτας καὶ ὡς διὰ τὸν βασιλικὸν φόβον ἐληλυθέναι ἐν νυκτὶ πρὸς αὐτὸν τοῦ ἐπισκέψασθαι αὐτον· οἱ δὲ ἕτεροι ὀπτασίαν τινὰ ἀπόρρητον εἶναι ἔλεγον. Πάλιν δὲ τῇ ἐπιούσῃ νυκτὶ ἐλθόντες ἐν τῷ Βυζαντίῳ καὶ βληθέντες ὁμοῦ ἐν οἴκῳ D ἑνὶ ἐν τῇ φυλακῇ, εἶδον πάλιν τοὺς αὐτοὺς ἄνδρας ἤτοι ἁγίους ἀγγέλους ὁμιλοῦντας αὐτῷ καὶ κατακλοῦντας ὕδατι θερμῷ τὰ τραύματα τοῦ σώματος αὐτοῦ καὶ θεραπεύοντας αὐτὸν, ὡς πάντας θεασαμένους τότε τὰ παράδοξα καὶ τῇ προτέρᾳ νυκτὶ εἰπεῖν· Ὀπτασία τις ἁγίων ἀγγέλων τῷ ἁγίῳ μάρτυρι ἐγένετο.

XV. Postridie vero cum martyr in carcerem interiorem conjectus, et judicis jussu ligno ac ferreis vinculis ligatus fuisset, aliique vincti in exteriore carcere servarentur, rursus multa lumina nocte accensa apud martyrem ipsum et viros alios viderunt, e vinculis eum solventes atque curantes, alios

ΙΕ'. Τῇ δὲ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ βληθέντος τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἀκακίου εἰς τὴν ἐνδοτέραν φυλακὴν ἐν τῷ ξύλῳ καὶ τοῖς σιδήροις, κατὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ ἄρχοντος, ἐστιγμένου καὶ τρυχωμένου καὶ τῶν ἄλλων δεσμωτῶν εἰς τὴν ἐξωτέραν φυλακὴν ὄντων, εἶδε πάλιν φῶτα πολλὰ ἐν τῇ νυκτὶ ἁπτόμενα πρὸς τὸ

μάρτυρα, καὶ τοὺς ἄνδρας τοὺς μὲν λύοντας αὐτὸν ἐκ τῶν δεσμῶν καὶ θεραπεύοντας αὐτόν, τοὺς δὲ τροφὴν αὐτῷ προσφέροντας, καὶ ταῦτα τὰ παράδοξα ἐν πλείοσιν ἀγωγαῖς θεασάμενοι, καὶ τῷ δεσμοφύλακι ἀνενέγκαντες, ἐποίησαν καὶ αὐτὸν αὐταῖς ὄψεσι πληροφορηθῆναι, ὅθεν καὶ ὁ καπικλάριος ἐκπλαγεὶς ἐφ' οἷς ἐθεάσατο, πολλοῖς τῶν φίλων αὐτοῦ ἀπελθὼν ἐφανέρωσεν. Ὁ δὲ ἄρχων μετὰ τὸ ἐλθεῖν αὐτὸν ἐν τῷ Βυζαντίῳ, μετὰ ἑπτὰ ἡμέρας καθίσας πρὸ τοῦ βήματος, ἐξήτησεν τὸν μάρτυρα λέγων· Κάλει τὸν Ἀκάκιον τὸν τῆς ἀσεβοῦς θρησκείας τῶν Γαλιλαίων συνήγορον. Ἀντωνῖνος κομενταρήσιος εἶπεν· Ἔστηκεν, κύριε. Σταθέντος δὲ πρὸ τοῦ βήματος τοῦ μάρτυρος, ἰδὼν ὁ δικαστὴς τὸ πρόσωπον τοῦ ἁγίου φαιδρὸν ὡσεὶ πρόσωπον ἀγγέλου, ἐξεπλάγη. Ἤλπιζεν γὰρ αὐτὸν ὁ δικασνὴς ἐκ τῶν τραυμάτων τοῦ σώματος, καὶ ἐκ τῆς θλίψεως τῶν δεσμῶν, καὶ ἐκ τῆς ἐνδείας τῶν σιτίων, καὶ τοῦ κόπου τῆς πολλῆς ὁδοῦ καταπεπονημένον σφόδρα καὶ τεταριχευμένον ἰδεῖν τῷ σώματι, ὡς θαυμάσαντα αὐτὸν καὶ ἐκπλαγέντα ἐπί τε τῇ ὡραιότητι αὐτοῦ καὶ τῇ τοῦ προσώπου φαιδρότητι, εἰπεῖν πρὸς τὴν τάξιν· Ὦ κάκιστοι καὶ πονηροὶ στρατιῶται, οὐχὶ ἐκέλευσα ὑμᾶς εἰς τὴν ἰσωτέραν φυλακὴν ἐν τῷ ξύλῳ εἰς τρία κεντήματα βαλεῖν σιδήροις τε βαρυτάτοις καὶ πολλοῖς κατὰ τοῦ τραχήλου καὶ τῶν ποδῶν, καὶ κατὰ παντὸς τοῦ σώματος αὐτοῦ βληθῆναι, ὡς τῇ τούτων ἀγχόνῃ τὸ ἀκμαῖον καὶ ἀνθοῦν τῆς ἡλικίας αὐτοῦ καταπονηθῆναι καὶ μήτε ἐπισκέπτεσθαί τινας αὐτὸν πλὴν τοῦ τὴν βρῶσιν αὐτοῦ εἰσφέροντος; πῶς οὖν ὁρῶ αὐτὸν οὕτως νῦν τεθραμμένον ὡς ἀθλητὴν, ἀλλὰ καὶ τῷ κάλλει προστεθημένον καὶ πολὺ χαριέστερον αὐτὸν γεγονότα;

ΙϛΊ. Ἀντωνῖνος κομενταρήσιος εἶπεν. Μὰ τὴν σὴν ἀρετὴν καθὼς προσέταξας, εἰς πάσας τὰς τιμωρίας ἐμβέβληται καὶ ἐκ Περίνθου κατὰ τὴν ὁδὸν τὰ σίδηρα φορῶν, ἦλθεν ἕως τῶν ὧδε. Ἐὰν οὖν δοκῇ τῇ ἐξουσίᾳ σου ἐφιδεῖν καὶ τὰ σίδηρα καὶ σταθμίσαι αὐτά, ὧδε εἰσίν· μέχρι γὰρ τοῦ δικαστηρίου τούτου οὐ περιῃρέθησαν ἀπ' αὐτοῦ· ἐπερωτήσαι δὲ ἡ ἐξουσία σου καὶ τὸν δεσμοφύλακα μετὰ ἀπειλῆς, εἰ μὴ οὕτως προστέτακτο αὐτῷ κατὰ τὴν κέλευσίν σου. Ὁ δικαστὴς εἶπεν· Εἰσαχθήτω ὁ δεσμοφύλαξ. Τοῦ δὲ εἰσαχθέντος, ἔφη πρὸς αὐτὸν ὁ δικαστής· Διὰ τί, τρισκατάρατε, κατὰ τὸ προσταχθέν σοι οὐκ ἐποίησας, ἀλλ' οὕτως αὐτὸν τεθραμμένον καὶ ἀνειλημμένον ἤγαγες ἡμῖν, ὡς μέλλοντα πάμμαχον ἡμῖν ποιῆσαι; Ὁ ἅγιος Ἀκάκιος εἶπεν· Τὸ ἐμόν σοι πάμμαχον, ὦ δικαστὰ, τετήρηταί σοι ἐν οὐρανῷ, ἔμπροσθεν τοῦ αἰωνίου καὶ ἀληθινοῦ ἀθλοθέτου Χριστοῦ, τοῦ καὶ τὴν φαιδρότητα καὶ ῥῶσίν μοι παρασχόντος· ὁ Κύριός μου καὶ Θεὸς οὕτως θεραπεύει τοὺς δούλους αὐτοῦ ῥήματι μόνῳ. Ὁ δικαστής· Κλάσατε αὐτοῦ τοὺς ὀδόντας, ἵνα μὴ λαλῇ μὴ ἐπερωτώμενος. Καὶ πρὸς τὸν δεσμοφύλακα λέγει· Τί λέγεις σὺ, τρισκατάρατε;

ΙΖΊ. Κάσσιος δεσμοφύλαξ εἶπεν Μὰ τὴν σὴν ἀρετὴν τὰ μὲν προσταχθέντα πάντα καὶ μετὰ προσθήκης κακῶν γεγόνασιν αὐτῷ· ἄλλοι δὲ ἦσαν οἱ δορυφοροῦντες αὐτὸν ὡς καὶ οἱ δέσμιοι πάντες οἱ σὺν τῷ ἐπίστανται, καὶ εἰ ἄλλως λέγω, κεφαλὴν ἔχω· καί σου, ἐξουσίαν ἔχεις, ποίει ὅ βούλει· ἰδεῖν

A vero cibum ipsi afferentes : idque cum sæpius vidissent, carceris custodem adduxerunt, ut ipse quoque propriis oculis factum videns, de re illa certior fieret. Eam rem cum custos carceris visam obstupuisset, multis amicis narravit. Præses vero, septimo die postquam Byzantium venit, martyrem ad se duci jubens : Vocetur. inquit, Acacius, impiæ Galilæorum religionis patronus. Cui Antoninus scriba : En præsto est ille, quem quæris. Cum igitur ante tribunal martyr constitisset, ejusque vultum hilarem, velut angeli alicujus aspectum, præses vidisset, obstupuit ; sperabat enim futurum, ut tum vulneribus corporis, tum vinculorum ærumnis, ac ciborum penuria corpore consumptum, et de via multa fessum videret. Cum igitur aliter se habentem vidisset, ejus pluchritudinem atque hilaritatem sic admiratus est, ut cohorti diceret : Annon vobis, milites pessimi, præcepi, ut hominem istum in interiorem carcerem conjectum in ligno ligaretis, ferreisque et gravissimis ac multis vinculis ejus collum et totum corpus constringeretis, ita ut ipsius florens ætas iis ligaminibus angeretur ac languesceret, neque sineretis aliquem ipsum visere, nisi qui cibum illi afferret ? Quomodo igitur ipsum, velut athletam quemdam pinguem factum video : quin etiam longe pulchriorem ac venustiorem, quam antea fuerat ?

XVI. Tum Antoninus scriba : Ita quidem factum est, ut jussisti ; in omnes enim ærumnas illas, quas dixisti, conjectus, et ex urbe Perintho hucusque per totam viam ferreis vinculis astrictus fuit. Quod si amplitudini tuæ visum fuerit vincula ipsa ferrea videre, eaque ponderare, en illa hic sunt. Nam usque ad hoc tribunal homo iste his ferreis vinculis exutus non fuit. Quære a carceris custode minas adhibens, et vide, an ita illi jussum sit, quemadmodum tu præcepisti. Tum judex ; Veniat, inquit, huc custos carceris. Cum venisset ille, judex ita eum interrogavit : Quare, scelestissime custos, facere noluisti, quod jussus es, sed ita nutritum atque instauratum istum ad nos duxisti, quasi bellator quidam futurus nobis esset ? Ad hæc Acacius : Mea, inquit, pugnandi virtus e cœlo a vero illo certaminis præfecto Jesu Christo servata est, qui et robur mihi attulit. Dominus enim meus ita curat servos suos solo verbo. Tum judex : Confringite ejus dentes, ut non loquatur, nisi cum interrogatus fuerit. Iterum autem custodem carceris interrogans : Quidnam, inquit, scelestissime, respondes ?

XVII. Tum Cassius custos carceris respondit : Per tuam amplitudinem juro, exsecutum me fuisse quæcunque te jussisti, et insuper alia mala his addidisse ; sed fuere alii, qui hunc hominem curaverunt, ut sciunt omnes qui una cum ipso vincti erant. Quod si rem aliter se habere cognoveris, en caput

meum præsto est : potestatem habes : quæso facias quidquid vis. Videbamus enim sæpius quosdam veste splendida ornatos milites, aliosque urbanis viris, alios Medis quibusdam similes esse censebamus, qui una cum ipso versabantur, quique ejus vulnera curabant, et diligenter abstergebant, multisque cibariis propositis, una cum eo vescebantur. Hæc omnia homines, qui ex urbe Perintho una cum eo vincti ducti sunt, tum in via, tum hic cum sæpius vidissent, mihi retulerunt : ita ut ego, cum ipsis non crederem, et verum scire cuperem, meis oculis videns id cognoverim. At si quando repente, cum hæc spectarem, ingredi ad eum voluissem, et ab illis quærere undenam illuc ingressi essent, aut quinam forent illi, quos una cum ipso vidissem, sæpius ad eum ingressus, neque quemquam illorum, neque quidquam e cibariis illis videbam, sed hunc solum ligno alligatum, preces ad Deum fundentem, et divinam gloriam laudantem, interdum vero dormientem.

A ροῦμεν γὰρ πλειστάκις λαμπροφοροῦντάς τινας, ὥσπερ στρατιώτας, καὶ ἄλλους ὡς σχολαστικοὺς, καὶ ἑτέρους ὡς ἰατροὺς εἶναι ἐνομίζομεν, συνόντας αὐτῷ, καὶ ἐπιμελουμένους, καὶ τῷ ὕδατι καταντλοῦντας τὰ τραύματα αὐτοῦ, ἅμα δὲ καὶ συνεσθίοντας αὐτῷ, πολλῶν ἀγαθῶν προκειμένων αὐτοῖς. Ταῦτα δὲ πάντα ταὶ οἱ δέσμιοι ἀπὸ τῆς Περίνθου ἐρχομενοι μετ' αὐτοῦ ἰδόντες καὶ ὧδε πλειστάκις ἀνήνεγκάν μοι, ὥστε καὶ ἐμὲ αὐτοψὶ πεισθῆναι μὴ πιστεύοντα αὐτοῖς. Εἴ ποτε δὲ ἀνοίξας τὴν κατῆναν εἰσελθεῖν ἠβουλήθην, αἰφνιδίως θεωρῶν ταῦτα, ἐπερωτῆσαι αὐτοὺς βουληθεὶς, πόθεν ἄρα εἰσῆλθον ἢ τίνες εἰσὶν ἐκεῖνοι οὓς ἔβλεπον μετ' αὐτοῦ, εἰσελθὼν δὲ πολλάκις πρὸς αὐτὸν, οὐδένα ἐξ αὐτῶν εὕρισκον οὐδὲ τῶν προκειμένων αὐτοῖς ἀγαθῶν, ἀλλὰ τοῦτον μόνον ἐν τῷ ξύλῳ τεταμένον εὐχόμενόν τε καὶ δοξάζοντα τὸν Θεὸν αὐτοῦ, ὅτε δὲ καὶ ὕπνῳ κατακείμενον.

XVIII. Tum judex : Pecunias, inquit, ab Acacii contribulibus accepisti, ob idque judicium vis eludere. Ac statim furore percitus, plumbeis virgis ejus terga pulsari jussit. Quin cum cruciaretur, vociferans dicebat : Quæso, judex, ut si res aliter se habet, quam dixi, me interficias. Tum ille : Veneficum igitur hominem hunc esse affirmes opus est. Cui carceris custos : Ego, inquit, quod vidi, dico, neque scio, veneficusne sit, an non. Hæc cum beatus Acacius audiret, illorum stultitiam irridebat, quamvis fractis esset maxillis. Itaque judex ipse rursus furore accensus, Acacio dixit : Tune venisti ut nos derideres, præstigiis ac veneficiis tuis confisus ? Ego, inquit Acacius, non rideo, quod vestra pernicie gaudeam : imo sempiternam vestram condemnationem multum doleo. Vos autem ipsi vestram vitam irridetis, qui verum illum Deum cœli et terræ, maris et omnium quæ in eis sunt, effectorem dereliquistis, et lapides ipsos adoratis. Tum Judex ei dixit : Ne putes ista tua constantia me victum iri ; non sinam te vivere, nisi diis sacrifices, et invictorum imperatorum edictis obedias. Cui Acacius : Si timerem minas tuas, statim tibi obtemperans, fecissem quod jubes ; quoniam vero sententia mea melior est, quam tua, minas istas nihil timeo : fac, quod libet.

ΙΗ'. Ὁ δικαστὴς εἶπεν· Σὺ χρήματα παρὰ τῶν συνέθνων αὐτοῦ λαβὼν, παίζειν θέλεις τὸ δικαστήριον. Καὶ θυμωθεὶς ἐκέλευσεν, καταυχενίοις αὐτῷ μολίβδεσι χρήσασθαι. Ὡς δὲ ἐβασανίζετο ὁ δεσμοφύλαξ, ἐβόα καὶ ἔλεγεν· Δέομαί σου, εἰ ἄλλως εἶπον, ἀπόκτεινόν με. Ὁ δικαστὴς εἶπεν· Οὐκ οὖν γόητα αὐτὸν ἀποφέρεις ; Ὁ δεσμοφύλαξ εἶπεν· Ἐγὼ ὃ εἶδον, εἶπον· εἰ δὲ ἔστιν γόης, οὐκ οἶδα. Ὁ δὲ μακάριος Ἀκάκιος ἐστὼς καὶ ἀκούων ταῦτα ἐγέλασε ἐπὶ τῇ ἀφροσύνῃ αὐτῶν, καὶ τοῦτο κλασθεὶς τοὺς σιαγόνας, ὡς τὸν δικαστὴν πάλιν ὀργισθέντα· Κατεκαίξαι ἡμῶν ἦλθες, λέγων, θαῤῥῶν ταῖς γοητείαις σου ;

C Ἀπεκρίθη Ἀκάκιος· Ἐγὼ μὲν οὐ καταπαίζω ὡς ἐπιχαίρων τῇ ἀπωλείᾳ ὑμῶν· ἀλλὰ καὶ σφόδρα λυποῦμαι περὶ τῆς ἀϊδίου ὑμῶν κρίσεως. Παίζετε δὲ ὑμεῖς τὴν ἑαυτῶν ζωὴν, καταλιπόντες τὸν ἀληθινὸν Θεὸν, τὸν ποιήσαντα τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, καὶ λίθοις προσκυνοῦντες. Ὁ δικαστὴς εἶπεν· Μὴ νομίσῃς με νικῆσαι τῇ εὐτονίᾳ σόυ· οὐκ ἐῶ σε ζῆσαι, ἐὰν μὴ θύσῃς καὶ πληρώσῃς τὸ προσταχθέν σοι ὑπὸ τῶν ἀηττήτων αὐτοκρατόρων βασιλέων. Ἀκάκιος λέγει· Εἰ ἐφοβούμην σου τὰς ἀπειλὰς, ἀπὸ πρώτης ἂν κυσθεὶς σοι ἐποίουν ὅ λέγεις· ἐπειδὴ δὲ ὁ λογισμός μου καλλίων σου ἐστι καὶ οὐ φοβοῦμαί σου τὰς ἀπειλὰς, ποίει ὅ θέλεις.

XIX. Tunc Judex furore percitus : Sacrificasne, inquit, an adhuc pergis insanire ? Respondit Acacius : Tu pergis id facere, qui homines, a quibus nihil mali commissum est neque aliquid in te peccatum fuit, sic injuste consumis ? Hæc cum audisset judex, jussit virgas quernas afferri, et ejus terga ac ventrem verberari. Cumque decem homines vicissim Acacii corpus verberarent, martyr ipse tormentis afflictus, sic clamabat : Christe, adjuva humilem servum tuum. Iratus autem judex, jussit ventrem amplius verberari. Cumque decem ill homines hoc fecissent, et beatus martyr doleret, voce magna dixit : Domine Jesu Christe, adjuva servum tuum Acacium. Iloc cum ab eo dictum fuis-

ΙΘ'. Τότε θυμωθεὶς ὁ δικαστὴς λέγει· Θύεις λοιπὸν ἢ ἔτι ἐπιμένεις τῇ μωρίᾳ σου ; Ἀκάκιος εἶπεν· D Ἐπιμένεις σὺ ἀνθρώπους μηδὲν πράξαντας κακὸν ἢ ἀδικήσαντας, ἀδίκως οὕτως ἀναλίσκων ; Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ δικαστὴς, κελεύει μηλείνας ῥάβδους ἐνεχθῆναι καὶ κατὰ τοῦ νώτου καὶ τῆς κοιλίας τύπτεσθαι αὐτόν. Ἀλλαγέντων δὲ δέκα ἀνθρώπων τυπτόντων αὐτὸν, ὁ μάρτυς ἐν ταῖς βασάνοις ἐβόα λέγων· Χριστὲ, βοήθει μοι τῷ ταπεινῷ δούλῳ σου. Καὶ θυμωθεὶς ὁ δικαστὴς κελεύει κατὰ τῆς κοιλίας τύπτεσθαι αὐτόν. Ἀλγήσας δὲ ὁ μακάριος ἀνεβόησε φωνῇ μεγάλῃ, καὶ εἶπεν· Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, βοήθει τῷ δούλῳ σου Ἀκακίῳ. Τούτου ῥηθέντος ὑπ' αὐτοῦ εὐθέως φωνὴ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐγένετο λέγουσα αὐτῷ·

Μὴ φοβοῦ, Ἀκάκιε, ἀλλὰ θάρσει· σὲ γὰρ δεῖ μετὰ τῶν πατέρων σου ἀπιέναι καὶ εὐφραν θῆναι ὧδε, ὅπου νῦν ὁμολογεῖς τὸ ὄνομά μου. Καὶ γενομένης τῆς φωνῆς ταύτης, οἱ τύπτοντες αὐτὸν ναρκήσαντες ἔστησαν ἐνεοί, μὴ δυνάμενοι τὰς χεῖρας κινῆσαι, ὥστε ἐπὶ τοῦτο ἀπορρηθῆναι τὸν ἄρχοντα, καὶ θυμωθῆναι σφόδρα, καὶ πέμψαι τὸν ἅγιον Ἀκάκιον Φλακκίνῳ τῷ ἀνθυπάτῳ τῆς Εὐρώπης μετὰ καὶ ἀναφορᾶς γράψαντα οὕτως·

set, statim vox de cœlo venit, ac dixit: Ne timeas, Acaci, sed esto bono animo; decet enim te cum patribus tuis esse, et cœlo versantem oblectari, eo quod nunc nominis mei confessionem profitearis. Cum hæc vox audita esset, homines illi qui martyrem verberabant, torpescentes tanquam muti effecti sunt, neque manus ipsas amplius movere poterant, ita ut judex ipse ambigeret, et furore accensus, sanctum illum martyrem Acacium ad majora judicia, hoc est, ad Flaccinum proconsulem Thraciæ mitteret, qui et relationem talem ad eum scripsit:

Κ'. Τῷ κατὰ πάντα θαυμασιωτάτῳ καὶ μεγίστῳ δικαστῇ Φλακκίνῳ ἀνθυπάτῳ Βιβιανὸς ὁ αἰδεσιμώτατος καθολικός· Ἀκάκιον τὸν τῆς ἀσεβοῦς θρησκείας τῶν Χριστιανῶν συνήγορον πεμθφέντα μοι παρὰ Φίρμου τοῦ ταξιάρχου τῶν ἀριθμοῦ Μαρτησίων καὶ μὴ βουλόμενον εἴκειν τοῖς προσταχθεῖσίν τὰ παρὰ τῶν ἀηττήτων βασιλέων ἡμῶν· πρὸ γὰρ τούτων τῶν εἴκοσι ἡμερῶν ἀποσταλέντα δεξάμενος αὐτὸν καὶ στιβαρῶς τὴν κατ' αὐτοῦ ἀνάκρισιν ποιησάμενος, οὐδὲν πλέον ἴσχυσα ἐνεργῆσαι εἰς αὐτὸν πλὴν κόπους καὶ θυμόν· τοῦ προκειμένου γὰρ αὐτοῦ σκοποῦ ἔχεται ἐπιμελῶς. Ἐπεὶ οὖν πλέον ὁ φόβος πρόσεστιν τῇ μεγίστῃ σου ἐξουσίᾳ, τοῦτον μετὰ τῶν πραχθέντων εἰς αὐτὸν παρὰ τῇ ἐμῇ βραχύτητι ἀπέστειλα ἐπὶ τὴν μεγίστην σου ἐξουσίαν, αἰκίσας αὐτὸν πλεῖστα ἐκ τοῦ δικαστηρίου καὶ οὕτως παραπέμψας τὴν λαμπρότητά σου· οὕτως κατὰ τὴν τῶν βασιλικῶν προσταγμάτων διάταξιν πράξεις εἰς αὐτόν. Ἔρρωσο. Δεξάμενος δὲ ὁ Φλακκῖνος τὰ γράμματα τοῦ Βιβιανοῦ, ἐκέλευσεν ἐγκλεισθῆναι τὸν ἅγιον μάρτυρα Ἀκάκιον ἄνευ δεσμῶν ἐν τῇ φυλακῇ. Γυναῖκα γὰρ εἶχεν ὁ Φλακκῖνος Χριστιανήν, καὶ ἣν ἀξιωθεὶς καὶ ὁρκισθεὶς λάθρα παρ' αὐτῆς, ὥστε διὰ τὸν λόγον τοῦ Χριστοῦ παρ' αὐτοῦ ἐξεταζομένους μὴ ἐπὶ πολὺ τιμωρεῖσθαι παρ' αὐτοῦ.

XX. Admirabili et maximo judici Flaccino proconsuli, Bibianus imperatorum devotissimus salutem: Acacium, impiæ Christianorum religionis patronum, a Firmo Martiæ legionis tribuno ad me missum, neque volentem iis parere, quæ ab invictis imperatoribus nostris præcepta sunt, cum viginti diebus ante ad me missum acceperim, et vehementer de ipso inquisiverim, nihil amplius profeci: propositi enim sui tenax est. Quoniam vero potestas tua plus timoris afferre potest, propterea hominem hunc cum actis, quæ de illo a me composita sunt, cum te præstantissimum virum esse sciam, ad te misi. Cum igitur Flaccinus has litteras accepisset, jussit martyrem in carcere quidem concludi, sed servari tamen sine vinculis, et remota custodia illa tam atroci. Uxorem enim Christianam Flaccinus habebat, a qua rogatus, et jurejurando clam astrictus fuerat, ut qui propter Chrsti fidem ab ipso inquirebantur, non diu, neque multum ab eo cruciarentur.

ΚΑ'. Μετὰ οὖν ἄλλας πέντε ἡμέρας προκαθίσας ὁ ἀνθύπατος Φλακκῖνος ἐπὶ τοῦ βήματος, ἐκέλευσεν ἐνεχθῆναι τὸν μάρτυρα. Τοῦ δὲ ἐλθόντος, προσέταξεν ἀναγνωσθῆναι τὰ ἐπ' αὐτῷ πεπραγμένα παρὰ Βιβιανοῦ, καὶ ἀναγνωσθέντων αὐτῶν, ὡς κατέμαθεν ὁ δικαστὴς τὴν αὐστηρίαν τῆς ἐπ' αὐτῷ ἐξετάσεως, τήν τε ἔνστασιν καὶ ἀκλινῆ ὁμολογίαν τοῦ μάρτυρος καὶ τῶν ἐπ' αὐτῷ γεγονότων παραδόξων θαυμάτων, αἰτιασάμενος τὸν Βιβιανὸν ὡς μὴ τάχειον αὐτὸν ἀνελόντα, ἀλλ' εἰς τοσαύτην ἀκρίβειαν καὶ ἐπερώτησιν πρὸς ἄνθρωπον στρατιώτην πεποιηκότα, προσέταξε ξίφει ἀποτμηθῆναι τὴν κεφαλὴν τοῦ μάρτυρος πρὸ τῆς πόλεως Βυζαντίου, εἰπών· Ἀκάκιον, τὸν τῶν Γαλιλαίων σύμμαχον καὶ λιποτακτήσαντα τῇ συμμαχίᾳ τῶν τροπαιούχων αὐτοκρατόρων ἡμῶν, βίᾳ ταύτῃ μᾶλλον αἱρησάμενον τὸ τέλος αὐτοῦ θάττον ἰδεῖν, ὡς ἡ κατ' αὐτὸν ἐξέτασις τῶν στρέβλων ἐδίδαξεν, τοῦτον κελεύει τὸ δικαστήριον τοῖς νόμοις μὴ πειθόμενον ξίφει τὴν κεφαλὴν ἀποκοπῆναι.

XXI. Jussit igitur Flaccinus post quinque dies Acacium martyrem ad se duci, et ejus acta recitari, quæ Bibianus confecerat. Quibus recitatis, inquisitionis, quæ a Bibiano facta fuerat, austeritatem et martyris constantiam, stabilemque confessionem, et miracula per ipsum facta cognovit, Bibianumque accusavit, quod non celeriter eum interfecerat, sed tam exquisite adversus militarem hominem se gesserat; jussitque martyris caput abscindi ante urbem Byzantium, ita pronuntians: Acacium Galilæorum adjutorem, et nostrorum imperatorum tropæis insignium desertorem, qui operam dedit, ut quamprimum vitæ suæ finem talem videret, sicut quæstiones de eo factæ docuerunt: hunc, inquam, hominem legibus non obedientem, tribunal nostrum jubet gladio percuti, et capite privari.

ΚΒ'. Ὡς δὲ ἔγνω ὁ μακάριος τῆς κλήσεως αὐτοῦ τελειούμενον τὸ ἔργον, βραβεύσαντος αὐτῷ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, ἀνεβόησεν καὶ εἶπεν· Ὦ πόσοις στόμασι, Χριστέ, εὐλογήσω σε, ζωῆς ἀρχηγέ, ὦ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, ὅτι οὕτως ἐλεήμων καὶ πρόθυμος εἶ ἐπ' ἐμέ, τὸν ἁμαρτωλόν, εἰς τοιοῦτον ἔργον καταξιώσας με. Καὶ ἀπαχθεὶς ἔξω τῆς πό-

XXII. Postea vero, quam beatus Acacius vocationis suæ opus jamjam perficiendum cognovit, Spiritu sancto ita decernente, clamans sic ait: Quam multis linguis te laudare vellem, Christe, Dux vitæ, et Fili Dei, quoniam ita misericors et benignus es in me peccatis obnoxium, qui et tali sorte me dignatus fuisti. Cumque ductus fuisset

extra urbem Byzantium in locum ubi martyrium obeundum illi erat, rogavit carnifices, ut paulisper Dei orandi facultatem ei concederent. Itaque positis in terra genibus, has preces ad Deum misit : Gloria tibi Deus, et immensæ tuæ magnificentiæ convenit laudatio, qui sic gloriosum in nobis peccatorum onere gravatis te ostendis. Quo enim majora beneficia nobis largiris, et quo magis iniquitates nostras remittis, eo abundantius benignitatis tuæ gloria relucet. Benedictum sit nomen gloriæ tuæ, quod ita faciendum probasti, ut in Filio tuo unigenito et Spiritu sancto hominem ipsum honorares, et nunc me tantis beneficiis indignum propter bonitatem tuam ad talem gloriam invitasti, non propter mea opera. Benedico igitur tibi, Domine Deus sanctus Israel, cum unigenito Filio tuo, et sancto Spiritu, quoniam tua est gloria, tuus honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen. Hæc cum dixisset, gladio percussus fuit, et capite truncatus. Itaque martyrium perfecit sanctus Acacius octavo die mensis Maii, imperatore Maximiano. Ejus autem corpus viri pii ac religiosi collegerunt, et omni studio ac diligentia funus ipsius curaverunt eo in loco, qui Staurius appellatur, imperante Maximiano tyranno, regnante autem super nos Domino nostro Jesu Christo : cui gloria sit et imperium in sæcula sæculorum. Amen

A λεως, εἰς τὸν τόπον οὗ ἤμελλε τελειοῦσθαι, ἀξιώσας τοὺς δημίους, ὥστε ἐπιτραπῆναι αὐτῷ ῥοπὴν ὥρας εὔξασθαι, θεὶς τὰ γόνατα αὐτοῦ ηὔξατο λέγων· Δόξα σοι, ὁ Θεός, καὶ τῇ μεγαλοπρεπείᾳ σου τῇ ἀνυπερβλήτῳ πρέπει αἴνεσις τῷ οὕτω ἐνδοξαζομένῳ ἐν τοῖς ἁμαρτωλοῖς ἡμῖν· ὅσῳ γὰρ ἡμῖν χαρίζῃ καὶ παρορᾷς τὰς ἀνομίας ἡμῶν, τοσοῦτον μᾶλλον πλεονάζει ἡ δόξα τῆς ἀγαθότητός σου. Εὐλογητὸν τὸ ὄνομα τῆς δόξης σου Κύριε, ὅτι οὕτως εὐδόκησας ἐν τῷ μονογενεῖ σου Υἱῷ, καὶ τῷ Πατρί σου τῷ ἁγίῳ, καὶ τῷ ζωοποιῷ Πνεύματι τιμῆσαι τὸν ἄνθρωπον, ὃν κατ' εἰκόνα σὴν καὶ ὁμοίωσιν ἔπλασας, καὶ νῦν με, Δέσποτα ἀγαθέ, ἀνάξιον ὄντα καὶ ταπεινόν, εἰς τοιαύτην δόξαν καὶ χαρὰν ἤγαγες διὰ τὴν σὴν ἀγαθότητα καὶ συμπάθειαν, οὐ διὰ τὰ ἐμὰ ἔργα καὶ τοὺς ἀγῶ-
B νας. Δός οὖν ἔλεος καὶ μισθὸν τοῖς ἐπικαλουμένοις τὸ ὄνομά σου, Κύριε, καὶ τοῖς τιμῶσι καὶ μεμνημένοις τῆς μαρτυρίας ἡμῶν μισθὸν οὐράνιον δωρῆσαι καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, νῦν τε καὶ ἐν τῷ μέλλοντι, καὶ τὰ ταμιεῖα αὐτῶν ἔμπλησον παντὸς ἀγαθοῦ· πρόσδεξαι δὲ, Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, καὶ τὴν ἐμὴν ψυχὴν καὶ συγκαταρίθμησόν με μετὰ τῶν ἐκλεκτῶν σου ἐν τῇ ἀναστάσει τῆς ἀτελευτήτου σου βασιλείας εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Καὶ ταῦτα εἰπὼν ὁ ἅγιος μάρτυς, ἀπετμήθη τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ τῷ ξίφει· καὶ συνέστειλαν ἄνδρες εὐλαβεῖς τὸ τιμιον αὐτοῦ σῶμα καὶ ἐκήδευσαν μετὰ πάσης ἐπιμελείας ἐν τόπῳ ἐπικαλουμένῳ Σταυρίῳ. Ἐτελειώθη δὲ ὁ ἅγιος μάρτυς τοῦ Χριστοῦ Ἀκάκιος μηνὶ Μαΐῳ, ὀγδόῃ, βασιλεύοντος Μαξιμιανοῦ τοῦ τυράννου, καθ' ἡμᾶς δὲ βασιλεύοντος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Acta sanctæ Glyceriæ virginis, martyris Heracleæ in Thracia, et B. Alexandri Romani, martyris Driziparæ in Thracia, quæ apud Lipomanum et Surium extant ; Metaphrastæ abjudicant socii Bollandiani ad Maii diem 13 et 14, « cum stylus concisus sit et ab ejus periodico scribendi genere alienissimum ; » quod agnoscens Leo Allatius, in genuinis Metaphrastæ scriptis dignoscendis versatissimus, acta hæc inter illa enumerat quæ sub nomine Metaphrastæ, sed errore communi, referuntur a Lipomano et Surio.

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΒΟΝΙΦΑΤΙΟΥ.

—

MARTYRIUM SANCTI MARTYRIS BONIFACII

APUD TARSUM METROPOLIM CILICIÆ.

) 290. Latine apud Surium ad diem 5 Junii, Græce in Actis Sanctorum Bolland, ad diem 14 Maii.)

—

καὶ τὰ τῶν ἄλλων τοῦ Χριστοῦ μαρτύρων
ύ τε καὶ μέγα τοῖς σπουδαίοις τὸ κέρδος
τῆς τε γὰρ κοινῆς φύσεως ὑπερφυῆ καὶ
κατορθώματα παριστᾷ, καὶ τὸν μὲν Χριστὸν
τὸν ἐχθρὸν δὲ νικώμενόν τε καὶ προφανῶς
ινον· πρὸς τούτοις, τοὺς μὲν ἀσεβεῖς περι-
ι διελέγχει, τοὺς εὐσεβεῖς δὲ μᾶλλον ἐπι-
καὶ πρὸς τὴν πνευματικὴν ἅμιλλαν τοὺς
υς διερεθίζει. Καὶ ταῦτα μὲν ἐπ' ἐκείνων,
κὶ ὁ λοιπὸς βίος τῷ μάρτυρι σύμφωνος, καὶ
ν ἡ τῆς ἀρετῆς ἄσκησις σύντροφος. Εἰ δὲ
ν βίον τὴν μὲν ἀρχὴν ἐῤῥαθυμηκώς, μετὰ
τοσοῦτον ἐκλάμψας τοῖς ἀγαθοῖς, ὡς ἀθρόον
υρίου στέφανον ὑφαρπάσαι, ποίαν ἀπολείπει
ρίτος τοῖς εὐσεβέσιν ὑπερβολὴν ; ἐπεὶ καὶ
παρελπίδα Χριστὸν, πολὺ τοῦ συνήθους
τερον. Εἰς τοῦτο δὲ καὶ ἡ τοῦ ἀπολωλότος
δηλαδὴ εὕρεσις τῷ Δεσπότῃ φέρει. Τοιοῦ-
καὶ Βονιφάτιον ἔγνωμεν, τὸν περιώνυμον τοῦ
θλητὴν· οὗπερ ἄρα καὶ ἄξιον μὴ τὴν ἄθλη-
εῖν, ἀλλὰ μνήμῃ ὡς οἷόν τε καὶ γραφῇ παρα-
χει δὲ οὕτως.

τις ἐν Ῥώμῃ γυνὴ, Ἀγλαΐς τοὔνομα,
τούτῳ καὶ τἆλλα συνῳδὰ ἠκολούθει, γένος
ρα, καὶ πλοῦτός, ἐφ' οἷς ἀγλαΐζεσθαι ταύ-
κῶς ἦν. Γένος μὲν γὰρ τῶν εὐπατριδῶν,
ἀνθυπάτου λαχόντων τιμῆς· ὥρα δὲ σὺν
ιαθ' ἣν ἂν πρὸς ἔρωτας θερμωτέρως σχοίη
οὗτος δὲ βαθὺς καὶ καταχρήσασθαι ἱκανὸς
τοις ἐπιγενόμενον· καὶ τὸ αὐτεξούσιον τὸ
μίας πῦρ ἰσχυρῶς ἐφῆπτε, καὶ πρὸς ἀτό-
ὸν ἔρωτας παρεκάλει. Οὕτω τοιγαροῦν
λουτοῦσα, καὶ ἀγαθοῖς τῆς γῆς θάλλουσα,
τε καὶ ἐρώτων ἀκρατῶς ἔχουσα, τινὶ τῶν
αὐτῆς εἴτουν φροντιστῇ τῶν κτημάτων
ὗτος ἦν Βονιφάτιος, οὐκ (α) ἀγχινοίᾳ μονῃ

A I. Aliorum quidem Christi martyrum certamina magnum lucrum viris bonis afferunt: nam et communis naturæ maxima est quæ naturam superant, facta ostendunt: et vincentem quidem Christum, aperte autem victum et probro ac dedecore affectum inimicum. Præterea impios quidem manifestissime arguunt: pios vero magis confirmant et corroborant, et ad spiritalem decertationem acriores reddunt et vehementiores. Et hæc quidem in illis, in quibus reliqua quoque vita congruit cum martyrio, et a pueris eis coaluit virtutis exercitatio. Si quis autem ab initio quidem ignavam et dissolutam vitam egerit, postea vero bonis adeo splenduerit, ut repente martyrii coronam arripuerit, quidnam potest esse hac gratia præstantius apud
B pios? Nam natura quoque id, quod præter spem, boni evenit, est delectabilius eo quod est consuetum. Eo tendit ovis quoque perditæ a Domino inventio [1]. Talem ergo novimus quoque fuisse hunc inclytum Christi martyrem Bonifacium. Cujus non æquum est despicere certationem: sed eam litterarum mandare monimentis. Sic autem habet:

II. Erat Romæ mulier quædam nomine Aglais. Hoc autem nomen consequebantur etiam alia congruentia, genus et species et divitiæ, quæ ei magnum splendorem et decus afferebant. Nam genus quidem erat patritiorum, et eorum, qui proconsularem honorem sunt assecuti: species vero cum juventute, quæ efficere possint, ut mulier sit amori vehementius dedita: luculentæ autem divitiæ, et
C quæ vel ad eis abutendum satis essent. His omnibus accedens libera vivendi potestas, ignem valide accendebat, et ad turpes amores incitabat. Cum esset ergo adeo dives Aglais, et terræ bonis floreret, et propterea incontinenter uteretur amoribus, ea cum quodam ex suorum bonorum procuratori-

v, 4 seqq.

ια *ingenii solertia* Herveto vertitur, nobis alibi necdum lecta vox et barbariem prima spirans.

bus (is erat pulcher Bonifacius, non ingenii solum solertia et in eam benevolentia, sed etiam alia specie longe superans) non honestis utebatur congressionibus; non erubesco enim hæc dicere, cum paulo post possim ostendere vere divinam et admirabilem mutationem. Alioqui autem a vino quidem et amoribus vincebatur ab initio : sed et pecuniæ erat contemptor magnificentissimus, et ad eas egentibus distribuendas longe liberalissimus, et hospitalitati deditus, si ullus alius. Si quando ergo vidisset aliquos ex viatoribus, aut æstu et siti eliquatos, aut nive et frigore concretos, aut alia ratione itinere gravatos, ipse festinans hilariter eis ibat obviam, et rogabat ut a labore requiescerent : et cum cessissent, in domum suam introductos hospitio benigne accipiebat, et verbis et factis eorum omnem propulsabat molestiam. Hæc etiam ante martyrium ornabant Bonifacium. Neque est ille solummodo examinandus et spectandus ex aliis : sed sunt etiam conjungenda ea, quæ sunt meliora. Bonifacius enim aliquid quidem voluptati, plurimam vero partem tribuens virtuti, et pulcherrima genera virtutis accurate exercens, ne esset perfectus ex hoc solo prohibebatur, quod non esset temperans.

A καὶ τῇ πρὸς αὐτὴν εὐνοίᾳ, πολλῷ δὲ καὶ ὡραιότητι τῶν ἄλλων κρατῶν) μίξεσιν οὐ καλαῖς ἐχρῆτο· οὐ γὰρ αἰσχύνομαι ταῦτα λέγων, ἔχων καὶ μετ' ὀλίγον δείξαι θείαν ὄντως καὶ θαυμασίαν μεταβολήν. Ἄλλως τε δὲ καὶ οἴνου μὲν ἐρώτων τὸ καταρχὰς ἥττων ἦν· οὐ μὴν τἄλλα τοιοῦτος· ἀλλὰ καὶ χρημάτων ὑπεροπτης κομιδῇ μεγαλοψυχώτατος, καὶ δεομένοις ταῦτα διανεῖμαι φιλοτιμώτατος, καὶ φιλοξενίαν εἴπερ τις ἄλλος φιλοφρονέστατος. Ὁπότε γοῦν ἴδοι τινὰς τῶν ὁδοιπορούντων, ἢ καύσωνι καὶ δίψει τηκομένους, ἢ χιόνι καὶ ψύχει προσπηγνυομένους, ἢ ἄλλως ἐκ τῆς ὁδοιπορίας βαρυνομένους, αὐτὸς ἐπισπεύδων ἱλαρῶς ὑπήντα, καὶ τοῦ μόχθου διαναπαύσασθαι παρεκάλει, καὶ εἴξαντας εἰς τὴν οἰκίαν εἰσαγαγὼν ἐξένιζε φιλοφρόνως, καὶ λόγοις ἅμα καὶ ἔργοις πᾶν ὅπερ εἶχον
B ἀηδὲς διέλυε. Ταῦτα καὶ πρὸ τοῦ μαρτυρίου ἐκόσμει τὸν Βονιφάτιον· καὶ οὐχ ἁπλῶς ἐκεῖνον ἀπὸ τῶν ἄλλων δοκιμαστέον, ἀλλὰ συναπτέον πάντως καὶ τὰ βελτίονα· Βονιφάτιος γὰρ τὸ μὲν ἡδονῇ, τὸ πλεῖον δὲ καὶ τῇ ἀρετῇ νέμων, καὶ τὰ κάλλιστα τῆς ἀρετῆς εἴδη πρὸς ἀκρίβειαν ἠσκηκώς, τὸ μὴ τέλειος εἶναι παρὰ μόνον τοῦ μὴ σωφρονεῖν ἐκωλύετο.

IV. Cum hæc ita se haberent, dux ad beatum Victorem conversus : Sacrifica, inquit, diis maximis, et esto prudens. Victor respondit : Ego prudens semper sum, cum Deum cognoscam. Non est, inquit dux, prudentiæ, sed stultitiæ signum, nolle diis ipsis sacrificare. Ad hæc sanctus Victor : Stulta mundi elegit Deus, ut sapientes confundat [1]. Tunc ait dux : Et ubinam hoc scriptum legitur ? Cui respondit Victor : Paulus apostolus nos hæc docuit. Num, inquit ille, Deus erat Paulus ? Cui Victor : Minime Paulus Deus est, sed Dei apostolus, et sapiens architectus : ædificavit enim super fundamentum quod positum fuerat [2], et doctrina sua C orbem terrarum replevit : qui cum sapientiam sibi a Deo traditam accepisset, divinarum Litterarum plenam perfectamque notitiam in se habuit, et his, qui salvi esse cupiunt, viam ostendit. Tunc ait dux : Desine in posterum ab ista insania et diis sacrifica ; non enim tibi proderunt verba ista tua. Manime, inquit Victor, insanus ego sum, sed valde prudens, cum Deum meum non negem. Insani et dementes sunt, qui te audiunt, et dæmonibus victimas offerunt : Etenim pater vester diabolus mendax est, et in veritate non stetit : sicut et vos, qui estis illius ministri [3]. Quin etiam corda vestra excæcata sunt, veritatis notitiam non habentia.

V. Tunc furore accensus dux ille, jussit totius D corporis martyris nervos divelli. Quo facto, dixit sanctus Victor : Cum omnia hæc a te patior, nullum omnino sensus dolorem percipio propter Dei gratiam, quæ me corroborat. Quemadmodum enim aculeus a pede alicujus evulsus, secum una dolorem omnem aufert, et corpori deinde requiem præbet : ita et ego, nervis meis divulsis, maxime recreatus sum, divina gratia me corroborante. Tunc dux magis magisque iratus jussit oleum vehementer calefieri, et in occultas partes corporis infundi. Quo facto, beatus martyr ait : Tam

[1] I Cor. I, 27. [2] I Cor. III, 11, 12. [3] Joan. VIII, 44.

suave mihi fervens hoc oleum visum est, quam gelida aqua, cum ei datur, qui propter nimium æstum siti laborat: cum eam enim biberit, valde recreatur. Tunc dux furore intolerabili correptus, jussit, in ligno martyrem suspendi, et igneas ejus corpori faces admoveri. Ille vero divina gratia magis corroboratus, earum lampadum faces non sentiebat. Mox ad illum dux : Sacrifica, inquit, diis,diu enim te pertuli. Respondit Victor : Minime faciam quod tu vis, sed quod vult Deus meus: quem precor, ut sacrificium purum atque castum meipsum illi offerre possim, in cujus potestate anima et corpus meum est.

A κρυπτῶν μελῶν. Καὶ τούτου γενομένου εἶπεν ὁ μακάριος Βίκτωρ · Οὕτως μοι τὸ ἐκπυρωθὲν τοῦτο ἔλαιόν ἐστιν, ὥσπερ ὕδωρ δοθὲν ἐλθόντι ἀπὸ καύσωνός τινι διψῶντι καὶ πιόντι, καὶ ἀναψύξαντι. Ὁ δὲ δοὺξ θυμῷ ἀκατασχέτῳ συσχεθεὶς, ἐκέλευσεν πάλιν κρεμασθῆναι αὐτὸν ἐν τῷ ξύλῳ καὶ λαμπάδας πυρὸς προσενεχθῆναι τῷ σώματι αὐτοῦ. Ὁ δὲ μακάριος Βίκτωρ ταῦτα πάσχων οὐδ' ὅλως ᾐσθάνετο τῶν λαμπάδων, ἀλλ' ἐνεδυναμοῦτο πλέον ὑπὸ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ. Μετὰ δὲ ταῦτα εἶπεν αὐτῷ ὁ δοὺξ · Ἐπίθυσον λοιπόν · πολλὰ γάρ σου ἠνεσχόμην. Ὁ ἅγιος Βίκτωρ εἶπεν · Οὐ τὸ σὸν θέλημα ποιῶ, ἀλλὰ τὸ τοῦ Θεοῦ μου, καὶ εὔχομαι προσαγαγεῖν αὐτῷ θυσίαν καθαρὰν καὶ ἁγνὴν ἐμαυτῷ, ὅτι αὐτὸς καὶ ψυχῆς καὶ σώματος ἐξουσιάζει.

VI. Tunc jussit venenum cum aceto mistum in ejus fauces injici. At beatus Victor ait: Acetum et venenum hoc mihi videtur mel et favus esse. Id autem facit Christus ipse. Cum autem dux liberam ejus orationem non ferret, illius oculos compungi jussit. Cui dixit Victor : Cum corporis mei visum excæcaveris, tunc interiori animæ sensu acutius videbo. Corporei enim oculi mundi hujus vanitatem aspiciunt : at cordis acies veram illam intuetur lucem. Cogis me, inquit dux, multa et magna tormenta tibi afferre : Et ego gratias ago Deo meo, qui facultatem et robur mihi præstat sustinendi tormenta tua. Ut igitur libet, me crucies, neque ulla in re mihi parcas : paratus enim sum omnes ærumnas, quascunque mihi attuleris, libenter perpeti, Deo ipso mihi vires suggerente.

B ϛ'. Καὶ ἐκέλευσεν πάλιν ὁ δοὺξ κονίαν μετὰ ὄξους εἰς τὰ βραγχεῖα αὐτοῦ ἐμβληθῆναι · καὶ τούτου γενομένου ὁ ἅγιος Βίκτωρ εἶπεν · Τὸ ὄξος καὶ ἡ κονία ἐμοὶ ὥσπερ μέλι καὶ κηρίον εἰσὶ διὰ τὸν Χριστόν. Τότε μὴ φέρων τὴν παρρησίαν αὐτοῦ ὁ δοὺξ, ἐκέλευσε τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ἐκκεντηθῆναι · καὶ λέγει αὐτῷ ὁ ἅγιος Βίκτωρ · Ὅτ' ἂν τὴν τοῦ σώματος πηρώσῃς ὅρασιν, τότε διὰ τῆς ἔνδον ὁράσεως πλέον ὁρῶ τοῖς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοῖς, ὡς εἶπεν Πέτρος ὁ ἅγιος ἀπόστολος, ὅτι « Ἐὰν κατανοήσητε τὸν τῆς ψυχῆς ὀφθαλμὸν, οὐ χρείαν ἔχετε τῶν ὀφθαλμῶν τοῦ σώματος · οἱ γὰρ ὀφθαλμοὶ τοῦ σώματος βλέπουσι τὰ μάταια τοῦ κόσμου τούτου, οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ τῆς καρδίας τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν ὁρῶσιν. » Ὁ δοὺξ εἶπεν · Ἀναγκάζεις με πολλὰς καὶ μεγάλας σοι ἐπιθεῖναι κολάσεις. Ὁ ἅγιος Βίκτωρ εἶπεν. Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου τῷ ἐνισχύσαντί με ὑπομένειν τὰς βασάνους σου· ὡς οὖν θέλεις, κόλαζέ με καὶ μή μου φείδου. ἕτοιμος γάρ εἰμι πάντα πόνον ὑπὸ σοῦ ἐπαγόμενόν μοι ὑπομεῖναι, τοῦ Θεοῦ μοι παρέχοντος δύναμιν καὶ ὑπομονήν.

VII. Tunc ait dux : Suspendite hominem istum capite in terram revoluto, quoad sanguis ex ejus naribus in terram defluat. Illo igitur suspenso milites discesserunt, eumque tres dies ita suspensum dereliquerunt. Cum vero tertius dies præterlisset, illuc reversi, cum vivum reperissent, quem mortuum fuisse crediderant, statim excæcati sunt Sed beatus Victor misericordia commotus, Deum orans: In nomine, inquit, Domini mei Jesu Christi visum recipite. Itaque restituta militibus videndi facultate, abierunt illi, et duci omnia, quæ facta fuerant, retulerunt. Tunc ille magis iratus est, et militibus præcepit, ut Victorem degluberent. Cui beatus martyr : Licet, inquit, corporis pellem abstuleris, mentem tamen ipsam et cogitationes meas non superabis. Tunc militis cujusdam uxor, Stephana nomine, cum illic præseus esset, annos sexdecim nata, voce magna clamavit : Beatus es, Victor, et beata sunt opera tua sancta. Sacrificium tuum Deo acceptum est, ut Abelis victima, quoniam teipsum obtulisti recto corde. Sic Deus te accepit, ut Enoch illum virum justum, qui translatus est, ne gustaret mortem, quoad certum tempus præterierit. Justus factus es, ut Noe, bonorum operum fructibus refertus. Per-

C Ζ'. Τότε ὁ δοὺξ ἐκέλευσε κρεμασθῆναι αὐτὸν κατακέφαλα, ἕως ἂν ἐκ τῶν ῥινῶν αὐτοῦ αἷμα ῥύσῃ ἐπὶ τὴν γῆν· καὶ ἐάσαντες αὐτὸν οἱ στρατιῶται κρεμάμενον, ἀπῆλθον ἀπ' αὐτοῦ ἕως ἡμερῶν τριῶν· μετὰ δὲ τὸ τέλος τῶν τριῶν ἡμερῶν παρεγένοντο πρὸς αὐτὸν, νομίζοντες αὐτὸν ἤδη τεθνάναι· καὶ θεασάμενοι αὐτὸν παραχρῆμα ἐτυφλώθησαν. Σπλαγχνισθεὶς δὲ ἐπ' αὐτοῖς ὁ ἅγιος Βίκτωρ καὶ προσευξάμενος εἶπεν· Ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου μου Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' ὃν ἐγὼ ἐνθάδε κρέμαμαι, ἀναβλέψατε· Οἱ δὲ στρατιῶται ἀναβλέψαντες παραχρῆμα καὶ ἀπελθόντες ἀπήγγειλαν τῷ δουκὶ πάντα τὰ γεγενημένα. Καὶ ὀργισθεὶς ὁ δοὺξ ἐκέλευσεν αὐτὸν ἐκδαρθῆναι καθ' ὅλου τοῦ σώματός μου δορὰν ἀφέλῃς, Βίκτωρ· Εἰ καὶ τὴν τοῦ σώματός μου δορὰν ἀφέλῃς, D ἀλλὰ κατὰ τοῦ λογισμοῦ ποιῆσαί τι οὐ δύνασαι. Τότε γυνή τις στρατιώτου τινὸς ἐκ τῆς αὐτοῦ παρεμβολῆς ὀνόματι Στεφανὶς, ἐκεῖσε παρεστῶσα, οὖσα ὡς ἐτῶν ἑξκαίδεκα, ἀνεβόησε λέγουσα· Μακάριος εἶ, Βίκτωρ, καὶ παμμακάρια τὰ ἔργα σου τὰ ἅγια· προσδεχθείη σου ἡ θυσία ὡς ἡ θυσία τοῦ Ἄβελ, ὅτι προσήνεγκας ἑαυτὸν ἐν εὐθύτητι καρδίας· καὶ ὁ Θεὸς προσεδέξατο ὡς Ἐνὼχ τὸν δίκαιον, ὃς μετετέθη, ἵνα μὴ γεύσηται θανάτου τοῦ αἰῶνος τουτου, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ ὁρισμένος χρόνος· ἐδικαιώθης ὥσπερ Νῶε πεπληρωμένος καρ-

κῶν ἀγαθῶν· τέλειος εἶ καὶ δίκαιος ὥσπερ ἐκεῖνος ἐν ὅλῃ τῇ γενεᾷ αὐτοῦ· ἐπίστευσας ὥσπερ Ἀβραάμ· προσήνεγκας ἑαυτὸν τῷ Θεῷ ὡς Ἰσαάκ· ὑπέμεινας πειρασμοὺς ὡς Ἰακώβ, ἡνίκα ἐδιώκετο ὑπὸ Ἡσαῦ· ἐσοφίσθης ὥσπερ Ἰωσήφ, ᾧ ἐγνώσθη τὰ ἀποβησόμενα περὶ τοῦ λιμοῦ· καὶ ἐγένου φρόνιμος καὶ πιστός· ἤθλησας ὡς Ἰώβ, ὃς πολλοὺς πειρασμοὺς ὑπομείνας, ἐνίκησε τὸν ἐχθρόν· ἐζήλωσας τὸν Ἡσαΐαν, ὃς μέσον ἐκρίσθη ὑπὸ Μανασσῆ. Οὐχ ἥψατό σου τὸ πῦρ, ὡς οὐδὲ τοῦ Ναβουχοδονόσορ τῶν τριῶν παίδων· ἤλπισας ἐπὶ Κύριον ὡς Δαυὶδ ὁ τοῦ Ἰεσσαί· ἀπέλαβες τὴν σοφίαν Σολομῶντος, ἕως ἂν νικήσῃς τοῦ ἀντιπάλου τὰς μεθοδείας. Προσδεχθείη σου ἡ θυσία, ὡς ἡ τοῦ Σαμουήλ· ἐγένου εἰς ὀσμὴν εὐωδίας, ὡς Ἐλεάζαρος ἐν τῇ ἱερατείᾳ αὐτοῦ· προσδεχθείη σου τὸ τοῦ διωγμοῦ αἷμα, ὡς τοῦ Δανιὴλ διὰ τῶν ὀνειράτων· εἶδον γὰρ δύο στεφάνους ἀπὸ οὐρανοῦ φερομένους, ἕνα μείζονα καὶ ἕνα ἐλάσσονα· καὶ τὸν μὲν μείζονα σοὶ φερόμενον ὑπ' ἀγγέλων δώδεκα, τὸν δὲ ἐλάσσονά μοι πεμπόμενον. Εἰ γὰρ καὶ σκεῦός εἰμι ἀσθενές, ἀλλ' ὅλως κἀγὼ ἀγωνίζομαι καὶ σπουδάζω τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἐπιτυχεῖν.

A fectus ac justus tu es, ut ille fuit in generatione sua. Credidisti, ut Abraham ; obtulisti te Deo, ut Isaac ; tentationes sustinuisti, ut Jacob ; sapiens effectus es, ut Joseph, cui rerum futurarum prænotio concessa fuit. Certamina ipsa, ut Job ille, fortiter pertulisti, qui multas tentationes perpessus, hostem diabolum expugnavit. Isaiam æmulatus es, qui a rege Manasse medius scissus est. Te ignis flamma non attigit, quemadmodum nec Nabuchodonosoris flammæ tres illos pueros attigerunt. Spem tuam in Deo ipso collocasti, ut David filius Jesse. Vidi duas coronas e cælo demissas, unam majorem, alteram minorem : et majorem quidem illam tibi allatam ab angelis duodecim, minorem vero ad me missam audivi. Nam etsi vas infirmum ego sum, B nihilominus tamen et ipsa parata sum certamen subire, ac cœleste regnum assequi studeo.

Η'. Ὁ δὲ δοὺξ ἀκούσας ταῦτα, ἐθυμώθη λίαν καὶ ἐκέλευσεν προσαχθῆναι αὐτὴν αὐτῷ καὶ λέγει αὐτῇ· Σὺ τίς εἶ; Ἡ δὲ εἶπεν· Χριστιανή. Ὁ δὲ δοὺξ εἶπεν· Πόσων ἐτῶν εἶ; Ἡ δὲ ἁγία εἶπεν· Δεκαπέντε ἐτῶν καὶ μηνῶν ὀκτώ. Λέγει αὐτῇ ὁ δοὺξ· Πρὸ ἐζεύχθης ἀνδρί; Ἡ ἁγία Στεφανὶς εἶπεν· Πότε ἐνιαυτοῦ ἑνὸς καὶ μηνῶν τεσσάρων. Ὁ δοὺξ εἶπεν· Καὶ διὰ τί οὕτως ταχέως ἀφῆκας τὸν κόσμον; Ἡ ἁγία Στεφανὶς εἶπεν· Ἐπειδὴ ἔνα μετὰ παῤῥησίας ἀπαντήσω τῷ προσδοκωμένῳ Σωτῆρί μου Ἰησοῦ Χριστῷ, τῷ ἐπουρανίῳ καὶ ἀθανάτῳ Νυμφίῳ· ὁ γὰρ ἐπίγειος νυμφίος πρόσκαιρός ἐστι καὶ θνητός, ὁ δὲ ἐπουράνιος, καὶ αἱ Χριστοῦ δωρεαὶ ἀθάνατοι, καὶ ἀκίνητοι, καὶ ἀδιάλυτοι, καὶ αἰώνιοί εἰσιν. Ὁ δοὺξ εἶπεν· Παυσαμένη τῆς ἀνωφελοῦς ταύτης φλυαρίας, προσελθοῦσα θῦσον τοῖς θεοῖς, μὴ ποικίλαις τιμωρίαις καὶ δειναῖς βασανίσας σε ἀπολέσω. Ἡ ἁγία εἶπεν· Ἐγὼ Στεφανὶς καλοῦμαι, ᾗ στέφανος ἀπόκειται ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἐπιθύω, ἵνα κομίσωμαι αὐτὸν παρὰ τοῦ δικαίου καὶ ἀληθινοῦ ἀθλοθέτου Χριστοῦ.

VIII. Hæc cum dux ille audivisset, valde iratus est, et jussit feminam illam ad se duci, quam sic affatus est : Quænam es tu ? Christiana, inquit illa, ego sum. Tum dux ab ea quæsivit, quot annos nata esset. Cui Stephana, quindecim annos et menses octo se natam esse respondit. Quæsivit præterea dux, quandiu vixisset cum viro, cui conjuncta fuerat. Cui respondit illa, se annum unum et menses quatuor cum eo vixisse. Et quare, inquit dux, tam cito mundum reliquisti ? Ad hæc ita sancta Stephana : Reliqui brevem et fragilem mundi hujus decorem, et terrenas ac fallaces corporis voluptates, ut fidenti animo Salvatori meo C Jesu Christo, quem exspectamus, occurrere valeam, ut illi videlicet divino et cœlesti Sponso ; terrestris enim sponsus ad tempus est et mortalis. Tum dux : Desistas, inquit, ab ista nugacitate inutili, et ad deos accedens, illis sacrifices, ne novis et gravioribus tormentis te cruciatam consumam. At illa dixit : Ego vocor Stephana, cui corona in cœlis reposita est. Quamobrem sacrificia ista vestra non offeram, ut a vero illo certaminum præside Christo coronam recipere possim.

Θ'. Ταῦτα ἀκούσας ὁ δοὺξ καὶ σφόδρα θυμωθεὶς, ἐκέλευσε δύο δένδρα φοινίκων καμφθέντα ἀλλήλαις πολληθῆναι ταῖς κορυφαῖς κἀκεῖσε δεθῆναι τὴν μακαρίαν ἐκ τῶν δύο ποδῶν· καὶ ἀπολυθῆναι αὐτὰ ἐῤῥώσως ἀπ' ἀλλήλων. Τούτου δὲ μετὰ πολλοῦ τοῦ τάχους γενομένου, διεσχίσθη μέσον ἡ ἁγία ἀθλοφόρος τοῦ Χριστοῦ Στεφανὶς, καὶ ἐγένετο εἰς μέρη δύο ἐν τοῖς δυσὶ φοίνιξι, καὶ οὕτως ἐτελειώθη ἐν εἰρήνῃ καὶ τὴν μαρτυρίαν αὐτῆς ἐπλήρωσεν πιστῶς, ἀποθοῦσα τὸν στέφανον τῆς νίκης παρὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Τὸν δὲ ἅγιον Βίκτορα ἐκέλευσεν ὁ δοὺξ τραχηλοκοπηθῆναι. Ὁ δὲ καλλίνικος μάρτυς τοῦ Χριστοῦ ἀκούσας τῆς ἀποφάσεως ταύτης εἶπεν· Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου πάντοτε, τῷ χαρισάμενόν μοι τὴν νίκην ταύτην καὶ δωρεὰν μέχρι τέλους. Μέλλων δὲ τελειοῦσθαι ὁ μακάριος Βίκτωρ εἶπε τοῖς κουαιστωναρίοις· Γνωστὸν ἔστω ὑμῖν, ὅτι

IX. His auditis, dux ille furore nimio accensus, jussit Stephanam duabus palmarum arboribus incurvatis alligari, et repente arbores illas dimitti. Quo facto, bellatrix et martyr Stephana duabus illis palmis in duas partes discerpta est : itaque in pace martyrium perfecte in Christo complevit. D Sanctum vero Victorem jussit securi percuti. Qui cum ejusmodi sententiam de se latam audivisset, sic ait : Gratias ago Deo meo, qui tali et tanto dono me prosequitur. Cum igitur martyrium beatus Victor obiturus esset, hæc dixit quæstoribus : Post septem dies vestri oratores morientur, et vos ipsi post duodecim moriemini ; dux vero post viginti quatuor ab adversariis captivus ducetur ; nostri autem homines post tres annos venient ad tollendum corpus meum : habeo enim et loculos jampridem mihi paratos. Vos igitur rogo, ne in

alienis loculis me ponatis, neque reliquias meas detineatis, quominus in proprium locum reportentur. His dictis, securi percussus est, statimque sanguis et lac ex ejus vulneribus effluxit, ita ut omnes mirarentur. Multi vero ex Græcorum numero, cum factum illud vidissent, et victoris martyris patientiam, et constantem atque immobilem fidem animadvertissent, consilium et sententiam priorem mutaverunt. Itaque Christiani facti, ex iis quæ vir ille sanctus prædixerat, magis confirmati sunt. Omnia enim, quæ a beato illo martyre prædicta fuerant, completa sunt, ita ut et alii complures ex ea re ad Christi fidem conversi fuerint. Martyrio autem functi sunt sanctus Victor et beata Stephana quarto decimo die mensis Novembris in urbe Damasco, imperante Antonino, et Sebastiano duce. Quare sit gloria Patri et Filio et Spiritui sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A μεθ' ἡμέρας ἑπτά οἱ ῥήτορες τελευτήσωσι, καὶ ὑμεῖς αὐτοὶ τελευτᾶτε μεθ' ἡμέρας δώδεκα, καὶ ὁ δοὺξ μεθ' ἡμέρας εἴκοσι τέσσαρας ἁρπαγήσεται ὑπὸ τῶν ἐναντίων· καὶ μετὰ τρία ἔτη ἐλεύσονται οἱ ἡμέτεροι ἐπὶ τὸ ἆραι τὸ σῶμά μου· ἔχω γὰρ καὶ τὴν σορὸν ἔκπαλαι ἑτοίμην· μὴ οὖν εἰς ἀλλοτρίαν τεθῶ, παρακαλῶ, μηδὲ κωλύσητε ἀρθῆναι τὸ λείψανόν μου, ἵνα εἰς τὰ ἴδια ἀποκομισθῇ ἐν εἰρήνῃ. Ταῦτα εἰπόντος αὐτοῦ, καὶ εὐξαμένου, ἐκρούσθη τῷ ξίφει καὶ ἐξῆλθεν αἷμα καὶ γάλα, ὥστε πάντας θαυμάσαι τοὺς περιεστῶτας. Πολλοὶ δὲ τῶν Ἑλλήνων θεωρήσαντες τὴν καρτερίαν καὶ ὑπομονὴν τῆς ἀκλινοῦς αὐτοῦ πίστεως, μεταβαλλόμενοι τὸν τρόπον, γεγόνασι Χριστιανοί. Ἀκούσαντες δὲ καὶ περὶ ὧν προείρηκεν, πλέον ἐστηρίχθησαν· πάντα γὰρ ὅσα προεῖπεν, ἐγένοντο, ὡς ἐκ τούτου πολλοὺς πιστεῦσαι τῷ Χριστῷ. Ἐτελειώθη δὲ ὁ ἅγιος καὶ καλλίνικος μάρτυς τοῦ Χριστοῦ Βίκτωρ σὺν τῇ μακαρίᾳ Στεφανίδι μηνὶ Νοεμβρίῳ ἑνδεκάτῃ, ἐν πόλει Δαμασκῷ τῆς Ἰταλίας, ἐπὶ βασιλέως Ἀντωνίνου καὶ Σεβαστιανοῦ δουκός, εἰς δόξαν τοῦ Πατρός, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

B

MENSIS JUNIUS.

DE S. SAMPSONE XENODOCHO

CONSTANTINOPOLI.

(Anno 530 vel 531, Junii die 27. — Acta SS. Bolland. ad hanc diem, Græce et Latine.)

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. — *Auctor Vitæ S. Sampsonis Symeon Metaphrastes.*

Leo Allatius, in sua de Symeonum scriptis Diatriba, ubi de Symeone Metaphraste fusius agit, varias sanctorum Vitas, quæ sub ejusdem nomine passim veniunt, tum quod alios auctores præferant, tum quod a scribendi methodo et stylo atque ætate Metaphrastis multum aberrent, ei plane abjudicat ; alias vero nonnullas tanquam genuinos illius fetus designat, ex quibusde cæteris fieri possit judicium ; de Vita tamen Sampsonis Xenodochi nihil pronuntiavit, forte quod Græcum textum videre ei non licuit ; difficile enim est de genuino auctoris fetu judicium ferre, nisi eum proprio idiomate loquentem audias. Nos Vitam eam Græce conscriptam, quam ex ms. bibliothecæ Mediceæ regis Franciæ nacti sumus, infra dabimus. Ut autem appareat eam a Symeone Metaphraste esse compositam, quæ fuerit illius scribendi formula et modus, ex Psello ejusdemque encomiaste, iisdemque temporibus vicino, paucis hic juvat apponere, ut est apud Leonem Allatium in Diatriba prælaudata.

C

2. « Τὰ γὰρ προοίμια τῶν λόγων αὐτοῦ ἐκτόμενα εὐθὺς τοῦ ὑποκειμένου, καὶ βαρχύ τι προιών, τὸν τοῦ συγγράμματος ἀναφαίνει σκοπόν· καὶ τὴν πᾶσαν ἐπ' ἐνίοις τῶν λόγων ὑπόθεσιν κεφαλαιωσάμενος εὐθὺς κατὰ μέρη τέμνει, πρός τε τὰ πρόσωπα καὶ τοὺς καιροὺς μεθαρμόζεται. Καὶ τὸ μὲν χρῶμα τοῦ λόγου τὸ αὐτὸ πᾶσι, καὶ ἡ ποιότης μία τῆς φράσεως, ἡ δέ γε τοῦ ἤθους μεταβολὴ ποικίλη, καὶ ὡς ἂν εἴπῃ τις, τεχνικῇ, οὐ διὰ τὴν τέχνην τὰ πράγματα μεταβάλλουσα, ἀλλὰ τῷ ἑκάστῳ τῶν παρεμπιπτόντων πραγμάτων τε καὶ προσώπων οἰκεῖον ἑρμηνεύουσα· ὡς πρὸς ἀρχέτυπα δὲ τὰ ἀρχαιότατα τῶν πραγμάτων ἐνατενίζων, ἐκείνων τε οὐκ ἐξίσταται, ἵνα μὴ δόξῃ ἄλλο τι ποιῶν, καὶ παρὰ τὸ παράδειγμα, καὶ τὴν ὅλην ἰδέαν μετατυποῖ οὐκ ἀλλάττων τὴν ὕλην, ἀλλὰ τὸ ἡμαρτημένον τῶν εὖ διορθούμενος, οὐδὲ καινοτομῶν τὰς ἐννοίας, ἀλλὰ τῆς λέξεως σχῆμα μετατιθεὶς, ἀνωμαλίαις τε καὶ

D

γημάτων ὁ λόγος αὐτῷ, καὶ μεταλλαγαῖς ὑπο-
συγχεῖται, οὐδὲ ταράττεται. » Quæ ita
.tius :
ncipium ejus orationum statim attingit
ı, et parum procedens, ostendit sui scri-
m ; et in nonnullis orationibus, cum to-
mentum recapitulet in summam, id sta-
tes dividit. Se autem accommodat perso-
ıporibus, et est quidem omnibus idem
ionis et una qualitas dictionis ; morum
:ia est mutatio, et, ut dixerit quispiam,
, non per artem res mutans, sed, quod
rei et personæ incidenti conveniebat,
ns. Tanquam autem ad archetypa exem-
res antiquiores intuens, nec ab illis rece-
.eatur aliquid aliud facere, et ad exem-
ıue totam transmutat dicendi formam,
sam faciens materiam, sed quod in di-
ere peccatum erat, corrigens ; neque sen-
ıovans, sed convertens figuram dictionis,
lens oratio in diversitatem narrationum
.em argumentorum non confunditur ne-
rbatur, » etc.
qui cum Procemio auctoris contulerit, in
ırastem agnoscet : in ipso enim initio
ı suæ scopum intentumque significat ;
ıæ documenta ad Sampsonis historiam
habuerit, exponit ; quæ quamvis inerubare essent composita, secuturum tamen
ıetur, quanquam ea meliori stylo meta-
exornet. Deinde si totam hujus scriptio-
n, stylum, frequentemque adagiorum,
erudite intercurrentium, usum conside-
ea omnia cum genuinis illius ac germa-
s, de quibus constat apud Allatium in
ıatriba, ubique Metaphrastem invenies.
certos nos reddit auctor Vitæ hujus in
se multorum aliorum sanctorum, mar-
dem labores et certamina, confessorum
ı et res gestas diligenter conscripsisse,
stantinopoli, ubi S. Sampsonis tumulus
ı clarebat prodigiis ; inde et ea narrat
quæ aut ipse oculis conspexit, vel ab
stibus ipse audivit ; quæ cui istius tem-
ori ascribentur, nisi Metaphrasti ?
non ludimagistrum trivialem fuisse, ut
mniarunt, sed summa in republica digni-
uisse, utpote qui *Magistri et Logothetæ*
ɔpelletur ; quod eorum munus est, qui
scales vel publicas cognoscunt et disce-
nptusque vel et reditus ita dirigunt, ut
ı potius quam privatorum munus susti-
jus, inquam, dignitatis fuisse Metaphra-
enter demonstratum lector inveniet apud
ı nostrum in Præfatione gen. ad Vitas
ı, cap. 1, § 3, et fusius apud Allatium in
ædicta. Nostrum vero auctorem conspi-
in republica dignitatis, ex eo licet con-
od in Vita num. 12 asserat se amicum

A fuisse, et perquam familiarem viro in summa dignitate constituto, Leoni scilicet, ὃν ὁ πατρικίων τε καὶ πραιποσίτων εἶχε χορὸς, καὶ ὃς μετῆλθε μὲν τὴν τοῦ Δρουγγαρίου τὴν τῶν πλωΐμων, μετῆλθε δὲ καὶ τὴν τοῦ Λογοθέτου τοῦ Δρόμου ἀρχήν, « qui in patriciorum præpositorumque ordinem relatus fuit, quique rei maritimæ præfecturam ac Logothetæ Cursus publice magistratum gessit, » quæ sunt inter suprema reipublicæ Constantinopolitanæ munera.

6 . Cum vero alius quidam Leo, qui Leonis patricii ministerio suberat, quique erat protospatharius (id est princeps eorum qui ad corporis custodiam erant deputati) domini sui gratia ac favore, quam ob causam nescio, excidisset, nullusque pro
B misero intercedere auderet, quod difficilis ad patricium pateret aditus, et asper esset in sermonis congressu, præsertim inter famulos; solus hujus Vitæ auctor, pro sua scilicet qua apud Leonem patricium pollebat auctoritate et gratia, pertinacem animum ad impetrandam misero veniam interpellare sustinuit, ut ipsemet refert loco præcitato. Inde inferre licet hunc quoque fuisse eximiæ dignitatis atque auctoritaiis, dignumque qui in tanti viri amicitiam familiaritatemque admitteretur. Convenit igitur auctori nostro stylus et scribendi formula Symeonis Metaphrastis, convenit vitæ institutum, convenit dignitas ; nunc superest, utrum cum ætate ejusdem convenire possit, perspicere.

C 7. Floruisse Metaphrastem ultimis annis imperii Leonis Philosophi, qui obiit anno 909, constat ex ipsiusmet testimonio in Vita S. Theoctistes, ubi ait: « Γενομένῳ μοί ποτε κατὰ τὸν Πάρον· γέγονα δέ· καὶ γὰρ ἐπὶ Κρήτην διέπλεον ὑπὸ τοῦ μακαρίτου Λέοντος ἐκεῖσε πεμφθείς· Λέοντος, φημὶ, τοῦ εὐτυχοῦς ὄντως βασιλέως, καὶ τὴν εὐτυχίαν Ῥωμαίων τῷ τάφῳ ἀναθάψαντος· ἐπεμπόμην δὲ συστρατευομενος Ἡμερίῳ τῷ πάνυ, τῷ στρατηγικωτάτῳ δηλαδὴ, καὶ ἄρχοντι τοῦ τε δρόμου, καὶ τοῦ στόλου παντός.... Ἐστελλόμην τοιγαροῦν τοῦτο μὲν ἐκείνῳ συστρατευόμενος, καὶ προβιβαζόμενος εἰς πεῖραν στρατηγικὴν, οἷα πῶλος μητρὶ πρὸς τὰ γενναιότατα τῶν στρατηγημάτων συσκαίρων. Οὕτω γὰρ ἦν ὁ τοῦ
D μακαρίτου μου Βασιλέως σκοπός· τοῦτο δὲ πρεσβευόμενος πρὸς τοὺς τὴν Κρήτην ἔχοντας Ἄραβας. » Quæ sic Latine sonant Allatio : « Cum aliquando in Paro essem insula ; fui autem : nam in Cretam navigabam a Leone beatæ memoriæ eo missus ; Leone, inquam, illo vere fortunato imperatore, qui ipsam Romanorum felicitatem secum videtur in sepulcrum intulisse : mittebar autem una militans cum clarissimo illo Hemerio, utpote ducendi exercitus peritissimo, dromi præfecto, qui et universæ classi imperabat ....Mittebar igitur partim cum eo militans, et ad imperatoriæ artis documentum aliquod promovendus, ut equulus matri, ad præclara ejus stratagemata assiliens : id enim præcipue Augustus spectabat : partim

ut ad Arabas Cretam obtinentes legatione fungerer. »

8. Ex his infert Bollandus noster, in prædicta præfatione, Metaphrastem id temporis non adeo fuisse natu provectum, ut qui imperatoriæ virtutis tirocinium ponere sub veterano duce juberetur, eique additus fuerit οἷα πῶλος μητρί, « velut equulus matri, » solumque ei tribuit XX ou XXII annorum ætatem. Allatius vero hanc similitudinem non ad ætatem, sed ad docilitatem et disciplinam referens ex ultimis verbis, τοῦτο δὲ πρεσβευόμενος πρὸς τοὺς τὴν Κρήτην ἔχοντας Ἄραβας, « partim ut ad Arabas Cretam obtinentes legatione fungerer, » concludit, ea in expeditione Metaphrastem provectioris ætatis fuisse, quæ capax esset sustinendæ auctoritatis, atque illius prudentiæ, quæ in legato requiritur: quare annos XL, aut minimum XXXV ei tribuit. Multa quidem ille præter alia eaque gravissima erudite congerit, unde opinionem suam verosimilem reddat.

9. Omnia tamen, quæcunque affert, rem plane non conficiunt, idque solum convincunt, communiter id contingere secundum ordinariun rerum humanarum cursum, non vero absolute, ita factum nunquan esse. Capax etenim est nonnunquam adolescentia rerum maximarum, tum in militia, tum in republica, præsertim si prudentia et exterior corporis species, ut quandoque factum vidimus, ætatis defectum suppleat. Ut alios prætteream, Scipio Africanus, quod Romana habet historia, annos XXIV natus, imperator missus est in Hispaniam, quam quatuor mensium spatio Carthaginensibus eripuit. Pompeius Magnus, teste Cicerone in Orat. *pro lege Manilia*, « ineunte adolescentia summi ipse exercitus imperator fuit; » et tamen quanta in moderando dirigendoque exercitu prudentia rerumque usus requiritur! Juvat hic annectere quod refert Beyerlink in *Theatro vitæ hum.*, verbo: *Legatus* « Venerant, inquit, superiori ævo ad imperatorem Orientis imberbes legati, quos cum ille despiceret, quod adolescentiores missi essent, libere et audacter dixerunt: Si ex menti lanugine æstimanda sit aptitudo et dignitas, hircos potiores partes habituros. »

10. Quod igitur in paucis contigit, in Metaphraste contingere potuit, præsertim cum Michael Psellus ipsius encomiastes, ejus in prima ætate ingenium, innatamque quasi prudentiam extollat hisce verbis: « Καὶ τὸ κατὰ πάντων ἀσύγκριτον κράτος καὶ ἀπαράμιλλον, ἦν μὲν εὐθὺς τὸ ἐκ πρώτης, ὡς εἰπεῖν, γενέσεως, καὶ ἐξ ἀνθούσης ἤδη τριχός, ὥσπερ οἱ τῶν λεόντων σκύμνοι, εὐθὺς τὴν ὀφρὺν παραδεικνύοντες, καὶ τῶν ἐπαυχενίων τριχῶν τὸ λάσιον. Ὑπῆνθει γὰρ αὐτῷ τὰ τῆς συνέσεως ἄνθη, καὶ τὸ φρόνημα ῥίζαν τινὰ εἶχε βαθεῖαν, καὶ ὁ νοῦς ἐξήστραπτέ τι θαυμάσιον. Ταῦτα δὲ τοῖς μὲν ἄλλοις ἀρκοῦντα ἐτύγχανεν εἰς τελείωσιν, ἐκείνῳ δὲ προχαράγματα τῆς τελείας ἐγνωρίζετο φύσεως. » Quæ ex interpretatione Allatii ita sonant: « Et vires quidem (ingenii) incomparabiles statim et a primo, ut semel dicam, ortu, etiam florente capillo ostendebat; non secus atque leonum catuli ostendunt protinus supercilium et densam colli jubam. Etenim flores pullulabant intelligentiæ, et habebat prudentiæ profundam quamdam radicem, quodam admirabili fulgore mens micabat. Hæc aliis quidem suffecissent ad perfectionem; in illo autem agnoscebantur veluti quædam prius descriptæ figuræ, quæ perfectam ejus indolem præsignificabant. » Quid miri igitur, si Metaphrastes id temporis legatione aliqua perfunctus fuerit, prudentia magis quam ætate provectus? forte etiam aliis legatis senioribus honoris causa additus, ut quemadmodum sub Himerio veterano duce rei militaris, ita sub iis rei politicæ inter exteras nationes rudimentum poneret.

11. Quod igitur fieri potuit, factum tantisper supponamus, atque ultimo Leonis Philosophi anno, æræ communis 911, Symeoni Metaphrasti XXX aut XXXII annorum ætatem tribuamus. Poterit tunc ad tempora Nicephori Phocæ pervenisse (qui anno LXIII ejusdem sæculi imperium Orientis adeptus fuit) atque octogenario major aliqua etiam elucubrasse. Hoc supposito, videamus an chronologia hæc convenire possit nostro auctori, qui num. 19 narrans miraculum quod Bardæ protospathario accidit, ait: Ἐρῴδρα δὲ οὗτος Ῥωμανῷ βασιλεῖ τῷ ἐπιεικεῖ τε καὶ χρηστῷ προσῳκείωτο, ὃν καὶ ἴσασι πάντες, υἱὸν Κωνσταντίνου γενέσθαι, τοῦ, τὰ πάντα συνελόντα εἰπών, βασιλικωτάτου. « Ei vero (Bardæ) magna intercesserat familiaritas cum Romano imperatore benigno et clemente, quem sciunt omnes fuisse filium Constantini, qui (ut omnia semel dicam) fuit imperator egregius, » quibus verbis de Romano Constantini Porphyrogeniti filio, ut jam mortuo loqui videtur, nisi forte verti possit: « Ei vero magna intercedebat familiaritas cum Romano imperatore, quem sciunt omnes esse filium Constantini; » atque ita ad Romani imperatoris tempora, qui ab anno 960 ad 63 imperium tenuit, referri posset, alias ad successoris illius Nicephori Phocæ tempora transferendus, adeoque nihil hic est, quod cum ætate Metaphrastis pugnet.

12. At terruit me quod num. 15 legatur, ut apud Surium translatum est, scilicet: « Petit a bona Joanne (ille enim tunc obtinebat imperium) ut cura hujus domus sibi demandaretur; » ubi Joannes Zemisces indigitatur, qui anno 969 regnare inceptit, ad cujus tempora Metaphrastes ægre potest pertingere, nisi eum nonagenario majorem, Vitam hanc scripsisse fateamur. Quam ob rem pro Joanne scribendum puto Constantinum: idque eo facilius adducor ut credam, quia in ecgrapho nostro Graeco nomen Joannes integre scriptum non habetur, sed duabus tantum initialibus litteris Ἰω. In authentico igitur nomen Constantinus per compendium scriptum fuerit duabus aut tribus primis litteris Κῶν tantum expressum; unde extritis edacitate temporis, in prima littera K, duabus transversis

ultima forte littera ν, Ἰῶ remanserit; ex A
annem fecerint. Cum igitur illa ita com-
plicari possint, cæteraque omnia Metaphra-
eniant, nihil obest, quominus Vitam S.
is ei ascribamus, quam in decrepita sua
composuerit, postquam plurimorum mar-
confessorum, ut ipsemet confitetur, res
lucem ediderat.
tatum invenio in Indice nostro viatorio,
ampsonis, quæ incipit, Ἀλλὰ μὲν χάρι-
καὶ θεράπείας, τῆς πρὸς τὸν μέγαν Σαμ-
, servari manuscriptam in bibliothecis
et Vallicellina Romæ; item in Florentina
ensi. Nobis illa pridem extracta fuit ex
s., ut jam dixi, Medicæo regis Christia-
sub hoc titulo, Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου B
μῶν Σαμψὼν τοῦ ξενοδόχου· « Vita et con-
sancti Patris nostri Sampsonis, exceptoris
. »Latinam impresserunt Lipomanus to-
x ipso Surius tomo 2; juxta interpretatio-
tiani Herveti: quam eamdem ego quoque
o, in paucis tamen aliquibus, cum textu
llatis, mutatam.

§ II. — *Tempus mortis.*

od ad ætatem Sampsonis attinet, Meta-
Menologium Basilii Porphyrogeniti, Me-
sa, Origines Constantinopolitanæ ineditæ
eum floruisse aiunt sub Justiniano impe-
itpote qui ab eodem sancto in vivis ex-
b immedicabili morbo fuerit liberatus;
pro tanto beneficio grates referret, magni- C
em ædificaverit xenodochium, quod dein-
itale S. Sampsonis est appellatum. Ast
s Baronius in Notis ad Martyrologium Ro-
hoc die, ea omnia erroris arguit, ex eo
ocopius, qui illis temporibus vixit, eaque
s habuit, lib. 1 *Ædific. Justiniani imp.*,
estetur, Hospitale Sampsonis nomine, ab
ampsone erectum, olim incendio confla-
umque vix quædam remansissent vestigia,
m hospitale ab eodem Justiniano impera-
ificentius instauratum fuisse, censuque
gentis pecuniæ locupletatum. Cum autem
stes num. 11 testetur, dictum incendium
e post obitum Sampsonis, quando et So-
ile templum exustum est, ac pariter teste-
ellinus in Chronico, id contigisse in tem-
Anastasii imperatoris; concludit prælauda-
inalis, longe ante Justiniani imperium
em diem suum obiisse; atque ex eodem
multo magis redarguit Cedrenum, dum
grasse domum Sampsoniam anno penul-
tiniani.
s difficultates dissolvit Nicolaus Aleman-
otis ad cap. 4 *Historiæ arcanæ* Procopii.
s verba hic annectere: « Longe antiquio-
iniano Sampsonem credit cardinalis Baro-
lotis ad Martyrologium, et vacillare fidem

illius historiæ putat, quæ habeat, nosocomium Sampsonis, eodem rogante, a Justiniano erectum, cum Procopius dicat, restauratum, quod jam antea idem Sampson exædificasset. Verum adeo exiguum fuit primum illud Sampsonis ædificium, tam illustre vero tamque magnificum a Justiniano factum, ut nihil veritati detraxisse Metaphrastes videri possit. Quod addit Baronius de conflagratione ejus nosocomii, quam tum contigisse arbitratur, cum sub Anastasio Sanctæ Sophiæ templum exustum fuit; clarum est in historiis non semel illud templum incendiis obnoxium fuisse; Justiniani vero anno v illud nosocomium incensum esse idem Procopius refert lib. 1 *De ædif.* et 1 *Belli Pers.* cap. 24, et Theophanes ad annum v Justiniani. Fortasse majoris momenti fit in hac re, quod Procopius de Sampsonis ætate ait: Ἀνήρ τις θεοσεβὴς ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις, Σαμψὼν ὄνομα. *Vir quidam pius qui superioribus annis floruit.* At hoc etiam nihil est; nam Procopius librum illum *De ædificiis*, ubi hoc habet, extremo Justiniani imperio scripsit, nempe sex et triginta atque amplius annis post mortem Sampsonis. Vigebat tamen adeo ejus memoria, ut Justinianus, Novella 59 et 131, ubi de Sampsone loquitur. Ὁ τῆς ὁσίας μνήμης Σαμψών, dicat, «Sanctæ memoriæ Sampson; » quod (ut obiter notem) cum in antiquis manuscriptis, litteris singularibus S. M. notatum esset, male in Latinis editionibus Novellæ 131 exceptum est: Sanctæ Mariæ Sampson. Quod autem in Metaphraste corrigendum plane censeo, est ratio temporis vitæ Sampsonis et annorum imperii Justiniani; nam antistite Mena Sampsonem superfuisse, haud bene Metaphrastes narrat, cum ante consulatum Behzarii obiisse, ex Novella 59 perspicue constet. Porro ejusdem Novellæ publicatio atque electio Menæ, fere in idem tempus incidunt, nempe circa annum Justiniani XI; at vero ante annum ejus V mortuum Sampsonem fuisse nemo dubitet. Ad hunc calculum revocanda sunt quæ de incendio nosocomii a Metaphraste narrantur. »

16. Hæc erudite Alemannus: at vero, contra quod hic existimat, auctor Chronici Alexandrini amplissimum ea tempestate (anno scilicet quinto Justiniani) fuisse ait nosocomium Sampsonis cum dicat: « Ξενὼν τοῦ Σαμψὼν ὁ μέγας ἐκαύθη, D καὶ ἀπώλοντο οἱ ἐν αὐτῷ ἀνάπειρμοι ἄρρωστοι. Xenodochium Sampsonis magnum conflagravit, unaque periere qui in eo erant infirmi. » Reparatum autem et reædificatum a Justiniano haud diu postea stetit, siquidem anno XXXVII ejusdem imperatoris rursum arsit, ut scribit Theophanes et ex eo Cedrenus: « Τῷ λζ' ἔτει γέγονεν ἐμπυρισμὸς μέγας, καὶ ἐκάη πόλεις ὁ Ξενὼν τοῦ Σαμψών. Anno (Justiniani) XXXVII factum est incendium magnum, et conflagravit penitus xenodochium Sampsonis. » Quamvis postea restitutum constet.

17. Quare frustra redarguit erroris Cedrenum

Baronius, quod penultimo imperii Justiniani anno incendium hoc posuerit: cum non unum, sed duplex illius xenodochii constet fuisse incendium. Dum igitur hæc omnia recte sic explicari possunt, non est cur recedamus a Metaphraste, Synaxariis, Menæisque Græcorum, Sampsonem sub Justiniano vixisse asserentibus. Porro cum primum xenodochii illius incendium accidisse ex supradictis constet anno Justiniani quinto, idque a Metaphraste num. 11 post mortem Sampsonis evenisse asseratur, anno ejusdem imperatoris III aut IV (id est anno Christi 530 vel 531) Sampsonem ad superos emigrasse statuimus.

18. At vero jure merito Alemannus Metaphrastem arguit erroris (qui error etiam est in Synaxariis Menæisque Græcorum) quod num. 4 Sampsonem a patriarcha C. P. Mena, sacerdotem ordinatum esse referat; tum propter rationes superius ab Alemanno allatas, tum præterea quod Menas ille, antequam dignitatem patriarchalem consequeretur, eodem Justiniano imperante præfuerit xenodochio Sampsonis, cui Sampson ipse usque dum vixit, præfuit, ut refert Nicephorus C. P. in Patriarchis C. P. vocans eumdem Ξενοδόχον τοῦ Σαμψών: et Liberatus diaconus de eodem ait cap. 2: « Fuit iste Menas præpositus xenodochii majoris, quod vocatur Sampson, genere Alexandrinus; » adeoque post mortem Sampsonis solum ad dignitatem patriarchalem est evectus.

§ III. — *Cultus ex Menologiis, Menæis, aliisque Fastis.*

19. Celebris apud Græcos semper fuit S. Sampsonis memoria, utpote cujus sepulcrum statim a morte miraculis claruerit, et salutarem morbis omnigenis liquorem stillare inceperit; unde illius festum inter solemniora Constantinopolitanæ Ecclesiæ numeratur: in hoc enim festo a judiciis vacandum erat usque ad Officii divini finem, ut constat ex constitutione novella Emmanuelis Commeni imperatoris de Feriis lata anno 1166. Synaxarium imperatoris Basilii Porphyrogeniti in ms. Cryptæ Ferratæ hoc in illo habet elogium: « Σαμψὼν ἐν ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν, ὑπῆρχε μὲν ἐκ τῆς παλαιᾶς Ῥωμης, συγγενὴς τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου. Παρασχόμενος τὸν πλοῦτον αὐτοῦ πάντα τοῖς πτωχοῖς καὶ πτωχικὸς διὰ Χριστὸν, Κωνσταντινούπολιν κατέλαβε, καὶ τοῖς ναοῖς τῶν ἁγίων Προφητῶν ἐν αὐτοῖς προσευχόμενος διετέλει. Ἡσυχίας δὲ λαβόμενος, καὶ ταῖς θεοπνεύστοις Γραφαῖς ἐμμελετήσας, φανερὸς ἐγένετο δι' ἀρετὴν τῷ ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ Μηνᾷ, καὶ χειροτονεῖται παρ' ἐκείνου πρεσβύτερος τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας. Καὶ λοιπὸν ἦν λιμὴν σωτήριος τοῖς πενομένοις καὶ ἀσθενοῦσι, μετέχων καὶ τέχνης ἰατρικῆς. Θεραπεύσας δὲ καὶ τὸν βασιλέα Ἰουστινιανὸν ἀπὸ πάθους δυσιάτου ἐφιλοφρονήθη παρ' ἐκείνου τὰ μέγιστα. Καὶ κτίσας ξενῶνα εἰς ἀνάπαυσιν τῶν πτωχῶν καὶ ἀσθενῶν, καὶ πολλὰ κατορθώματα καὶ θαύματα ποιήσας, ἐκοιμήθη ἐν εἰρήνῃ· τὸ δὲ λείψανον αὐτοῦ ἐτέθη ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Μωκίου. »

20. « Sanctus Pater noster Sampson ex antiqua Roma ducebat originem, Magni Constantini consanguineus: divisis vero inter pauperes omnibus suis facultatibus, et propter Christum mendicans, Constantinopolim se recepit, atque in ipsis sanctorum Prophetarum ecclesiis orationi assidue vacavit. Cum autem privatam et obscuram ageret vitam, Scripturarum divinarum meditationi intentus, virtutibus suis, sanctissimo patriarchæ Menæ enotuit, et ab ipso ordinatus est sacerdos Magnæ ecclesiæ. Cæterum portus salutaris erat pauperibus et infirmis, scientia artis medicæ imbutus. Cum vero imperatorem Justinianum a difficili morbo sanasset, ab hoc maxime dilectus est; ædificatoque xenodochio, ad pauperum et infirmorum solatium, post multa recte facta ac miracula, obdormivit in pace; ipsius vero corpus depositum est in templo S. martyris Mocii. »

21. Similia habent mss. collegii nostri Divionensis et Claromontani, nunc Ludovici Magni. Huic insuper sequens additur dystichon:

Ἐξῆγεν ὁ πρὶν ἐν γνάθου Σαμψὼν ὕδωρ,
Ὁ νῦν δὲ Σαμψὼν ἐκ τάφου βλύζει μύρους.

Aquam dedit maxilla Sampsonis prius;
Sampsonis at nunc busta stillant balsamum.

In Menæis vero excusis Officium habet proprium et Canonem sub hac acrostichide:

Ὑμνῶ σε, Σαμψὼν, πίστεως θείοις λόγοις. ΙΩΣΗΦ.
Sermone, Sampson, te sacro fidei cano. Joseph.

Cum autem canon hic nihil habeat particulare, nisi quod in elogio habetur, eum prætermittimus. Elogio duo hi præmittuntur versus:

Σαμψὼν Ὁμόρρους ἐτροποῦτο μὲν πάλαι.
Σαμψὼν δὲ θραύει δαίμονας ἄρδην νέος.

Sampson fugavit olim Homorrhæos quidem:
Sed vulnerat nunc dæmonas Sampson novus.

Additurque etiam præmisso dysticho hexametrum istud, ex quo cognoscitur præcipuus Sampsonis hoc die cultus;

Ξεινοδόχος δ' ἐνὶ εἰκάδι ἑβδομάτῃ θένε Σαμψών.
Xenodochum Sampson vicesima septima tollit.

22. Elogium vero ita habet: Οὗτος ὁ ἅγιος [Σαμψὼν] ὑπῆρχε Ῥωμαῖος τὸ γένος· ὃς διασκορπίσας τὸν καταλειφθέντα αὐτῷ πλοῦτον ὑπὸ τῶν γονέων τοῖς πένησι καὶ πτωχοῖς, τὴν βασιλεύουσαν κατέλαβε καὶ τοὺς εὐκτηρίους οἴκους καὶ σεβασμίους καταλαβὼν, καὶ ὁσιότητος αὐτῶν καταπολαύσας, ἡσυχίαν λαβόμενος, ταῖς θεοπνεύστοις Γραφαῖς ἐνετρύφα, μόνῳ Θεῷ προσανέχων. Ὅθεν κατάδηλος γενόμενος τῷ τιμιωτάτῳ πατριάρχῃ Μηνᾷ, χειροτονεῖται ὑπ' αὐτοῦ πρεσβύτερος, εἷς τῶν τοῦ κλήρου γενόμενος. Καὶ ἦν σωτήριος λιμὴν τοῖς πενομένοις καὶ χρῃζουσι βοηθείας· καὶ τῆς ἰατρικῆς ἐπιστήμης ὢν ἐν πείρᾳ αὐτὸς, καὶ τὸν βασιλέα Ἰουστινιανὸν ἀνιάτῳ πάθει περιπεσόντα ἐλευθέρωσεν. Ἐκ τούτου ὁ βασι

λεὺς ὑπεραγασθεὶς τὴν ἀρετὴν τοῦ ἀνδρός, καὶ σέβας αὐτῷ ἀπονέμων, τὸν μέγιστον οἶκον καὶ περιβόητον δι' αὐτοῦ ἀνεγείρας, ξενῶνα κατεσκεύασε, καὶ σκευοφύλακα τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας τὸν Ἅγιον τοῦτον κατέστησεν. Αὐτὸς δὲ καλῶς καὶ θεοφιλῶς πολιτευσάμενος, καὶ πολλοῖς πρόξενος σωτηρίας γενόμενος, καὶ πολλοὺς πρὸς ζῆλον καὶ μίμησιν τοῦ αὐτοῦ ἀκραιφνοῦς βίου διαναστήσας, ἐκεῖ μὲν ἀνεπαύσατο, κατετέθη δὲ τὸ τίμιον αὐτοῦ λείψανον ἐν τῷ μεγίστῳ ναῷ τοῦ ἁγίου Μωκίου, καθ' ἑκάστην βρύον ἰαματοφόρα νάματα εἰς δόξαν καὶ αἶνον Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν.

23. « Sanctus ille (Sampson) genere Romanus erat. Hic distributis inter pauperes divitiis, quæ sibi a parentibus erant relictæ, ad imperatoriam civitatem venit, atque in oratoria et basilicas sese recipiens, pie locorum illorum sanctitate fruebatur privatamque atque obscuram ducens vitam, divinarum Scripturarum lectione animum oblectabat, soli Deo intentus : unde cognitus a dignissimo patriarcha Mena ab eodem sacerdos ordinatur, factus unus ex clero. Erat vero portus salutaris pauperibus atque ope indigentibus. Cumque rei medicæ esset peritus, ipsum etiam imperatorem Justinianum immedicabili morbo laborantem liberavit. Inde imperator admiratus viri virtutem, eumque magno A in honore habens, maximam et celebrem domum ipsius suasu ædificatam in xenodochium erexit. Sanctum præterea supellectili sacræ majoris Ecclesiæ præfecit. Tandem post honestam piamque conversationem, postquam plurimis salutis auctor fuisset, multosque ad zelum et vitæ suæ inculpatæ imitationem excitasset, ibidem quievit, pretiosumque ipsius corpus repositum est in maximo templo S. Mocii, in dies salutari scaturigine medelam morbis afferens, ad laudem et gloriam Christi Dei nostri. »

24. Hujus quoque sancti hoc die nomen inscriptum reperitur Kalendario Syriaco seu Chaldaico, Romæ impresso anno 1624, quod olim anno 1662 Latine reddidit D. Josephus, Italice vero Symon B Moyses, ambo collegii Maronitarum alumni. Hujus præterea meminit Martyrologium Arabico-Ægyptium, quod ex Arabico transtulit Gratia Simonius Maronita, postmodum Tripolitanus in Syria archiepiscopus. In hoc Martyrologio sequentem orationem habet cum S. Joanne Eleemosynario communem : « Possedisti omnia, o Pater sancte Sampson, dum in omnibus fuisti semper assiduus, ditans pauperes, ipsosque alens, et sublevans ; precare Christum Deum, ut liberet animas nostras. »

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΣΑΜΣΩΝ

ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ

—

S. P. N. SAMPSONIS

VITA ET CONVERSATIO

—

PROLOGUS.

Α'. Ἀλλὰ μὴν χάριτος ἔργον καὶ θεραπείας, τῆς πρὸς τὸν μέγαν Σαμψὼν ἐκπληροῦντες, ἅμα δὲ καὶ μέμψιν τὴν ἐξ ἀνθρώπων ἐκκλίνοντες, εἰς τὸν παρόντα λόγον καθήκαμεν ἑαυτούς, καὶ τὸν ἐκείνου συντάξασθαι βίον εὐγνωμόνως ὑπέστημεν. Καὶ πῶς γὰρ οὐ μέμψις εὔλογος καὶ δικαία, εἰ πολλῶν ἑτέρων ἁγίων, τῶν μὲν μαρτύρων, τῶν δὲ καὶ ἄλλως εὐαρεστησάντων Θεῷ, τῶν μὲν ἄθλους καὶ πόνους, τῶν δὲ καὶ βίους καὶ πράξεις κατὰ σπουδὴν συνταξάμενοι, τούτου δὴ τοῦ μεγάλου Σαμψὼν φαινοίμεθα κατολι- C I. Partim quidem magno Sampsoni gratitudinem et cultum debitum exhibentes, partim autem hominum justam vitantes reprehensionem, ad hanc accessimus orationem, et illius scribendæ Vitæ onus libenter suscepimus. Quomodo enim non optimo jure reprehenderemur, si, qui multorum aliorum sanctorum, tum martyrum, tum aliter Deo placitorum, illorum quidem labores et certamina, horum vero vitam et res gestas diligenter conscripsimus, hunc magnum Sampsonem videamur

contemnere, præsertim cum is adeo nobis propinquus, et sepulcro, ubi mirabilia operatur, propemodum vicinus sit? Adde quod nullum ex iis, qui nos præcesserunt, invenerimus, qui fuerit ejusdem, cujus nos animi, et Vitam illius scriptis exacte mandaverit. Non quidem me latet, a viro pio et pontifice, et non parum erudito, magni Sampsonis compositum fuisse encomium. Ego autem de Vita loquor distincte composita, quæ et res ab illo præclare gestas accurate tractet, et miraculorum ejus mentionem faciat sufficientem. Hoc enim qui præstiterint, in hodiernum usque diem, neque alios novimus, neque nos præstare possumus, qui ab illis temporibus sumus multum remoti; neque possumus ejus vitam perfecte prosequi, sed solum eam referre paulo diligentius, et pauca ex ejus miraculis viris piis ad Dei gloriam exponere. Ejus enim parvum Vitæ opusculum, in quod, a clero acceptum, incidimus, visum nobis est non solum negligenter compositum, sed ipsum etiam testatur, eum, qui id composuit, nihil habuisse eruditionis; imo vero nec ea ipsa, quæ narrat, satis perfecte et absolute traduntur, et longe absunt a summa perfectione. Quin etiam illud opus, quo diu usi sumus, comperimus se habere similiter, et ex eadem (ut aiunt) factum esse fidelia; idque inscriptum quidem esse Encomium divini Sampsonis, et habere singularem quamdam narrationem eorum, quæ ab illo in vita gesta sunt: sed parce admodum, et tenuiter viris bonis præbens gustum ejus miraculorum. Quod autem nos omnium maxime conturbat, est, quod ipsi illorum narrationem (neque enim aliunde quidquam habemus) sequi debeamus. Ea de causa petimus nobis dari veniam ab iis qui legent ea quæ sunt, a nobis elaborata, ut nos non condemnent negligentiæ, neque hanc minime examinatam rejiciant narrationem. Neque enim nostrum est hoc opus, ut prius diximus, sed illorum potius, quos sumus secuti. Illud itaque Herodoti hic poterit commode dici: esse potius Istiæi calceum, etiamsi ipsum induerit Aristagoras.

A γωροῦντες, καὶ μάλιστα οὕτως ἐγγυτάτω κειμένου καὶ ὅσον ἀπὸ τοῦ παραδοξοποιοῦ τάφου γειτονοῦντος ἡμῖν; καὶ ταῦτα, μηδένα τῶν πρὸ ἡμῶν εὑρόντες τῆς αὐτῆς ἡμῖν γενόμενον διανοίας, καὶ τὸν ἐκείνου βίον συγγραψάμενον φιλοπόνως. Καί με οὐ λέληθε τὸ τοῦ θεοφιλοῦς ἀνδρὸς καὶ ἀρχιερέως, ἀλλὰ καὶ παιδείας οὐ [μικρὸν] ἔχοντος, εἰς τὸν Μέγαν συντεθὲν ἐγκώμιον· ἐγὼ δὲ βίον λέγω, κατὰ μέρος συντεταγμένον, καὶ τὰ ἐκείνου διαλαμβάνοντα πρὸς ἀκρίβειαν, πρὸς δὲ καὶ τῶν θαυμασίων μνήμην ἀρκούντως ποιούμενον. Τοῦτο γὰρ οὔθ' ἑτέρους ἔγνωμεν ἄχρι καὶ νῦν δράσαντας, οὔθ' ἡμεῖς ποιῆσαι δυνατοὶ τυγχάνομεν ὄντες, πάμπολυ τοῖς χρόνοις ἀπολειπόμενοι· καὶ ἀκριβώσασθαι τά γε τοῦ βίου καλῶς μὴ δυνάμενοι, πλὴν ὅσον ἐπιμελέστερον αὐτὰ διελθεῖν, καὶ ὀλίγα τῶν θαυμάτων εἰς δόξαν Θεοῦ παρα- B θέσθαι τοῖς φιλοθέοις· ᾧ γὰρ ἐνετύχομεν ἐκ τοῦ κλήρου λαβόντες μικρῷ συντάγματι Βίου, τοῦτο δὴ οὔτε ῥαθύμως μόνον ἔδοξε συντετάχθαι, ἀλλὰ καὶ παιδείας τὸν συνθέμενον ἐνδεῶς ἔχοντα μαρτυρεῖ, μᾶλλον δὴ ταῦτα περὶ ὧν πεποίηται τὴν ἐξήγησιν, οὐ μὲν οὖν ἐντελῶς ἔχουσιν οὐδ' ἠκριβωμένως, πολλῷ δὲ μᾶλλον ἀκριβείας ἀπολιμπάνονται· πρὸς δὲ καὶ ᾧ συντάγματι πάλιν ὡμιληκότες ἐσμὲν, παραπλησίως εὕρομεν ἔχον καὶ τῆς, ὥς φασι, κεραμείας πεποιημένον ἐγκώμιον μὲν εἶναι τοῦ θείου Σαμψὼν ἐπιγεγραμμένον καὶ μερικὴν ἔχον τινὰ διήγησιν τῶν ἐκείνῳ βεβιωμένων, πάνυ δὲ φειδωλῶς καὶ μικρολόγως τῶν αὐτοῦ θαυμάτων ἀπογεύων τοὺς φιλοκάλους. Ὁ δὲ πλέον ἐστὶ πάντων, τὸ ταράττον ἡμᾶς, ὅτι καὶ αὐτοὶ C ὅσον ἀπὸ τῆς τῶν πεπραγμένων ἐξηγήσεως (οὐδὲ γὰρ παρὸν ἄλλοθεν) ἀκολουθεῖν αὐτοῖς μέλλομεν. Ταύτῃ τοι καὶ συγγνώμην ἀπὸ τῶν ἐντυγχανόντων τοῖς πονηθεῖσιν ἡμῖν αἰτοῦμεν, ὥστε μὴ ἀμέλειαν, μηδ' ὀλιγωρίαν τῆς ἀβασανίστου ταύτης καταψηφίζεσθαι διηγήσεως· οὐδὲ γὰρ ἡμέτερον, ὥσπερ ἔφημεν, τὸ προκείμενον ἔργον, ἀλλ' ἰχνῶν ἑτέρων παρακολούθημα. Τοιγαροῦν κἀνταῦθα τὸ Ἡροδότειον ἐκεῖνο λέγεσθαι χώραν ἕξει, Ἰστιαίου τὸ ὑπόδημα μᾶλλον εἶναι, εἰ καὶ Ἀρισταγόρας αὐτὸ ἐπεδύσατο. Ἔχει μέντοι τόδε οὕτως.

CAPUT I.

Sampsonis genus, patria, studium, benignitas in pauperes et ægrotos; erga imperatorem beneficium, obitus.

II. Hic ergo magnus, et cujus omnem orbem terræ pervasit fama, Sampson, genus quidem duxit ex illa celebri et inclyta Roma. Ortus est autem non ex ignobilibus nec vulgaribus parentibus, sed valde honestis et claris: quorum magnæ quidem erant opes, genus autem ducebatur ex sanguine imperatoris (1). Sed cum viri hujus maximi res externæ ita se haberent, neque internas unquam neglexit. Nam et virtutis magnam curam gerebat, et divinæ Scripturæ lectioni erat intentus, et tan-

D Β'. Ὁ μέγας οὗτος καὶ διὰ πάσης βεβοημένος τῆς οἰκουμένης Σαμψὼν, εἶλκε μὲν τὸ γένος ἐκ τῆς περιωνύμου καὶ διαφανοῦς Ῥώμης, προῆλθε δὲ οὐκ ἐξ ἀσήμων ἄρα τινῶν, οὐδὲ τῶν ἐπιτυχόντων, ἀλλὰ καὶ λίαν εὐγενῶν τε καὶ περιδόξων· πλούτου μὲν περιουσίαν βαθέως ἐχόντων, βασιλικῷ δὲ αἵματι κατὰ γένος φαιδρυνομένων. Πλὴν ἀλλὰ τῶν θύραθεν ὁ Παμμέγας οὗτος ἔχων, οὐδὲ τῶν οἰκείων ἠμέλει πόθεν· καὶ γὰρ ἀρετῆς ἐφρόντιζε λίαν, καὶ τῇ τῆς θείας Γραφῆς ἐντεύξει σπουδῇ προσέκειτο, καὶ ὡς

(1) Menologium Constantini Porphyrogeniti habet, eum fuisse consanguineum Constantini Magni, Menæa excusa nihil habent de ipsius familia.

στης τροφῆς ἐμμελῶς εἶχετο, καὶ δι' ὀλίγου
αν αὐτῆς τὴν γνῶσιν ἀφίκετο. Μηδὲ ἰατρι-
φιλανθρώπου τέχνης, ὁ φιλανθρωπότατος
Ἀλλὰ καὶ αὐτῇ φιλοπόνως προσενεχθεὶς,
ίγα μὲν ὑπῆρχε τῇ τέχνῃ χρώμενος, τῶν
παρεχώρει τῷ θεουργῷ τῆς χάριτος νοσή-
πάθη ἀνίατα θεραπεύων, καὶ ὡς προκά-
χάριτος ἐπιχειρῶν τῇ τέχνῃ διὰ ταπεινο-
ὑπερβολήν.

δὲ καὶ οἱ πατέρες αὐτοῦ τὸν βίον ἀπέλι-
ἔτι μέλλων ἦν, οὐδ' ἀναβαλλόμενος, ἀλλ'
λαβόμενος ἐπιτηδείου, ἅτε μηδενὸς ὑπ-
τοῦ κωλύσοντος, τὰ κατὰ γνώμην ἐποίει,
ου μὲν φθαρτοῦ καὶ προσκαίρου πλοῦτον
ντηλλάττετο κατὰ τὴν θείαν τοῦ Δεσπότου
τὰ ὑπάρχοντα πωλῆσαι κελεύει καὶ παρα-
ημοσύνην, ἐντεῦθεν τε βαλάντια μὴ πα-
κτήσασθαι. Ἐδίδου δὲ τὸν πλοῦτον, οὐ
ρὸν οὐδὲ φειδομένως, οὔτε μὴν κατὰ
ρέων, ἀλλα καὶ λίαν χύδην καὶ ἀνειμένως,
ιροῖν, τὸ τοῦ λόγου, πρὸς τὰς τῶν πενή-
τινώντων ἀπαντλῶν γαστέρας, καὶ τοῦτο
οὐδὲ δὶς, ἀλλὰ διὰ παντὸς τοῦ βίου ποιού-
κιῶτις γὰρ αὐτῷ καὶ σύντροφος ἄχρι τέ-
ιημοσύνη. Τὰς δὲ τῶν δούλων ἀγέλας οὐκ-
παρ' ἑαυτῷ ἠξίου, οὐδὲ τῶν ὁμοδούλων
ος κατ' αὐθεντίαν, ἀλλ' ἐλευθερίας μᾶλλον
ξίου, αὐτάρκεις αὐτοῖς παρέχων καὶ τὰς
ζῆν ἀφορμάς. Τί γὰρ ἐδεῖτο τῆς ἐξ ἀνθρώ-
ίας ὁ δοῦλον ἑαυτὸν τῷ Κυρίῳ γνήσιον ἀφ-
ος ; Οὕτω γοῦν περὶ τὰ ὄντα διατεθεὶς, τῶ-
ν καὶ οἱονεὶ δεσμῶν τινων ἀναθεὶς, κοῦ-
ιχνῶς καὶ εὔζωνος, καὶ τῷ ἑνὶ μὲν χιτῶνι-
ν οἰκετῶν ἀρκούμενος. Εἶτα καὶ τὴν Ῥώ-
πὼν ὁ Γεννάδας, πρὸς τὴν νέαν ταύτην ἀφ-
Ῥώμην, τὴν τοῦ θείου Κωνσταντίνου, φη-
ς μὲν αἰτίας κινηθεὶς πρὸς τοῦτο λέγειν
πλὴν οὐκ ἀθεεὶ πάντως, οὐδ' ἀλυσιτελῶς
ᾗ ταύτῃ καὶ βασιλίδι τῶν πόλεων ἐνδεδη-
καὶ τὸ ἱερὸν αὐτοῦ ἐναπόκειται σῶμα, θη-
υλος, πλοῦτος ἀδάπανος, νοσημάτων πάντων
ν.

γοῦν τὰ πάντα μέγας Σαμψὼν τὴν μεγά-
ν πόλιν καταλαβὼν, ἐν σμικρᾷ μέν τινι
γεν οἰκίᾳ, ἐν δὲ τῷ πλησίον κήδεσθαι πο-
ἡν γὰρ οἰκίαν ταύτην φιλανθρωπίας ὑπό-
ἰατρεῖον ἅμισθον ποιησάμενος, τοὺς νόσῳ
ς ξενίζων ἦν καὶ φιλαδέλφως ὑποδεχόμε-
μὴ μόνον ἐπιμελείας ἀξιῶν πάσης, ὥσπερ
χνης βούλονται νόμοι, ἀλλὰ καὶ τροφῆς κοι-
στρωμνῆς, ἀκολούθως ταῖς τοῦ Χριστοῦ
καὶ τοῦτο μὲν τὰ τῆς τέχνης, τοῦτο δὲ
ὶ τὰ τῆς χάριτος ἐνδεικνύμενος. Ποῦ γὰρ
γον δαίμονας ἀπελαύνειν, καὶ παθῶν ἀνιά-
κτουργεῖν ἴασιν, ἃ ἐκείνῳ δρᾶσαι, οἷα δὴ
ῆσαι ῥᾴδιον καὶ ἁπλῶς ; Ἄλλου μὲν ἄλλο

A quam jucundissimo cibo ei diligenter adhærebat et brevi tempore venit ad omnem ejus cognitionem. Verum cum neque medicinam, quæ ars valde conducit humanæ saluti, vir humanissimus neglexisset, sed se etiam ei diligenter dedisset, etsi arte parum admodum ad quæstum sit usus, in pauperibus tamen cessit divinæ gratiæ ministerio, morbos curans immedicabiles, et tanquam gratiæ velamento arte utens propter summam humilitatem.

III. Postquam autem ejus parentes e vita excessissent, non amplius cunctabatur, nec differebat; sed apta usus occasione, utpote quod nullus esset prohibiturus, ea faciebat, quæ sibi videbantur, et breves perituraque divitias commutabat cum
B æternis, obtemperans voci Dominicæ, jubenti vendere ea quæ quis habet, et præbere eleemosynam[1], et hinc parare crumenas, quæ minime veterascunt. Dabat vero opes non parce, idque nec tenuiter nec guttatim distillans, sed profuse admodum et large, ambabus, ut dicitur, manibus effundens in ventres pauperum, aut esurientium; idque non semel, aut bis, sed per totam vitam: connata enim cum ipso et connutrita usque ad mortem fuit eleemosyna. Servorum autem greges nolebat amplius apud se manere, neque in servos uti arroganter imperio: sed potius libertate ingenue dignabatur, eis abunde præbens, quod ad victum sufficeret. Quid enim ei opus erat servitute hominum, qui se verum et germanum servum Domino consecraverat?
C Sic itaque erga facultates affectus, rebusque temporalibus tanquam vinculis exutus, erat revera levis et accinctus, et una quidem tunica, uno autem famulo contentus. Deinde Roma relicta hic vir egregius in hanc novam venit Romam, divini, inquam, Constantini civitatem. Atque quænam quidem eum causa permoverit, nequaquam possum dicere. Sed non sine Dei numine, neque omnino inutiliter versatus in hac regia est civitate, in qua est etiam sacrum ejus corpus repositum, thesaurus sacrosanctus, divitiæ, quæ minime consumuntur, omnium morborum remedium.

IV. Hic ergo omni ex parte magnus Sampson, cum ad hanc pervenisset civitatem, in quadam
D parva et humili domo habitabat, in proximi cura gerenda assiduus. Nam cum hanc domum benignitatis argumentum, et gratuitam fecisset officinam, eos, qui morbo premebantur, hospitio excipiebat, et fraterne tractabat: nec solum in eos omni utebatur cura et diligentia, ut volunt leges artis, sed et cibum, et cubile eis impertiebat, secundum Christi præcepta, partim quidem artis suæ, partim vero divinæ gratiæ beneficia impertiens. Quid enim? An artis opus est dæmones expellere, et morborum mirabilem efficere curationem? Quæ quidem ei facere, non minus quam

velle, erat facile. Et alteri quidem aliquid aliud, Sampsoni autem hospitalitas et benignitas, et in egentes misericordia, erat adeo propria, ut propemodum ipsi naturalis fieret, sicut soli quidem est illuminare, igni autem urere. Hinc etiam innotuit ei qui tunc erat Christi Pontifex: bonitatis enim splendor et decus eos, qui eam exercent, cito propalat. Is autem erat Menas (2), virtute non obscurus. Ab illo ordinatur sacerdos, triginta jam annos natus, et paulo plus. Deinde et ei innotuit, qui administrabat imperium. Id autem ex eo accidit.

V. Justinianus quidem erat, qui imperabat, cujus et imperii diuturnum fuit tempus (3), et vita illustris. Ei morbus incubuit valde gravis, cum ei male affecta essent pudenda, et vesica gravi laboraret ulcere. Atque ille quidem patiebatur, et laborabat, nec dolores ferre poterat. Ei autem erat circumfusum examen medicorum et circa eum, ut mos est, aderant magno studio disputantes: qui ad promittendum quidem, et ad bona spe implendum sunt valde prompti, ut qui et ejus manum, qui laborat, hinc incitent, et efficiant, ut sit ad dandum alacrior: ut autem promissa deducant ad effectum, et laborantem liberent ab eo quod eum male habet, non solum brevi non possunt efficere, sed neque longa mora et dilatione, neque longi temporis utentes auxilio: sed parati quidem sunt eorum qui laborant, accusare tarditatem, au etiam ad id, quod est deterius, proclivitatem, ut qui vel præceptis non acquiescant, vel cibo et potu non ea, qua par est, cautione utantur: se autem, et ea, quæ ad curandum adhibent, medicamenta minime reprehendunt. Quid ergo imperator? Postquam vidit eos multa quidem dicere, et magna verba loqui, nihil autem conferre ad curationem, imo vero lædere, et majores dolores afferre, ipse agitabatur quidem doloribus, ferre vero non poterat. Atque omnes quidem medicos ex æquo condemnans, ut inutiles, in malam rem abire jussit: ad Deum autem confugit, et ei magno studio adhæret, et illinc quærit auxilium. Nonnunquam enim egestas docet, quid nobis sit utile; et efficit, ut discamus, undenam verum veniat auxilium: « Auxilium enim meum, inquit, a Domino [2]. »

VI. Cum itaque vehementer petiisset, non tarde consequitur, sed ei in somnis ostenditur multitudo medicorum, qui ordine quidem astabant, honesta vero, et quæ sacerdotibus conveniebat, erant veste induti. Vidit autem quemdam accedentem eunuchum, ex auro quidem contexta veste indutum, Præposito vero amictu similem, qui visus est ostendere unum quemquam ex medicis, quo sit

A τι· Σαμψὼν δὲ ἡ ξενοδοχία καὶ φιλανθρωπία καὶ ὁ περὶ τοὺς ἐνδεεῖς οἶκτος τὸ ἰδιαίτατον, ὡς μικροῦ καὶ εἰς φύσεως ἀποβαίνειν ἀναγκαιότητα, οἷον ἡλίῳ μὲν τὸ φωτίζειν, πυρὶ δὲ τὸ καίειν. Ἐντεῦθεν καὶ τῷ τηνικαῦτα ἀρχιερεῖ τοῦ Χριστοῦ δῆλος γίνεται (ἀρετὴ γὰρ πρᾶγμα ἴσα φωτὶ λάμπον, ὅθεν καὶ ταχὺ λίαν ἀνακηρύττει τοὺς μετιόντας). Μῆνας οὗτος ἦν ὁ τὴν ἀρετὴν οὐκ ἄδηλος, καὶ ἱερεύς· ὑπ' ἐκείνου χειροτονεῖται τριάκοντα ἤδη γεγονὼς ἔτη, καὶ μικρόν τι πρός. Εἶτα καὶ τῷ τὴν βασιλείαν διέποντι φανερὸς γίνεται· παρ' αἰτίαν δὲ τοιαύτην.

Ε'. Ἰουστινιανὸς μὲν ἦν ὁ κρατῶν, οὗ καὶ ὁ τῆς ἀρχῆς χρόνος πολὺς, καὶ ὁ βίος ἐπιφανής. Τούτῳ νόσος ἐνσκήπτει μάλα βαρεῖα τῶν αἰδοίων αὐτῷ πονη-
B ρῶς ἐχόντων, καὶ τῆς κύστεως ἕλκει χαλεπῷ κακωθείσης. Ὁ μὲν οὖν ἔπασχέ τε καὶ ἔκαμνε καὶ τὰς ὀδύνας φέρειν, οὐ δυνατὸς ἦν· ἰατρῶν δὲ σμῆνος αὐτῷ περιεκέχυτο καὶ περὶ αὐτὸν, ὥσπερ ἔθος, σπουδαιολογούμενοι παρῆσαν, οἱ ἐπαγγείλασθαι μὲν καὶ ἀγαθῶν ἐλπίδων πληρῶσαι κομιδῇ πρόχειροι, ἅτε δὴ καὶ τὴν χεῖρα τοῦ κάμνοντος ἐντεῦθεν ὑποκινοῦντες, καὶ προθυμοτέραν εἰς ἐπιδόσεις εἶναι παρασκευάζοντες· εἰς ἔργον δὲ τὸ ἐπαγγελθὲν ἀγαγεῖν, καὶ τοῦ λυποῦντος ἀπαλλάξαι τὸν πιεζόμενον, οὐ μόνον οὐκ ἐν ὀλίγῳ δυνατοὶ ποιεῖν, ἀλλ' οὐδὲ τριβῇ καὶ μελλήσει πολλάκις, οὐδὲ τὸν μακρὸν χρόνον λαμβάνοντες εἰς βοήθειαν· ἀλλ' ἕτοιμοι μᾶλλον τοὺς πάσχοντας αἰτιᾶσθαι τῆς βραδύτητος, ἢ καὶ τὰς πρὸς τὸ χεῖρον συμβαινούσας περιπετείας, ὡσεὶ μὴ τοῖς παραγγέλ-
C μασιν εἴκοντας, ἢ περὶ τὰς βρώσεις ἢ πόσεις ἀπολάκτως ἔχοντας· ἑαυτοῖς δὲ καὶ οἷς κέχρηνται εἰς θεραπείαν φαρμάκοις, μέμψιν οἱ βέλτιστοι προσάπτουσιν οὐδεμίαν. Τί οὖν ὁ βασιλεύς; ἐπὶ πολλὰ μὲν αὐτοὺς λέγοντας ἑώρα καὶ μεγαλορρημονοῦντας, οὐδὲν δὲ πρὸς θεραπείαν ἀνύοντας, ὅτι μὴ καὶ βλάπτοντας καὶ ἀκεσίαν ἅπαντας ἀποδεικνυμένους, αὐτός τε ὀδύναις ἐβάλλετο μὲν, φέρειν δὲ οὐκ ἠδύνατο. ἰατρῶν μὲν ἐπ' ἴσης πάντων τὸ ἀνωφέλητον κατεγνοὺς, οἰμώζειν ἔφασκε· προσφεύγει δὲ μᾶλλον Θεῷ, καὶ αὐτοῦ λίαν ἐμμελῶς περιέχεται, καὶ τὴν ἐκεῖθεν ζητεῖ βοήθειαν. Ἔστι γὰρ ὅτε δὴ καὶ ἡ ἀπορία διδάσκαλος ἡμῖν τοῦ λυσιτελοῦντος γίνεται, καὶ ὅθεν ἡ ἀψευδὴς ἥκει βοήθεια, μανθάνειν ποιεῖ. « Ἡ γὰρ βοήθειά μου, φησὶ, παρὰ Κυρίου. »

D ϛ'. Θερμῶς τοιγαροῦν αἰτήσας, οὐ βραδέως ἐπιτυγχάνει, ἀλλὰ κατ' ὄναρ αὐτῷ δείκνυται ἰατρῶν πλῆθος στιχηδὸν παριστάμενοι, τὴν μέν τοι στολὴν ἱεροπρεπῶς περικείμενοι· εὐνοῦχον δέ τινα παρελθόντα ἑώρα, χρυσουφῆ μὲν περιβεβλημένον, Προποσίτῳ δὲ τὴν ἀναβολὴν ὅμοιον, ὃς καὶ ὑποδεικνύειν αὐτῷ ἐῴκει τῶν ἰατρῶν ἕκαστον, ὅπως ἔχει προσώπου καὶ ἡλικίας καὶ παραστήματος, ἐφ' οἷς ἔνα

[2] Psal. cxx, 2.

(2) A Patriarcha Mena non potuisse Sampsonem ordinari sacerdotem dictum est in Comment. prævium. 18.

(3) Regnavit Justinianus Magnus ab anno Christi 527 ad 565.

ὄντα τὸ πρόσχημα ταπεινὸν, τὴν πολιὰν εὐπρεπῆ, τὴν ἔνδυσιν εὐσταλῆ, γνωρίσαι τε τοῦτον τῷ βασιλεῖ ἐμμελέστερον καὶ οἷός ἐστι πάντων παρασκευάσαι καταμαθεῖν, καὶ ὡς αὐτὸς μόνος, οὐ μέν τοι τῶν ἄλλων οὐδεὶς, φάναι, δυνατός σοι δοῦναι τοῦ πάθους ἀπαλλαγήν. Ἐπεὶ οὖν καὶ ὕπνου ἀνείθη ὁ βασιλεὺς, ἀληθῆ κρίνας τὸν ὄνειρον (ἐποίει γὰρ πιστεύειν καὶ ταῦτα οἰκονομήσας ἰδεῖν καὶ μέλλων ἐξ ἔργου τὰ ὁραθέντα πιστώσασθαι), χαρᾶς μὲν πληροῦται· μετα καλεῖται δὲ τοὺς ἰατροὺς εὐθέως. Καὶ οἱ μὲν συνῆλθον καὶ εἰς ὄψιν αὐτῷ παρίστησαν ἅπαντες· ὁ δ' ἐπῄει ἕκαστον φιλοπραγμονῶν ἐσχάτως, καὶ βασανίζων οὐχ ἧττον, ἢ τὸν χρυσὸν ἡ Λυδία λίθος, πρόσωπόν τε καὶ σχῆμα καὶ ἡλικίαν κατὰ τὰ ὑποδειχθέντα παράσημα διὰ τῶν ὀνείρων. Ὡς δὲ οὐδὲν τῶν παρόντων ἑώρα τοιόνδε γνώρισμα, λύπῃ καὶ ἀπορίᾳ συνείχετο, καὶ οἷα δεψητικώτερος ἔτι καθίστατο τοῦ ἐπαγγελθέντος ἀποτυγχάνων. Ἐντεῦθεν πολλή τε καὶ θερμὴ καὶ ὀξεῖα ζήτησις, ἐπαγγελία τε δωρεῶν καὶ τιμῶν μεγίστων, ἃς ὁ τὸν ἄνδρα τὸν ζητούμενον ἐμφανίσων, ἀκολούθως οἷς εἶδε συμβόλοις ὁ βασιλεὺς, ἔμελλεν εὐθὺς λήψεσθαι. Ὁ μὲν οὖν ἐζητεῖτο λίαν ἐκθύμως, καὶ τὸ γνώρισμα ἦν, οὐ κατὰ τοῦ Πέλοπος, ὥσπερ οἶδεν ὁ μῦθος, ἀπὸ τοῦ ὤμου, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ περιόντος τῆς ἀρετῆς καὶ προτεγουμένως ἀπὸ τοῦ μετριοπαθοῦς καὶ συνεσταλμένου.

Ζ'. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἔτι δυσχερὴς ἦν ἡ εὕρεσις (ἐκρύπτετο γὰρ οὐ τὴν μορφὴν μεταβάλλων, οἷα δὴ καὶ τὸν Πρωτέα πλάττουσιν, ἀλλ' οἰκονομίᾳ τινὶ θειοτέρᾳ τούτου συμβαίνοντος, ἵνα καὶ ἡ βραδεῖα δήλωσις ἔτι μᾶλλον αὐτὸν ἐπιπόθητον καταστήσῃ) ὀψὲ καὶ μόλις τῶν ἰατρῶν τις τῶν βασιλικῶν, τῷ μὲν βασιλεῖ γνώριμος, συνήθης δὲ τῷ Μεγάλῳ, καὶ τὰ ἐκείνου ἄριστα συνειδώς, οὐ τὰ τῆς ἀρετῆς μονον, ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς χάριτός τε καὶ τῶν θαυμάτων, ἔνθεν αὐτῷ καὶ συμβαλεῖν ῥᾴδιον ἦν, ἐκεῖνον εἶναι τὸν ἰασόμενον, αὐτὸς οὗτος δῆλον εὐθὺς τὸν Μέγαν τῷ βασιλεῖ καθίστησι καὶ χαρᾶς αὐτῷ γίνεται πρόξενος, ὅσης οἱ πάθει σωματικῷ κάμνοντες καὶ ἀπαλλαγῆς ἐφιέμενοι, δυνατοὶ μόνον συνεῖναι. Εὐθὺς μὲν οὖν εἰς ὄψιν ὁ θαυμαστὸς αὐτῷ παρῄει Σαμψών· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ βραχὺ τὸ μέσον ἀκοῆς φημι, καὶ τῆς θέας γενέσθαι παρῆκεν· οὕτως αὐτὸν ἡ τοῦ ἰδεῖν ἰσχυρῶς εἶλεν ἐπιθυμία. Ἰδὼν οὖν ἀνέγνω καλῶς ἀπὸ τῶν νυκτὸς ὁραθέντων τὰ μεθ' ἡμέραν φαινόμενα, οἷον ὀφθαλμῶν ἡμερότητα, μορφῆς ἱλαρότητα, ἠθῶν εὐκοσμίαν, πώγωνος αὐχμηρίαν, ὀμμάτων κατήφειαν, σύμβολά τε αὐτῷ ἐπιτρέποντα μετριοφροσύνης. Ταῦτα ἐκεῖνος, προσιόντος τοῦ θαυμαστοῦ, θεασάμενος, οὐδὲ καθεκτὸς ἦν ἔτι, ἀλλ' ἀναστὰς ἐξ ἀμέτρου περιχαρείας περιβάλλει τε τὸν εὐτελῆ τὸ φαινόμενον, ὁ τὴν βασιλείαν περίβλεπτος, καὶ φιλεῖ ἄγαν ἡδέως, οὐ στόμα μόνον, ἀλλὰ καὶ κεφαλήν. Ἦ μὴν αὐτὸς εἶ, λέγων, Πάτερ, αὐτὸς εἶ, ὁ κατ' ὄναρ μοι παράδοξως ἐπιφανεὶς, ἀλλὰ καὶ τὸ πάθός τὸ ἐμὸν ἐπαγγελθεὶς ἰάσασθαι. Οὕτως εἰπὼν, εὐθὺς εἰς τὰ προσωτέρω συνεισῄει τῶν βασιλείων ἐγκρατὴς ὢν

A vultu, ætate et habitu; inter quos unum, qui erat specie humilis, canis decorus, vestitu honestus et compositus, diligentius curare, ut notus esset imperatori: et efficere, ut sciret qualis esset in omnibus, et dixisse: Hic solus, et nullus ex aliis, tibi potest dare, ut a morte libereris. Postquam autem a somno fuit excitatus imperator, verum judicans esse somnium (ut crederet enim, effecerat is qui providerat ut videret, et quæ visa fuerant, erat re ipsa confirmaturus), impletur quidem gaudio: accersit autem statim medicos. Et illi quidem convenerunt, et se ei omnes coram stiterunt. Hic vero unumquemque lustrabat, diligentissime perscrutans, et non minus examinans quam aurum lapis Lydius, vultumque et figuram B et ætatem, secundum signa, quæ erant ostensa per somnia. Postquam autem nullum vidit tale signum in eis qui aderant, dolore afficiebatur, et perplexo erat animo, multoque factus est avidior, quod nondum esset promissum assecutus. Hinc diligens facta est inquisitio, donorumque et maximorum honorum promissio, quos esset accepturus qui virum ostenderet ex iis indiciis quæ viderat imperator. Hic quidem diligenter quærebatur; signum autem, quo cognosceretur erat, non quomodo Pelopis (ut narrat fabula) humerus; sed virtus insignis, et præcipue moderati mores et compositi.

VII. Cum autem esset difficilis inventio (celabatur enim, non formam mutans, ut fingunt proteum, sed quodam divino hoc eveniente consilio, C ut tardior ostensio eum redderet magis desiderabilem), vix tandem unus ex medicis imperatoris, notus quidem imperatori, magno autem Sampsoni familiaris, et qui res illius optime noverat, non virtutem solum, sed etiam gratiam et miracula, eum manifestum reddit. Hinc autem illi facile erat conjicere, eum esse qui illum erat curaturus. Hic ergo ipse magnum illum Sampsonem notum reddit imperatori, et ei tantam conciliat lætitiam, quantam ii, qui laborant morbo corporis et ab eo cupiunt liberari, soli possunt intelligere. Atque statim quidem venit admirabilis Sampson: neque enim inter visum et auditum intercessit tempus vel brevissimum: tantum ejus videndi imperatorem ceperat desiderium. Cum vero eum vidisset, D ex iis quæ noctu visa fuerant, pulchre recognovit ea quæ cernebantur interdiu, utpote oculorum mansuetudinem, formæ hilaritatem, morum honestatem, barbæ squalorem, aspectus tristitiam, et quæ eum decebant signa moderationis. Hæc cum ille, admirabili accedente Sampsone, esset contemplatus, non potuit amplius contineri, sed surgens præ immoderata lætitia, eum qui specie vilis erat et abjectus, ipse, qui erat insignis imperio, amplectitur, et suaviter admodum osculatur, non os solum, sed etiam caput, dicens: Certe, o Pater, tu es ipse, qui mihi admirabiliter in somnis apparuisti: quin etiam te morbum meum pollicitus es

curaturum. Hæc cum dixisset, statim ingressus est in regiæ penetralia, Sanctum illum manu tenens : neque enim existimabat se magnum quid facere, illam honorans, cujus admirabilem virtutem mox esset experturus.

VIII. Postquam autem ingressus est imperator, et eum habuit secum sedentem, nondum sua erga eum benignitate satiatus, plura adhuc faciebat. Ejus manus capiens, suis imponebat oculis, et eas cum maxima voluptate deosculans, et in eas distillans lacrymas, lætabatur. Morbi enim, qui eum premebat, necessitas efficiebat, ut homo appareret potius quam imperator, et qui humanis flectebatur miseriis, quam qui imperatoria efferebatur magnificentia. Verumenimvero hæc magna imperatoris moderatio et religio, gravem Sancto injecit molestiam, et perinde ac si ei fieret injuria, et in eum nimia exerceretur molestia, non potuit tenere silentium, sed: Ne sic feceris, o imperator, neque tam demisse et abjecte, exclamabat ; nec eo quod te ipse immodiçe dejicias et deprimas, efficias, ut damner arrogantiæ. In quo enim sum communibus hominibus superior, qui sum miser, et peccatis obnoxius, et opus habeo magna Christi benignitate et clementia ? Verumenimvero hæc tua fidei abundantia et fervor, est futuri a Christo auxilii certus nuntius, qui est Rex regum, et potest omnia facere. Cum hæc dixisset, imposuit manum parti affectæ. Et ea quidem suo fungebatur officio. Ipse autem copia humilitatis volens celare abundantiam gratiæ, quibusdam rebus, quas parti laboranti ex arte imposuit, curationem conabatur ascribere. Sed medicinam, quæ applicabatur, vincebat, quæ celabatur, veritas : et qui in aliis fuerat cognitus rerum effector mirabilium, in hæc quoque fuit cognitus fecisse miraculum. Non multi enim dies præterierunt, et imperator fuit omnino liberatus a morbo, et est integram assecutus sanitatem, repletusque est lætitia et admiratione, illa quidem propter recuperatam valetudinem, hac autem propterea, quod qui eum sanum fecerat, Deo esset familiaritate conjunctus.

IX. Deinde etiam, ut tantæ curationisbeneficio responderet, B. Sampsoni aurum donavit splendide ac magnifice, et quæcunque poterant incitare desiderium ejus, qui secundum carnem vivit. Illi autem tenuiter et frugaliter vivere, erat bonum per se expetendum omnibus quidem divitiis beatius, quavis vero gloria ac dignitate excellentius. Imperatoris certe liberalitatem et munificentiam opportunis et validis recusavit recusationibus : Illa mihi das, dicens, o imperator, quæ lubenter reliqui propter Christum, ut qui multas possiderem pecunias, et multas haberem possessiones. Quomodo ergo ea accipiam, sine quibus vivere aperte comperi utilius esse, et a quibus prudenter discedentem Deo esse conjunctum, dilucide est ostensum ? Quod si pro summa tua benignitate et

A ἐκείνου τῆς τε Ὁσίου χειρὸς, οὐδὲ γὰρ ᾤετο μέγα τί ποιεῖν ἐκείνην τιμῶν, ἧς ἀπολαῦσαι θαυματουργούσης ἔμελλεν.

Η'. Ἐπεὶ δὲ καὶ εἰσῆλθεν ἔνδον βασιλεὺς, καὶ συγκαθήμενον αὐτὸν εἶχεν, οὔπω κόρον δεχόμενος τῆς φιλοφροσύνης, ἔτι καὶ πλέον ἐποίει, λαμβάνων αὐτοῦ τὰς χεῖρας, ὄμμασιν ἐτίθει τοῖς ἑαυτοῦ καὶ καταφιλῶν μεθ' ὅσης εἴποι τις ἡδονῆς, καὶ δάκρυα καταστάζων αὐτῶν ἥδετο · ἡ γὰρ τοῦ πιέζοντος πάθους ἀνάγκη ἄνθρωπον αὐτὸν ἐποίει μᾶλλον ἢ βασιλέα δείκνυσθαι καὶ ἀνθρωπίναις καλυπτόμενον ἀθλιότησιν ἢ μεγαλοπρεπείαις βασιλικαῖς ἐπαιρόμενον. Πλὴν ἀλλ' ἡ πολλὴ αὕτη τοῦ βασιλέως μετριοπάθεια
B καὶ τὸ σέβας βαρύτητα καὶ λύπην ἐμβέβληκεν τῷ Ὁσίῳ, καὶ ὥσπερ ἄδικόν τι πάσχων, καὶ εἰς μετριοφροσύνην πλεονεκτούμενος οὐκ ἤνεγκε σιωπᾷν · ἀλλὰ, Μὴ οὕτω ποίει, ὦ βασιλεῦ, μὴ οὕτως ἠρέμα καὶ ταπεινῶς, ὑπεφώνει, μηδὲ τῷ ἀμέτρως ἐθέλειν αὐτὸν ταπεινῶσαι, ἐμοὶ κρῖμα προξενήσας ὑπεροψίας. Τί γὰρ πλέον ἔχω ἐγὼ τῶν κοινῶν ἀνθρώπων, ταλαίπωρος ὢν καὶ ἁμαρτίαις ὑπεύθυνος, καὶ πολλῆς τῆς παρὰ Χριστοῦ χρηστότητος καὶ φιλανθρωπίας ἐπιδεής ; Πλὴν ἀλλὰ τὸ ἄφθονόν σου τοῦτο τῆς πίστως καὶ θερμὸν ἄγγελός σοι γίνεται ἀψευδὴς τῆς ἀπὸ Χριστοῦ βοηθείας, τοῦ Βασιλέως δὴ τῶν βασιλευόντων καὶ πάντα δυναμένου ποιεῖν. Οὕτως εἰπὼν, χεῖρα ἐπετίθει τῷ πάσχοντι μέρει · καὶ ἡ μὲν ἐνήργει τὰ ἑαυτῆς · ὁ δὲ κρύπτειν ἐθέ-
C λων ταπεινοφροσύνης περιουσίᾳ χάριτος ἀφθονίαν, ἐπιθέμασί τισι τοῖς ἐκ τέχνης, ἃ τῷ ἀλγοῦντι μέρει ἐπέβαλλεν, ἐπιγράφειν ἐπειρᾶτο τὴν ἴασιν. Ἀλλ' ἐνίκα ἐπιπλαττομένην οὕτω θεραπείαν ἡ ὑποκρυπτομένη ἀλήθεια, καὶ ὁ ἐν πολλοῖς καὶ ἄλλοις θαυματουργὸς γνωρισθεὶς κἂν τούτῳ δὴ θαυματουργῶν ἐγνωρίζετο. Οὐ πολλαὶ παρῆλθον ἡμέραι καὶ ὁ βασιλεὺς ὅλως ἀπηλλάγη τοῦ πάθους καὶ καθαρᾶς ἐκέλευσεν ὑγιείας, πλήρης τε ἦν εὐφροσύνης καὶ θαύματος, τῆς μὲν διὰ τὴν ἀνάστρωσιν, τοῦ δὲ διὰ τὴν τοῦ ὑγιάσαντος πρὸς Θεὸν οἰκείωσιν.

Θ'. Ἔπειτα καὶ ὡς ἀμειψόμενος τὸ μέγα τῆς θε-
D ραπείας δωρήμασιν ἐπικαίροις, χρυσόν τε ἐδίδου μεγαλοψύχως, καὶ ἄλλα ὅσα δὴ ἐπιθυμίαν οἶδε παρακαλεῖν, τοῦ κατὰ σάρκα ζῶντός φημι · ἐκείνῳ δὲ τὸ λιτῶς οὕτω καὶ ἠμελημένως ζῆν, αὐθαίρετον ἀγαθὸν, παντὸς μὲν πλούτου μακαριώτερον, πάσης δὲ δόξης ἀξιωματικώτερον · ἀμέλει καὶ τὸ τοῦ βασιλέως φιλότιμόν τε καὶ μεγαλόδωρον εὐκαίροις καὶ ἰσχυραῖς διεκρούσατο ἀπολογίαις. Ἐκεῖνά μοι δίδως, ὦ βασιλεῦ, εἰπὼν, ὧν αὐτὸς ἡδέως ἐξέστην διὰ Χριστὸν, πολλὰ μὲν ἐκ κτήμασι, πλεῖστα δὲ καὶ ἐν χρήμασι κεκτημένος. Πῶς οὖν ἐγὼ λήψομαι ταῦτα, ὧν τὸ ζῆσαι χωρὶς φανερῶς εὗρον ὠφελιμώτατον, καὶ ὧν τὸ ἀποστῆναι φρονίμως, Θεῷ οἰκειωθῆναι καθαρῶς ἀποδέδεικται ; Εἰ δὲ βούλει διὰ πολλὴν χρηστότητα καὶ φιλανθρωπίαν κεχαρισμένον ἡμῖν τί γίνε-

σθαι, μᾶλλον [θεῷ γινέσθω] καὶ οὕτω δὴ καὶ πρὸς ἡμᾶς τὸ γεγονὸς διαβήσεται. Ἔσται δὲ τοῦτο, εἰ πλησίον τοῦ ἐμοῦ οἰκίσκου, ὅν τε αὐτὸς οἰκῶ, καί τινας τῶν νοσήματι κατόχων εἰσάγων ἐπιμελείας ὡς ἐμὴ δύναμις ἀξιῶ, οἶκον τοῖς νόσῳ κάμνουσιν ἐπιτήδειον αὐτὸς ἐγερεῖς. Τοῦτο γάρ σοι ἀοίδιμον ὄνομα θήσει καὶ προξενήσει μισθὸν ἀναφαίρετον. Ἤκουσεν ὁ βασιλεὺς, καὶ τὸ αἰτηθὲν ὡς δωρεὰν μᾶλλον ἢ αἴτησιν ἀσμένως προσήκατο. Καὶ παραχρῆμα (καὶ γὰρ ἦν τότε καὶ τὸν θεῖον ἐπ' ὀνόματι τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας ναὸν κατασκευασόμενος) καὶ αὐτὸν ἐπέταττε συνοικοδομεῖσθαι προθυμίᾳ τε ψυχῆς, καὶ οἰκοδομούντων πολυχειρίᾳ, καὶ δαψιλείᾳ παντὸς ἀναλώματος, αὐτοῦ μὲν παρέχοντος φιλοτίμως, κατὰ δὲ τὸ ἀρέσκον τῷ Μεγάλῳ τῆς οἰκοδομίας τελευτουργουμένης. Ἐπεὶ δὲ καὶ ᾠκοδόμητο λίαν φιλοκάλως καὶ μεγαλοπρεπῶς, καὶ ὀνόματος αὐτοῦ ἠξιοῦτο, εὐθὺς ἐκείνῳ τε ἐπετράπετο, καὶ αὐτὸς ἦν ὁ θεῖος Σαμψών, ὁ τὴν τοῦ οἴκου προστασίαν πεπιστευμένος.

Ι'. Προστίθησιν ὁ βασιλεὺς καὶ ἕτερον, βασιλικῆς ἄξιον μεγαλοδωρίας, ἀπόμοιραν οὐκ ὀλίγην, οὐδ' ἐξ ὀλίγης προαιρέσεως τῷ ἁγίῳ τούτῳ οἴκῳ καθιεροῦν, ἐκ προνομῆς δήπου διαιρεθεῖσαν, ἧς ὁ θαυμαστὸς Βελισάριος ἀπὸ τῆς τῶν Ἀσσυρίων γῆς ἐκείνῳ προσαγαγὼν ἦν, λαμπρᾶς τῷ ὄντι καὶ φιλοτίμου. Εἶτα καὶ κτημάτων δωρεαῖς κρατύνει τὸν οἶκον, ἱκανῶς ἐχόντων εἴς τε ἄλλας αὐτοῦ δαπάνας καὶ πρὸς ἰατρῶν σιτηρέσια, καὶ τῶν ἑτέρας ἐπιτετραμμένων αὐτοῦ λειτουργίας. Ἐπὶ πολλοῖς οὖν τοῖς χρόνοις οὕτως ὁ Μακάριος διαρκέσας ἐν ταῖς τῶν καμνόντων ἐπιμελείαις, καὶ πατρικῶς πάντων καὶ λίαν κηδεμονικῶς, προμηθούμενος, ἐπεὶ καὶ εἰς βαθὺ γήρας ἤδη παραδὺς ἦν, καὶ ἀδυνάτως ἔχον αὐτῷ τὸ σῶμα τὴν τελευτὴν ὤδινε, νοσοῦν μὲν ὀλίγα καὶ οἷα προοίμια δείκνυσθαι ταῦτα καὶ ἀφορμὴ θανάτου. Θνήσκει δὲ οὐκ ἀθυμῶν, οὐδὲ βαρυνόμενος, οὐδὲ τὴν μετάθεσιν δυσχεραίνων κατὰ τὰς φιλοσωμάτους ψυχάς τε καὶ φιλοκόσμους, ἀλλὰ πράως καὶ ἱλαρῶς, ἅτε γοῦν δ' ἀκριβῶς ἐπιστάμενος ὑφ' οὗ καλεῖται, καὶ ἐξ οἵας περιφορᾶς εἰς οἵαν κατάστασιν μεταβαίνει, καὶ οἷαι τὴν μακαρίαν αὐτοῦ ψυχὴν ἀπολαύσεις ἐκδέξονται· ἐκ γὰρ τῶν πόνων τὰς ἀντιδόσεις, ἐκ τῶν σπερμάτων τε ἥδει καὶ τοὺς καρπούς. Ἡ μὲν οὖν ἀξιόθεος ἐκείνου καθαρὰ ψυχὴ πρὸς οὐρανίους οἰκήσεις μεταφοιτᾷ· τὸ δὲ ἱερὸν σῶμα καὶ ἅγιον τῷ

A humanitate nobis aliqua in re gratificari cupias, id fiat Deo potius, et ita quod factum fuerit, ad nos quoque transibit. Fiet autem hoc, si prope meam domunculam, quam et ipse habito, et aliquos ex iis, qui morbis laborant, eo introducens curo pro viribus, ægrotantibus domum aptam excitaveris. Hoc enim tibi et clarum nomen pariet, et conciliabit mercedem, quæ auferri non poterit. Audivit imperator, et quod petitum fuerat, libenter admisit, tanquam donum potius, quam petitionem. Et statim (tunc enim divinum construebat templum nomine Dei Sophiæ) jussit ut id quoque simul ædificaretur prompto et alacri animi studio, et eorum quæ ædificabant, magna multitudine, et omnium impensarum copia, ipso quidem suppe-
B ditante liberaliter, ex magni vero Sampsonis sententia effecto ædificio. Postquam autem pulchre et magnifice fuit ædificatum, et ab ejus fuit nomine denominatum, protinus illi fuit permissum. Et ipse erat divinus ille Sampson, cui commissa fuerat domus administratio (4).

X. Adjicit autem imperator aliud quoque dignum imperatoria munificentia. Non exiguam enim suorum bonorum partem, et non sine egregio proposito, huic ædi sanctæ consecrat, sumptam, scilicet ex prædis, quas admirabilis ille Belisarius ad eum attulerat e terra Assyriorum (5), quæ revera erant præclaræ et opimæ. Deinde domum quoque munit donis possessionum, quæ et ad alios ejus sumptus sufficiebant, et ad alimen-
C tum medicorum, et eorum, quibus erant alia commissa munera. Cum multos autem annos sic transegisset (6) ille beatus in cura gerenda ægrotorum, de quibus omnibus erat instar patris sollicitus, et jam ad gravem devenisset senectutem, et corpus imbecillum ei mortem parturiret, parum quidem ægrotat, et quod posset ostendi esse procemium et occasio mortis. Moritur autem non tristis, neque graviter et ægre ferens decessum, ut solent animæ quæ corporis et mundi nimio tenentur amore : sed placide et hilariter, ut qui pulchre sciret a quo vocaretur, et a qua perturbatione ad quam transiret requiem, et quantæ voluptates essent beatam ejus animam excepturæ. Ex laboribus enim remunerationes, et fructus noverat ex seminibus. Atque
D Deo quidem digna et munda illius anima ad cœlestem transit habitationem: sacrum vero et san-

(4) Erat hoc xenodochium, ut habet Cangius in Constantinopoli Christiana lib. IV, inter ædem Sophianam et ædem Irenes. Et, ut ibidem ait Cangius, exstat Epistola Innocentii III Pontificis lib. XIII, epist. 17, qua confirmat præceptori et Fratribus hospitalis S. Sampsonis Constantinopolitani donationem cancelli, quod Garelis nuncupatur, factum ab Henrico imperatore CP. Meminit etiam istius xenodochii Jacobus de Vitriaco in *Hist. Occident.*, cap. 29, his verbis : « Quemadmodum sunt hospitalia sancti Spiritus in Romana urbe et S. Sampsonis in Constantinopolitana civitate, et B. Antonii in ipso capite, et B. Mariæ Ronsciovallis in introitu Hispaniæ, et alia quædam Deo grata et pauperibus peregrinis, seu infirmis valde necessaria. »

(5) Transferri id oportet post mortem Sampsonis : vivente etenim Sampsone xenodochium hoc satis misere habebat, ut habetur infra sub finem num. 17 : quamvis, quoad structuram attinet, satis magnificum fuerit, ut dictum est in Commentario prævio num. 15.

(6) Hæc non intelligenda sunt post conditum a Justiniano xenodochium : verum de cura et solicitudine quam etiam prius ægrotis et pauperibus impenderat : post structum enim xenodochium unum alterumve annum tantum supervixit.

ctum ejus corpus deponitur honorabiliter in maximo templo Mocii martyris (7), utpote quod magnus ille Sampson ex eo diceretur trahere cognationem, non corpore solum, sed multo magis animo et moribus. Quam multis autem clarus fuerit miraculis, qui est in rebus omnibus maxime admirabilis, non in vita solum, sed etiam multo magis post mortem, neque lingua potest dicere, neque auris admittere. Quomodo enim, cujus nec in hodiernum quidem diem constiterunt fluenta miraculorum? Imo vero nec consistent quidem, donec ille idem fuerit, et ejusdem misericordiæ ad intercedendum pro hominibus apud Deum. Pauca ergo, si videtur, ad Dei gloriam, et eorum, qui audiunt, delectationem ac utilitatem ex iis quæ post ejus hinc excessum facta sunt, prosequatur oratio.

A μεγίστῳ ναῷ Μωκίου τοῦ μάρτυρος πανσέπτως ἐγκατατίθεται· ἅτε δὴ καὶ συγγένειαν ἕλκειν ἐκεῖνον τοῦ Μεγάλου φημιζομένου, καὶ οἰκείως ἔχειν, οὐ κατὰ σῶμα μόνον, ἀλλὰ καὶ πλέον κατὰ ψυχὴν δηλαδὴ καὶ τοὺς τρόπους. Ὅσοις δὲ τοῖς θαύμασιν ἐδοξάσθη ὁ τὰ πάντα θαυμασιώτατος, οὐ κατὰ τὴν ἐντεῦθεν ζωὴν ἀκλῶς, ἀλλὰ μετὰ τὸν θάνατον πολλῷ μᾶλλον, οὔτε γλῶττα δυνατὴ λέγειν, οὔτε ἀκοὴ παραδέχεσθαι. Πῶς γὰρ, οὐ μηδὲ μέχρι καὶ νῦν οἱ τῶν θαυμάτων ἵστασαν ῥύακες· μᾶλλον δὲ οὐδὲ στήσονται, ἕως ἂν ἐκεῖνος ὁ αὐτὸς ᾖ, καὶ τοῖς αὐτοῖς χρῆται σπλάγχνοις ὑπὲρ ἀνθρώπων πρὸς Θεὸν διαπρεσβευόμενος; Ὀλίγα τοίνυν, εἰ δοκεῖ, πρὸς δόξαν Θεοῦ καὶ τῶν ἀκουόντων ἡδονὴν καὶ ὠφέλειαν, τῶν μετὰ τὴν ἐντεῦθεν αὐτοῦ μετάθεσιν γενομένων τῷ λόγῳ μετειπάτω.

B

CAPUT II

Miracula post mortem.

XI. Et primum quidem sit, quod et multæ linguæ canunt, et libri ferunt, et omnes credunt, quod in populari tumultu, adversus Justinianum, magnum illum et clarissimum imperatorem excitato accidit (8). Illo tempore audacissimorum atque imprimis temerariorum hominum manus, ignem ferentes, præclarissimas et ditissimas ædes aggrediuntur, atque principium incendio dant a maximo templo Dei Sophiæ, quod cum in orbem omnia exedisset, deinde serpens venit usque ad præclaras ædes divini Sampsonis, et tectum arripit celeriter, et fremens ulterius procedit: existimabaturque fore, ut mox tota domus omnino interiret. Quid ergo est postea consecutum? Multæ quidem ex adverso in eo movebantur manus gratæ et piæ, nihil non facientes, nihil non molientes eorum quæ possunt fieri ad ignis cohibendum impetum. Sed malum erat inexpugnabile, et omne superabat auxilium. Vincitur tamen, et eo fuit potentior cura magni Sampsonis. Fuerunt enim, fuerunt, qui tunc digni sunt habiti divinum videre Sampsonem per tectum circumcirca cursitantem, et ignem increpantem, et veluti frementem, et admirabiliter ejus impetum retardantem. Cujus quidem aspectu ignis veluti obstupefactus retrocessit: deinde cum tonitru repente erupisset, copiosa quoque affluxit pluvia, quo factum est, ut ignis exstinguereretur, et domus conservaretur illæsa præter tectum (9).

ΙΑ΄. Καὶ πρώτον γε τοῦτο, ὃ καὶ γλῶτται πολλαὶ ᾄδουσι, καὶ βίβλοι φέρουσι, καὶ πάντες πιστεύουσι, καὶ ὁ κατὰ τὴν τοῦ μεγάλου, φημὶ, καὶ μέγα τὸν βασιλέα λάμψαντος Ἰουστινιανοῦ τοῦ δήμου φόβον, ἔτις γε κατ' αὐτοῦ συνέστη, γενέσθαι συνέβη. καὶ ὅπως πάντολμοί τινες χεῖρες καὶ φυσιώδεις, πῦρ ἀκόμασαι, τοῖς λαμπροῖς τῶν οἴκων καὶ πολυχρύσοις, κατὰ τὸ ἐξαίσιον ἐπιτίθενται. Ἔμελλε μὲν οὖν τὸ κακὸν ἀπὸ τοῦ μεγίστου ναοῦ τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας, καὶ τὰ κύκλῳ διοικεμαθὲν ἅπαντα, ἐπὶ καὶ μέχρι τοῦ λαμπροῦ τοῦδε οἴκου τοῦ θείου Σαμψὼν ἕρπον ἔρχεται. καὶ τῆς ὀροφῆς ὀξέως ἐπιβάλλεται καὶ τὸ προστώιον βρέμων ἐκφέρει, ἐπιδῶ τε ἐν ὅσον οὔπω, καὶ παντελῶς θέσθαι τὴν ὁλοφόρον. Τί τοίνυν τὸ μετὰ ταῦτα; πολλαὶ μὲν ἀστόρφως ταῖς προλαβούσαις ἐκινοῦντο περὶ ἐκεῖ χεῖρες φιλοχάριστοι καὶ φιλόθρωποι, τί μὴ ποιοῦσαι, καὶ τί τῶν γενέσθαι δυναμένων οὐ μηχανώμεναι πρὸς ἐπίσχεσιν τῆς τοῦ πυρὸς ῥύμης· ἀλλὰ θεῶν ἄμαχον ἦν, καὶ πάσης ἰσχυροτέρου βουλῆς· ἡττᾶται δ' οὖν ὅμως, καὶ κρείττων ἡ τοῦ Μεγάλου προστασία γίνεται. Ἦσαν γὰρ, ἔσαν, οἱ τὸ θεῖόν ποτε Σαμψὼν ἐξιόντες διωρεῖν, κύκλῳ τῆς ὀροφῆς περιθέοντα, ἐπιτιμῶντά τε τῷ πυρὶ, καὶ οἷον ἐμβριμώμενον. καὶ τῆς ὁρμῆς αὐτῷ παραδόξως ἀναχαιτίζοντα. οὗ καὶ τὸν θεῖον ἐκεῖνον ὕπνον καταπλαγὲν, εἰς τοὔπισθεν τε ἐχώρει, καὶ ἐκόπαζε· ἔπειτα βροντῆς ἄθροον καταβροντούσης, ὄμβρος οἷος δαψιλὴς ἐπιῤῥύη, ὡς ἐντεῦθεν, τὸ μὲν πῦρ ἐκσβέσαι, διασωθῆναι δὲ καὶ τὸν οἶκον πλὴν τῆς ὀροφῆς ἀπαθῆ.

C

D

(7) De S. Mocio martyre actum est die 11 Maii.

(8) Hæc seditio facta est anno v Justiniani, atque excitata est a Victoriatis, ita appellatis, quod pro tessera τὸ Νίκα *Vince*, assumerent. Hanc fuse describunt Procopius *de bello Pers.* lib. I, cap. 24, et *Chronicon Alexandrinum* ad annum v Justiniani, etc.

(9) Hoc miraculum ægre conciliari potest cum eo, quod habet Chronicon præcitatum, asserens, quod in præ icto tumultu populari. Ξενὼν τὸν Σαμψὼν ὁ μέγας ἐκαύθη, καὶ ἐστάλησαν οἱ ἐν αὐτῷ ὄντες κείμενοι ἀρρωστοι. Magnum Sampsonis xenodochium conflagravit, et interierunt qui in illo decumbebant infirmi.

σκείσθω καὶ ἕτερα τῶν θαυμάτων, οὐ τὰ A
ὁτερον γενόμενα χρόνοις, δι' ἀπορίαν καὶ·
οσφάτων (οὐδὲ γὰρ ἐκλείπουσιν ἄχρι καὶ
ταμῶν μιμούμενα τοὺς ῥέοντας ἀεννάως),
ικρῷ πρόσθεν γεγενημένα, ἵνα καὶ πλέον
ἀ εἴη, τὰ μὲν αὐτοὺς ἐκείνους διηγουμέ-
α, τοὺς τῶν χαρίτων ἀπονεμένους, γλώτ-
θεις καὶ τῷ ψεύδει παντάπασιν ἀπεχθα-
ὰ δὲ τοὺς γένει προσήκοντας ἢ ὑπηρετή-
ἄλλως ὠκειωμένους αὐτοῖς ἐκείνοις τοῖς
άτων πεπειραμένοις. Αὐτίκα γοῦν Θεοδώ-
τῷ Σπαθαροκουβικουλαρίων διαπρέπων τά-
τολλή γε ἡ ἀρετὴ μαρτυρεῖται, χρηστότης
ἀληθείας, καὶ μετριοπαθὴς ἐπιείκεια·
ηρέτης ἦν, καὶ ὑπηρετῶν οἰκειότατος'
ἐκείνου φημὶ, ὃν ὁ τῶν Πατρικίων τε καὶ B
ν εἶχε χορὸς, καὶ ὃς μετῆλθε μὲν τὸν
γαρίου τῶν πλωίμων, μετῆλθε δὲ καὶ τὴν
του τοῦ δρόμου ἀρχὴν, ἐφ' ᾗ καὶ τέθνη-
ον μετὰ τὸν ἐκείνου θάνατον, ἢ μῆνες τὸ
πέντε. Τοῦτῳ τοιγαροῦν τῷ Θεοδωρίτῳ,
ἦν [Λέων τοὔνομα] τῶν συνυπηρετούντων
ῆ Λέοντι, ἀλλὰ καὶ οἰκείως ἐχόντων καὶ
ς, πρωτοσπαθάριός τε γάρ ἦν, καὶ ὡς
ομόζειν, ἐπὶ τοῦ Μαγκλαβίου, φίλος τε
ίτῳ ἐς τὰ μάλιστα καὶ συνυπηρέτης ὁμό-
ύτῳ τοίνυν τῷ Λέοντι ὁ Δρουγγάριος κατά
κσιν χαλεπήνας, ἐξ ὄψεώς τε ἔθετο, καὶ
αὐτὸν ἀπέστησε τῆς συνήθους, χρόνον
ύν. Μάρτυς εἰμὶ καὶ αὐτὸς τῆς πρὸς τὸν
λεπότητος τοῦ ἀνδρὸς, καὶ τὴν ἀποστρο- C
καὶ τὴν χρόνιαν ἀπόστασιν. Καὶ γὰρ καὶ
ὑν ὑπὲρ τοῦ Λέοντος, φίλος ὢν καὶ συν-
δρουγγαρίῳ. Ἠνιᾶτο τοίνυν ὁ Λέων μάλα
κὶ ἀθυμίᾳ συνείχετο, καὶ τὴν λύπην εἶχε,
ὀστέων ἁπτομένην καὶ μυελῶν, καὶ
ήκουσαν. Ἦν δὲ τὸ λυποῦν οὐ μόνον τοῦ
λλὰ μὲν καὶ Θεοδώριτος τὸν αὐτὸν εἶλκε
λόγου, καὶ συνήλγει αὐτῷ καὶ συνέπασχε,
ων φιλανθρωπίας, ἅτε δὴ φίλος ὢν καὶ
ης, ὥσπερ ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσεν.
τῃ τοίνυν μηδὲ φέρων οὕτω πάσχοντα τὸν
θορᾷν, ἀπετόλμα δηλαδὴ καὶ παρεκινδύ-
λόγοις τοῖς πρὸς τὸν ἑαυτῶν δεσπότην
ὰρ δυσπρόσιτός τε καὶ δυσομίλητος ὁ ἀνὴρ,
τα ἐν ὑπηρέταις) καὶ ἠξίου περὶ αὐτοῦ D
ν ἔμφρονα· Οἴχεται, λέγων, ὁ Λέων οἴχε-
μὴ καὶ δρᾶσαι μέν τι τῶν χαλεπῶν, ὅπερ
ὐ βουλόμεθα, μηδὲ θανάτου καταστῶμεν

XII. Adjiciantur alia quoque miracula, non quæ multis ante annis facta sunt, quod desint nova et recentia (non enim in hodiernum usque diem deficiunt, utpote perennes imitantia fluvios), sed ea quæ paulo ante contigerunt, ideoque sunt magis credibilia ; quæque relata fuerunt, tum ab iis ipsis, qui beneficia consecuti sunt, viris veridicis, et omnis mendacii osoribus : tum ab illis, qui aut consanguinei, aut famuli, aut aliter familiares fuerunt iis, in quibus miracula patrata sunt. Adsit igitur Theodoritus, Spatharocubicularius insignis (10), cujus testatissima est virtus, probitas, veracitas, et summa animi moderatio. Is erat famulus, et famulorum familiarissimus, et fidelissimus Leonis illius, qui erat ex ordine patriciorum, et præpositorum, quique gessit magistratum Drungarii (11) classiariorum, necnon ratiocinatoris (12) cursus ; in quo diem clausit extremum, non amplius quam menses, ut summum, quinque post obitum illius. Erat Theodorito huic etiam socius ex numero secum famulantium illustri Leoni, et ipse Leo dictus, domino suo charus atque familiaris. Erat enim protospatharius et ut mos est nominare (13), in Manclabio (14). Hic summus erat Theodoriti amicus, et unanimis socius in ministerio. Huic autem Leoni cum aliqua de causa succensuisset Drungarius, eum habuit suspectum, et tempore non parvo eum a consueta removit familiaritate, et ab ea, quam prius habebat, fiducia. Sum quoque ego testis Drungarii adversus Leonem indignationis, vidique aversionem ejus et diuturnam separationem. Imo ego quoque rogavi pro Leone, ut qui essem Drungario amicus et familiaris. Valde itaque angebatur Leo, et magna afficiebatur animi ægritudine, dolorque vel ipsa ossa et medullas tangebat, et valde consumebat. Quin etiam Theodoritus idem jugum trahebat, ut dicitur, ejusque movebatur misericordia, gravique dolore afficiebatur, legibus cedens amicitiæ, ut qui esset amicus, et in ministerio socius, ut prius est ostensum.

XIII. Cum itaque ferre non posset, Leonem sic affici, ausus est verbis suum aggredi dominum (neque enim facilis ad eum patebat aditus, et asper erat in sermonis congressione, maxime inter famulos) et prudenti inita ratione, pro eo rogavit : Perit, dicens, Leo perit : timendum est, ne sibi grave aliquid faciat, quod quidem certe nolimus, neque simus auctores ejus mortis. Miser enim jam

ıtharii erant, qui custodiæ corporis imerant deputati, a voce Σπάθα, quæ majo-
ium significat, quo illi armabantur. Vide in Glossario Græco-Barbaro. Spatharo-
ius, qui simul spatharii et cubicularii
ungebatur.
ıngarius, id est præfectus, a voce Δροῦγ-
Globum militum significat. Leunclavius
astico Turcico ita Græcis appellari ait
tribuni, quem instar sceptri gerit, forte a
ıa *truncus*, ut ait Cangius ; quem consule in utroque Glossario. Hic Drungarius ad classis præfecturam refertur.

(12) Λογοθέτης τοῦ Δρόμου erat is, qui rationes cursus publici expendebat. Vide Cangium ibidem.

(13) Πρωτοσπαθάριος, Præfectus custodum corporis.

(14) Μαγκλάβιον *Clavam* significat, qua armabantur qui erant imperatoriæ cohortis; hic vero sumitur pro ipsa cohorte imperatoria. Rursum vide Cangium.

extabuit, et est sane consumptus, non ferens tuam aversationem ; et statim amittet etiam animam. Hoc cum non semel, sed sæpe dixisset, assiduitate et opportuna persuasione belle reconciliat Leoni dominum suum ; jubeturque ipsum adducere in conspectum ejus. Ille vero præ nimio gaudio ac festinatione (dum forte debebat per scalas descendere) impeditum alicubi pedem graviter luxat ; jacetque sine voce, immobilis et dolore fractus, ac ægre tandem delatus est ad lectum. Tres dies præterierant, et ipse sic jacebat supinus, mutus, stupefactus, somni et cibi expers, nec aquam quidem admittens, nec omnino se movens, sed veluti lecto affixus, et a re inanima nihil differens. Sanctum tamen etiam tacendo rogans, videt eum stantem ad extremum lecti, tangentem talum pedis affecti, et dicentem : Surge, nihil erit tibi amplius mali. Simul autem atque hoc dixit, simul disparuit, spectante Theodorito, et præ stupore nihil loquente. Postquam vero magnus ille Sampson procul fuit ab oculis, ad se redit Theodoritus, et novo veluti spiritu animatur, sibique restituitur ; oris quoque et linguæ usum recipiens, læta voce glorificabat Deum subsusurrabatque : Sanctus iste est Sampson ; et statim ministrum est allocutus, dicens : Surge, Basili (ita enim is vocabatur), et da mihi vestem, ut me induam : et simul pedem tetigit. Eum autem videns sanum, alteri manum admovit, qui erat illæsus ab initio. Rei enim admirabilitas eum reddebat prope emotæ mentis, et erat tanquam sui oblitus, et dubitans et hæsitanti similis. Nimium enim gaudium et bonum inexspectatum ac præter opinionem eveniens, mentem solet dimovere. Ubi autem comperit ambos esse sanos, alacri statim animo et pedibus tendit ad sepulcrum ejus, qui misero curationem impertierat, et beneficium ei refert acceptum, gratiasque pie agit, ut solet gratus et memor animus.

A αἴτιοι· τέτηκε γὰρ ὁ δυστυχὴς ἤδη καὶ δεδεπάνηται, τὴν ἀποστροφὴν οὐ φέρων τὴν σὴν, καὶ ὅσον οὔπω ἀποβάλλει καὶ τὴν ψυχήν. Τοῦτο οὐχ ἅπαξ εἰρηκὼς, ἀλλὰ καὶ πολλάκις, τῷ συνεχεῖ καὶ εὐκαίρῳ πείθει, καὶ τὴν καταλλαγὴν πρεσβεύει καλῶς τῷ Δέοντι. Εἶτα καὶ εἰς ὄψιν αὐτὸν ἀγαγεῖν κελευσθεὶς, ἐκεῖνος ἐκ τῶν ἄγαν περιχαρείας (κλίμακα οὕτω συμβὰν κατιὼν) καὶ τῷ τάχει συμποδισθεὶς, διάστροφός τε καὶ ἕξεδρος τὴν τοῦ ποδὸς ἁρμογὴν γίνεται· καὶ εὐθὺς ἄφωνός τε καὶ ἀκίνητος ἦν, ὑπὸ τῆς περιωδυνίας ἀπορράγεις, ἡ κλίνη τε εἶχε τοῦτον, μόγις πρὸς αὐτὴν ἐκκεκομισμένον. Τρεῖς παρῆλθον ἡμέραι, καὶ αὐτὸς οὕτως ἔκειτο ὕπτιος, ἄφωνος ἄϋπνός τε καὶ ἀχανὴς καὶ ἄσιτος, οὐδὲ ὕδατος προσιέμενος οὐδαμῶς, οὐδὲ κινηθεὶς ὅλως· ἀλλ' οἱονεὶ τῇ κλίνῃ προσηλωμένος καὶ τῆς ἀψύχου διαφέρων οὐδέν. Δεόμενος
B μέντοι καὶ σιωπῶν τοῦ Ἁγίου, ὁρᾷ τοῦτον παρὰ τοὺς πρόποδας ἑστηκότα τῆς κλίνης, τοῦ ἀστραγάλου τὸν ἐπαφώμενον τοῦ πεπονθότος ποδὸς, καὶ Ἔγειραι, εἰρηκότα, κακὸν γάρ ἐστί σοι τὸ παράπαν οὐδέν· ἅμα τε ἔφη τοῦτο, καὶ ἅμα ἐξῄει, βλεπόντων τοῦ Θεοδωρίτου τῶν ὀφθαλμῶν. τοῦ στόματος μηδὲ φθέγγεσθαι δυναμένου, Ἐπειδὴ καὶ ὁ Μέγας πόρρω τῶν ὀφθαλμῶν ἦν, ἐπάνεισι μὲν εἰς ἑαυτὸν ὁ Θεοδώριτος, καὶ οἱονεὶ ψυχοῦται, καὶ κινουμένῳ παρόμοιος δείκνυται, φωνῇ δὲ καὶ τὸ στόμα ὥσπερ πρότερον εἶχε, δοξάζων τε ἦν τὸν Θεὸν, φωνῇ φαιδροτέρῳ, ὡς δὲ καὶ ὑποφθεγγόμενος, Ὁ ἅγιός ἐστι Σαμψών. Καὶ αὐτίκα [πρὸς] τὸν ὑπηρετούμενον, Ἀνάστα, ἔφη, Βασίλειε (οὕτω γὰρ ἐκαλεῖτο), καὶ τὸ ἱμάτιόν μοι δὸς ἐπενδύσασθαι. Καὶ ἅμα τοῦ
C ποδὸς ἥπτετο, καὶ ὑγιᾶ τοῦτον ὁρῶν, θατέρῳ τὴν χεῖρα προσῆγε τῷ ἐξ ἀρχῆς ἀπαθεῖ· ἐδείκνυ γὰρ αὐτὸν μικροῦ καὶ ἔκφρονα ἡ παραδοξοποιία τοῦ πράγματος, καὶ ὥσπερ ἐκλαθόμενος ἑαυτοῦ, καὶ ἀμφιγνοῶν διέκειτο, καὶ ἀπορουμένῳ ἐοίκει. Ἄλλως τε δὲ καὶ ἡ περιχάρεια καὶ τὸ ἀδόκητον ἀγαθὸν, οἷδεν ἐξιστᾷν οὐ μετρίως. Ὡς οὖν καὶ ἀμφοτέρους ἐῤῥῶσθαι διέγνω, αὐτίκα πρόθυμος προθύμοις ποσὶ, πρὸς τὸν τοῦ θεραπεύσαντος τάφον, ὁμολογεῖ τε τὴν χάριν, καὶ τὴν εὐχαριστίαν, ὥσπερ οἶδεν εὐγνώμων ψυχὴ, θεοφιλῶς ἀποδίδωσι.

XIV. Huic vero Theodorito accidit, ut Sanctus ille in alio quoque miraculo, quod circa dominum, ejus factum est (quisnam autem is sit, jam ostensum est) inserviret. Sed quomodo id accidit ? Cum Drungarius hic Leo aliquando equitaret, evenit, ut equus illius pedem muro allidens, eum feriret
D graviter Male autem se habebat pes, non brevi aliquo tempore, sed multis diebus. Deinde cum sic affectus ostenderetur medicis, eos ad necessariam sectionem et chirurgicam operationem propellebat. Atque erat quidem dies quartus, quo medicis visum fuerat sic facere. Et Nicolaus (erat autem is quoque unus ex iis qui serviebant Drungario, et ejus domum complebant) statuerat ipsi afferre sectionem. Illa vero nocte apparent Teodorito iviri tres, domum Drungarii ingredientes, habitu et amictu Romani. Quibus factus obviam, Quonam itis ? rogavit. Illi autem voce et aspectu placido : Ad dominum tuum accedimus. Ad hæc autem

ΙΔ'. Τῷ Θεοδωρίτῳ δὴ τούτῳ καὶ ἑτέρῳ θαύματι, ὅ περὶ τὸν ἑαυτοῦ πέπρακται κύριον (δῆλος δὲ ἤδη, τίς οὗτός ἐστιν) ἐξεγένετο ὑπουργῆσαι, ἀλλ' ὅπως ἄρα καὶ ἐξεγένετο. Τοῦ Δρουγγαρίου Λέοντος, τοῦ δὲ ἱππαζομένου ποτὲ, συμβαίνει τὸν ἵππον τοίχῳ
D προσαῤῥάξαντα τὸν ἐκείνου πόδα πλῆξαι χαλεπῶς. Εἶχε τοιγαροῦν πονηρῶς ὁ πούς, οὐ παρ' ὀλίγον, ἀλλ' ἐν ἡμέραις συχναῖς Εἶτα καὶ τοῖς ἰατροῖς οὕτως ἔχων ἐπιδεικνύμενος, πρὸς τομὴν αὐτοὺς ἀναγκαίως παρεκάλει καὶ χειρουργίαν. Ἡ μὲν οὖν ἡμέρα τετρὰς, ὅτε οὕτω δέδοκται τοῖς ἰατροῖς δρᾷν· καὶ ὁ Νικόλαος (εἷς δὲ καὶ αὐτὸς τούτων ἦν, τῷ Δρουγγαρίῳ τε ὑπηρετούμενος καὶ τὸν αὐτοῦ οἶκον συμπληρούσης) ὡρίζετο ἐπενεγκεῖν αὐτὸς τὴν τομήν. Κατὰ δὲ τὴν νύκτα ἐκείνην, ἐπιφαίνονται τῷ Θεοδωρίτῳ ἄνδρες τρεῖς, τὸν οἶκον εἰσιόντες τοῦ Δρουγγαρίου, τὸ σχῆμα Ῥωμαῖοι καὶ τὴν περιβολήν. Οἷς ὑπαντήσας, Ποῖ δὲ ἡ ἄφιξις ; ἤρετο· Καὶ αὐτοὶ πραείᾳ ἅμα φω πράῳ δὲ καὶ τῷ βλέμματι, Πρὸς τὸν κύριόν σ

ιν, εἶπον. Πρὸς ταῦτα τῷ Θεοδωρίτῳ
Ἀλλ' ἠγνόηται καὶ ὑμῖν τοῖς κυρίοις,
δρουγγαρίῳ τῷγε νῦν ἔχει, καὶ ὡς τή-
τοῖς ἰατροῖς τομὴν τῷ ποδὶ ἐκείνου
ἱ δέ, Οὔ, φασίν, ἀλλὰ τοῦτό σοι μὴ
· ἡμεῖς γὰρ πρὸς αὐτὸν ἐλευσόμεθα
ευῆς, καὶ αὐτὸν ἐποψόμεθα. Ἕωθεν
τρούς ἔργον ἔχεσθαι βουλομένους, καὶ
γαγεῖν τὴν τομὴν, εἴργεν ὁ Θεοδώριτος,
αὐτίκα τῆς ὄψεως, κἀκείνοις ὅπως
ἀμενος, καὶ αὐτοὶ δὲ μαθόντες, καὶ οὐ
ναι τὴν ὄψιν εὐσεβῶς κρίναντες, ἐπ-
καὶ ἡ Παρασκευὴ παρῆν (ὦ Χριστὲ, τῶν
ν, ὡς θαυμαστὸς εἶ ὁ Θεὸς ἐν τοῖς σοῖς
οὺς ἦν, οἷος πρὸ τοῦ παθεῖν, ἀκραιφνὴς
ινότατος, οὐχ ὅπως τομῆς, ἀλλ' οὐδέ τινος
εἴας δεόμενος.

αὐτῆς μόνον οὗτος ὁ περιφανὴς Λέων,
ίρας ἀπέλαυσε τοῦ μεγάλου θαυματουρ-
τῶν βαρυτάτων περισχεθεὶς, τοῖς τε ἄλ-
ατος μέρεσιν ἀδυνάτοις, τοῖς δὲ γόνασι
εδὸν ἀχρήστοις αὐτοῖς, καὶ μηδὲ ἐνερ-
ἐκέχρητο · ἐν μὲν γὰρ ὁμαλεῖ τόπῳ καὶ
ζειν ἴσως αὐτῷ κατὰ σχολὴν οὐκ ἀδύνα-
ι δὲ ἀνελθεῖν, ἢ ὁδεῦσαι πρὸς ἄναντα,
κλείων ἄθλων αὐτῷ τὸ ἐγχείρημα. Ἰα-
ντων καὶ τῶν ἄλλων βοηθειῶν ἐπαγγελ-
ῶν πλέον τῶν ἐπαγγελιῶν ἀπέλαυσε καὶ
ἐνησθῆναι μόναις. Εἶτα τῆς τοῦ Ἁγίου
αθούσης, φρονεῖ τι θεοσεβέστερον καὶ
ελεῖν ἀληθέστερον, τῶν ἄλλων πάντων
ὑπεριδὼν τῷ ἐκείνου προσεὶς τάφῳ, ἐν
πραγματείαις μὲν οὐ χρῆταί τισιν,
ίροις ἄλλως προσεδρίαις, εὐχῇ δὲ μόνῃ
ιοιφῇ τοῦ ἐκεῖθεν βλύζοντος μύρου ἐπὶ
αὐτοῦ τοῖς πεπονηκόσιν· οὐ γενομένου,
μὲν εὐθέως τὰς τῆς νόσου πέδας, ῥών-
ὺς πόδας ῥῶσιν ἐντονωτάτην. Ἔπειτα
τι ὅλῳ σώματι καὶ ἡδομένῃ ψυχῇ πρὸς
πάνεισι τὸν οἰκεῖον. Πλὴν ἀλλὰ δεῖξαι
ὅτι μὴ πρὸς ῥᾴθυμον ψυχὴν, περὶ τὰς
εὐεργεσία, ἀλλὰ πρὸς εὐγνώμονα μᾶλλον
ικὴν, ἐπείπερ ὁ τοῦ θείου τοῦδε Σαμψὼν
ν ἦν τότε καὶ εἰς γόνυ κλιθεὶς, ὅσον ἐν
ἱ ἀναλώμασι τοῖς εἰς δέον, αἰτεῖται τὸν
ωσταντῖνον (ἐκεῖνος γὰρ ἦν ὁ τότε κρα-
σθῆναι οἱ τοῦ οἴκου τοῦδε τὴν προστα-
οῦν ἐδίδου, ᾔδει γὰρ οἷος τὴν ἐπιμέλειαν
ς δὲ λαβὼν, οὐκ ἀνίει, καὶ χειρὶ, τὸ τοῦ
ποδὶ συμβαλλόμενος, καὶ πᾶσαν εἰσάγων
ιυδὴν, ἕως ἀνέστησέ τε καὶ ἀρκούντως ἔχειν
παρεσκεύασεν.

A Theodorito venit in mentem, ut diceret : Sed vos, o domini, latet, quanto in præsentia dolore laboret Drungarius, et quod sint hodie medici illius pedi sectionem adhibituri? Illi autem: Nequaquam, inquiunt : et tu id ne credideris. Nos enim ad ipsum venturi sumus in Parasceve, et malum ejus inspecturi. Mane ergo medicos jam volentes manum admovere operi, et pedi inferre sectionem, prohibuit Theodoritus, statim recordatus visionis, et eis narrans quemadmodum ea se habuisset. Quam cum ipsi intellexissent, et visionem non esse despiciendam pie judicavissent, abstinuerunt. Cum vero jam adesset Parasceve (o tua, Christe, magnalia ! « Quam admirabilis Deus in sanctis tuis[a] ! ») pes erat qualis antequam læderetur, purus, et B totus sanus, non modo nulla sectione, sed nec ulla alia indigens curatione.

XV. Non hoc solum insignis hic Leo, sed aliud quoque a magno Sampsone est consecutus miraculum. Morbo enim gravissimo laborans, alias quidem corporis sui partes habebat plane impeditas ; genua vero propemodum inutilia, et quæ suo officio minime fungi poterant. In loco enim plano et æquali utcunque fortassis ingredi poterat : scalas autem ascendere, aut per locum acclivem incedere, erat ipsi labor Herculeo major. Ex medicis vero omnibus, et cæteris qui aliquam ei opem ferre pollicebantur, nihil præter promissa et spem bonam est assecutus. Deinde cum eum subiisset memoria Sancti, agitat animo aliquid magis pium, C et magis aptum ad medelam. Aliis omnibus despectis, tanquam inutilibus, accedit ad illius sepulcrum. Ad quod cum venisset, non utitur quidem aliquibus negotiosis vacationibus, neque multas alioqui dies illic assidet, sed sola precatione et unctione unguenti, quod illinc scaturit, utitur liniens genua male habentia. Quod cum factum esset, continuo morbi incommodis liberatus, pedibusque novo robore firmiter confirmatus fuit : et mox toto sanus corpore, et lætus animo domum revertitur. Verum enimvero cum vellet ostendere, non in ignavum hominem, et beneficii accepti immemorem, id fuisse collatum, sed in virum gratum et pium ; quoniam divini hujus Sampsonis domus tunc male sarta tectaque ruinam D minabatur, oblatis pecuniis ac sumptibus opportunis, quod attinebat ad pecunias et sumptus opportunos, petit a bono Constantino (15) (ille enim tunc obtinebat imperium) ut cura illam restaurandi sibi demandaretur. Atque ille quidem dedit. Sciebat enim quanta esset viri industria et diligentia. Ipse autem cum accepisset, non remittebat, sed omnem apte movebat, et manibus, ut dicitur, pedibusque confundebat, et omne ad id studium donec eam restituit, et quantum in se fuit, effecit, ut sanus bene se haberet.

[a] XVII, 36.

[b] Codicis grapho Græco scriptum erat Ἰῶ, pro Constantinum posui, scilicet Porphyrogenitum, qui ab anno 912 usque ad 60 tenuit imperium. Vide Comment. Præv. num. 12.

XVI. Nec hoc quoque prætermittendum, quod eumdem habet, qui passus est, et eumdem, qui curavit. Nam qui passus quidem est, fuit insignis Leo : Sampson autem divinus, qui curavit. Hyelos (16) est unus morbus ex iis qui corrumpunt oculos hominum. Qui cum in illius canthum incubuisset, eum valde premebat. Eum cum aliquis exsecuisset medicus, lædebat potius, quam juvabat : in hoc solo excusandus, quod non sua sponte damnum attulit. Fit enim sectio maxima, et valde periculosa, quam ipsam quoque divinus curat Sampson, dum illius unguento ungitur frequentius, quodam admodum parvo relicto foramine, idque dedita opera, et propter utilitatem. Nam per ipsum humor quidam facile effluens, et oculo et capiti multum profuit.

XVII Adjiciatur aliis magni Sampsonis miraculis miraculum quoque Genesii. Nam præter terrorem, habet etiam in se jucunditatem, et est auditu dignissimum. Hic ergo Genesius erat quidem unus ex clero ; fuit autem multos annos minister xenodochii ; non minus enim, quam triginta annorum fuit ejus ministerium. Erat autem in eo admodum socors et negligens. Una itaque nocte accedens Sanctus, multas ei plagas inflixit, dicens : Cur non ea præbes, quibus egent infirmi ? et cur negligenter versaris in hoc tuo ministerio ? Hæc autem non in somnis, neque per nudam solum visionem facta, sed opere ipso mox manifestata fuerunt. Mane enim mutum quidem erat os Genesio, livor autem et tibices manifesti in corpore, non minus, quam lingua, quod factum fuerat, significabant. Cum itaque quidnam sibi accidisset, rogatus explicare non posset, ei datur charta, in qua scripsit, quomodo se habuissent ea quæ facta fuerant. Tres interim dies præterierunt, et ille quidem adhuc erat elinguis. Cum hæc autem jam audiisset Drungarius, non amplius contineri poterat, sed ad sacram domum statim accedit, cupiens per interrogationem et responsionem audire apertius, ea quæ facta fuerant : sed modum non inveniens propter vincula, quibus adhuc erat astricta lingua ægrotantis, rem committit precibus : Sancte Dei, dicens, scis, scis quanta mea sit in te fides, et quam fuerim in tuo ministerio diligens, concede, ut Genesius sua ipse lingua, quæ passus est, enuntiet. Cum ille sic esset precaturus, non fuit fraudatus sua petitione ; sed ab ipso rogatus Genesius, primum quidem balbutiebat, exiliterque et intercise loquebatur, et ea dicebat, quæ minus intelligi poterant Lingua autem ei paulatim relaxata, omnia explicat, adjiciens etiam aliquid de domo magni Sampsonis, propter illam enim indignatio præcipue orta erat : quæ quidem domus, dum vir sanctus adhuc vivebat inter homines superstes, nullius pretii (17) erat, et contemnebatur ;

(16) Ὑελοπὴ, inquit Cangius in Glossario Græco barbaro, est vitium in accipitribus, cum scilicet oculos quasi vitreos habent. Idem videtur significare Ὑελώψ.

(17) Non adeo scilicet xenodochio Sampsonis (dum hic viveret) prospectum erat de redituibus

A Ις'. Οὐδὲ τοῦτο παραλιπεῖν ἄξιον, ὃ καὶ τὸν ἰασάμενον καὶ τὸν αὐτὸν ἐπὶ ἄμφω ἰαθέντα σημαίνει· ὁ μὲν γὰρ ἦν ὁ περιφανὴς Λέων, Σαμψὼν δὲ ὁ θεῖος ὁ ἰασάμενος. Ὑέλωψ τὸ πάθος ἓν ἐστι καὶ τοῦτο τῶν ὀφθαλμοὺς ἀνθρώπων ἐπισαινόντων, ὃ, καὶ τῷ ἐκείνου κανθῷ ἐπισκῆψαν, ἐπίεζεν ἰσχυρῶς. Τοῦτο ἰατρῶν τις ἐκκόψας, βλάπτων ὑπῆρχε μᾶλλον ἢ ὠφελῶν, καὶ τούτῳ μόνῳ δηλαδὴ μὴ πονηρευόμενος, ὅτι μὴ ἑκὼν ἐπῆγε τὴν βλάβην· μεγίστη γὰρ ἡ τομὴ γίνεται καὶ ἄκρως ἐπισφαλὴς, ἣν καὶ αὐτὴν ὁ θεῖος ἰᾶται Σαμψὼν, τῷ ἐκείνου θαμινώτερον ἐπιχριομένην, μικρᾶς τινος ἄγαν ὑπολειφθείσης ὀπῆς, καὶ αὐτῆς κατὰ πρόνοιαν δηλαδὴ καὶ τοῦ ὠφελεῖν ἕνεκεν· διὰ τῆς αὐτῆς γὰρ ἰκμάς τις εὐχερῶς ἀπορρέουσα, τὰ μεθ' ὅλα τῷ τε ὀφθαλμῷ καὶ τῇ B κεφαλῇ συνέτεινε.

ΙΖ'. Προσθήτω καὶ τὸ τοῦ Γενεσίου τοῖς ἄλλοις τοῦ Μεγάλου θαύμασιον· ἔχει γὰρ μετὰ τοῦ φοβεροῦ καὶ τὸ χαρίεν, καὶ ἔστιν ἐπιεικῶς ἀξιάκουστον. Ὁ τοίνυν Γενέσιος οὗτος ἦν μὲν εἷς τῶν τοῦ κλήρου, ἦν δὲ καὶ ὑπουργῶν περὶ τὰς τοῦ ξενῶνος τοῦδε λειτουργίας, ἔτη συχνά· καὶ γὰρ οὐκ ἐλάττων ἢ χρόνοι τριάκοντα ἡ ὑπηρεσία. Ἐτύγχανε δὲ ὢν ἀμελὴς περὶ αὐτὴν καὶ ἀτέχνως ῥᾴθυμος. Ταύτῃ τοι καὶ μιᾷ τῶν νυκτῶν, ἐπιστὰς αὐτῷ ὁ Ἅγιος, πληγὰς ἐνέτεινε πολλὰς, Διὰ τί μὴ, λέγων, παρέχεις ὧν χρείαν οἱ κάμνοντες ἔχουσι, καὶ διὰ τί περὶ ταύτην σου τὴν διακονίαν ὀλιγώρως ἔχεις; Ταῦτα δὲ οὐκ ὄναρ οὐδὲ μέχρι καὶ ψιλῆς φαντασίας ἔτυχεν εἰργασμένα, ἀλλ' ἐπ' αὐτῶν ἄντικρυς τῶν ἔργων καὶ ἡ ὑπόδειξις φανερά· ἔωθεν γὰρ ἄφωνον μὲν ἦν τῷ Γενεσίῳ τὸ στόμα, μελανίαι δὲ καὶ πελιδνώσεις περὶ τὸ σῶμα διαφανεῖς, γλώττης οὐκ ἔλαττον ἀπαγέλλουσαι τὰ πραχθέντα. Ἐπεὶ οὖν καὶ ἐρωτώμενος ὁ πεπονθὼς, C διασαφῆσαι ἀδύνατος ἦν, χάρτης αὐτῷ δίδοται, καὶ τούτῳ, ὅπως εἶχεν, ἐντίθησι τὰ γεγενημένα. Τρεῖς τὸ μεταξὺ παρῆλθον ἡμέραι, καὶ ὁ μὲν ἄγλωττος· τῷ δὲ δρουγγαρίῳ τῶν πεπραγμένων ἀκουστῶν ἤδη γενομένων, οἷος ἐκεῖνος οὐδὲ καθεκτὸς ἦν ἔτι, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἱερὸν οἶκον τὸ παραυτίκα γίνεται. Καὶ δι- ψῶν μὲν διὰ πεύσεως καὶ ἀποκρίσεων ἀκοῦσαι τρα- νέστερον τὰ γεγενημένα· ἀπορῶν δὲ διὰ τὰς ἐγκει- μένας ἔτι πέδας τῇ γλώσσῃ τοῦ πεπονθότος, εὐχῇ τὰ τοῦ πράγματος ἐπιτρέπει· Ἅγιε τοῦ Θεοῦ, λέ- γων, εἴ μου σύνοιδας τὴν πίστιν ὅση πρὸς σὲ, καὶ ὅπως ἐμμελέστατος ἐγὼ περὶ τὴν λειτουργίαν, δὸς D αὐτῇ γλώττῃ μοι τὸν Γενέσιον ὁ πεπονθὼς ἀπαγγέλλαι. Οὕτως ἐκεῖνος εὐξάμενος, οὐ διήμαρτε τῆς αἰτήσεως, ἀλλ' ἐρωτώμενος ὑπ' αὐτοῦ ὁ Γενέσιος, πρώτα μὲν ὑποβαταρίζων ἦν, ἀμυδρῶς τε καὶ διακεκομμένως ὑποφθεγγόμενος καὶ ἧττον συνετὰ λέγων· ὀλίγον δὲ ἀνεθείσης αὐτῷ τῆς γλώττης πάντα διαφεῖ, προσθεὶς καὶ τὰ περὶ τῆς Μεγάλου οἰκίας. Ἐκείνην γὰρ καὶ μᾶλλον ἡ ἀγανάκτησις, ἥτις ζῶντος μὲν τῷ Ἁγίῳ, καὶ ἔτι περιόντι τῷ βίῳ, φαῦλον εἶχε καὶ ἱκανῶς ἐξουδενοῦντο· μεταστέντος δὲ τ

ἔτι φανεροῦ γενομένου τὴν ἁγιότητα, ἔδει
ν καὶ τιμῆς ἀξιοῦσθαι, καὶ ὡς ἐκείνου
σθαι· ὃ δὴ καὶ γέγονεν εὐσεβῶς τε καὶ
; γὰρ ναὸν μεταβέβληται, καὶ ἁγιστείας
προσηκούσης.

οὐδὲ τὸ πρὸς τὸν Εὐστράτιον θαῦμα, ὃς
ου μὲν τῶν προσπαθαρίων ἐστὶ (ἔτι δὲ
ιῶν δείκνυται), μικρὸν οἷον καὶ τὸ τυχὸν
νήμης ἄξιον. Ἤλγει μὲν γὰρ ἐκεῖνος
ἢ καὶ ἕτερον, καὶ λίαν σφοδρῶς· φίλος
καὶ συνήθης ὁ πρωτοσπαθάριος Λέων,
ηρετεῖσθαι τῷ δρουγγαρίῳ φθάσαντες
ὃς καὶ τὴν τοῦ ξενῶνος προστασίαν
ος ἦν ἐξ ἐκείνου, ὀδύναις οὕτω βαλλόμε-
τοῦ ὀφθαλμοῦ ἐπιδών· Εἰ ποιήσεις, ἔφη,
τιε, ὅπερ ἐγώ σοι ὑπόθωμαι, οὐδὲν ἕξεις
ἔχων τὸν ὀφθαλμὸν ὑγιᾶ. Ἐρομένου δὲ
ίου. Τί ποτε ἐστιν ὃ ποιήσω; Ἐλαίου
ὢν, ἔφη, καὶ εἰ παρέξεις τὸ πρὸς τὴν
μφιλέκτως ὑγιανεῖς· ὅμως, εἰ βούλει,
ς σοι τούτου παρέξω τὰς πίστεις. Οὗ-
οἱ λόγοι οὐ μέχρι καὶ λόγων ἔστησαν,
ἀ εἰς ἔργον ἐξέβαινον· ἐπιθαρσήσας τῇ
δυνάμει, καὶ οἷς ἑώρα ὑπ' αὐτοῦ θαυ-
νεις ὁ Λέων πιστοῖ τὸν Εὐστράτιον διὰ
ως ἐχούσης· Ἐγὼ Λέων πεποιθως ἐπὶ
ου δυνάμει, καὶ ᾗ πρὸς αὐτὸν ἐμβεβαιω-
ἐγγυῶμαί σοι τῷ Εὐστρατίῳ, παρέχοντι
ε πρὸς τὴν χρείαν τοῦ οἴκου ἔλαιον, παρ-
ὁ Μέγας τὸν ἐκ Θεοῦ ἔλεον καὶ τὸν
γήσεις οὐκέτι. Ὁ μὲν οὖν Ἅγιος ἔφθανε
τοῦ, ποιῶν τὴν ἐκείνου δόσιν, καὶ ἀπαθῆ
ν εἶχε τὸν ὀφθαλμὸν ὁ Εὐστράτιος.
κατὰ τὸ ᾀδόμενον, ἅμ' ἠλέητο, καὶ τέ-
γάρις· ὠλιγώρησε γὰρ ὧν ἐπηγγείλατο,
εἶν ὧν ἐβούλετο λίαν ἀναξίως καὶ σφαλε-
ς τε ἐλαίου τοῦ πρὸς τὸν ἱερὸν οἶκον
ς ἦν. Ἀλλ' ὁ Μέγας νυκτὸς ἐκείνῳ ἐπι-
δὲ χρήσασθαι τοῖς αὐτοῦ λόγοις), Ἐμοί,
εις; Φρενοῖ τὸν Εὐστράτιον ἡ ἀληθὴς
καὶ δέους αὐτὸν ἐμπίπλησιν· ἅμα γὰρ
ιον ἅπαν πρὸς τὸν Λέοντα ἐπιπέμψας,
, φησίν, ἤδη τὸ χρέος· αὐτὸς δέ μοι ἐξ-
ιον, οὐδὲ γὰρ δυνατὸς ἐγὼ φέρειν τὰς παρ'
ς.

ἔ περὶ τὸν πρωτοσπαθάριον Βάρδαν γε-
ὶ καὶ πίστεώς ἐστι κρεῖττον, ὃς ἐτύγ-
δελφὸς ὢν Ἰωάννου, φημί, τοῦ πατρι-
κ Μακεδόνων τὸ γένος ἕλκοντος· σφόδρα
ωμανῷ βασιλεῖ τῷ ἐπιεικεῖ τε καὶ χρη-
ιοῦτο, ὃν καὶ ἴσασι πάντες υἱὸν Κων-
νέσθαι, τοῦ, τὰ πάντα συνελόντα εἰπών,
ου. Τούτῳ τοιγαροῦν τῷ Βάρδᾳ πάθος

A post mortem vero ejus et manifestatam sanctimoniam, debebat omni veneratione honorari ac veluti ipsius domus reputari. Quod quidem factum est pie et religiose : mutata enim est in templum, et assecuta est eam, quam par est, venerationem.

XVIII. Sed neque quod in Eustratium factum est miraculum, qui est in protospathariorum quidem relatus numerum (est autem adhuc vivus et superstes) parvum est et vulgare, et indignum commemoratu. Nam ei quidem valde dolebat alter ex oculis. Cum ei autem esset amicus, et familiaris Leo protospatharius, quem prius diximus ministrasse Drungario, cui etiam fuerat ab illo commissa cura xenodochii, et vidisset eum affici tanto
B dolore oculi : Si feceris, inquit, o amice Eustrati, id quod ego tibi suggessero nihil, habebis, quod prohibeat, quod minus sanum habeas oculum. Cum vero rogasset Eustratius, dicens : Quidnam est, quod sum facturus? Oleo, inquit, opus est xenodochio : quod si præbueris, convalesces citra ullam dubitationem : et, si ita velis, id ego mandabo litteris ; quod tibi polliceor. Sic ait, et verba non in solis verbis constiterunt, sed etiam processerunt ad opus. Magni enim Sampsonis virtute fretus, et iis, quæ ab eo vidit fieri, miraculis, Eustratio fidem facit per scripturam, quæ sic habebat : Ego Leo fretus virtute sancti Sampsonis, et fide, qua sum in eum confirmatus, spondeo ac fide jubeo tibi Eustratio, quod præbenti tibi ad
C usum ejus domus oleum, præbebit quoque magnus Sampson a Deo misericordiam, neque tibi amplius dolebit oculus. Atque Sanctus quidem prævenit illius donationem, illæsumque et omnis doloris expertem oculum habuit Eustratius. Ille autem simul (ut vulgo dicitur) et misericordiam est assecutus, et memoria ejus illi mortua est. Contempsit enim quæ erat pollicitus, postquam, quæ voluit, est consecutus, indigne admodum et periculose ; et sanctæ domui ne nimium quidem præbuit oleum. Sed cum Magnus illi noctu apparuisset (oportet autem uti ejus verbis) : Me, inquit, habes ludibrio? Efficit vero hæc visio, ut ad se redeat Eustratius, timore correptus. Nam cum diluculo totum oleum misset ad Leonem : Jam,
D inquit, exsolvi tibi debitum : tu autem placa mihi Sanctum. Neque enim possum ferre ejus minas.

XIX. Quod autem in protospatharium Bardam factum est, fidem prope superat. Erat hic frater Joannis patricii, qui ducebat genus ex Macedonia, et magna ei intercesserat familiaritas cum Romano imperatore, benigno et clemente, quem sciunt omnes fuisse filium Constantini (18) : qui (ut omnia semel dicam) fuit imperator egregius. Hinc ergo Bardæ morbus incumbit in latus isque [illegible]

uamvis structura satis esset magnifi-

(18) Romanus imperator, Constantini Porphyrogenitis filius, regnavit ab anno 960 ad 61.

gravissimus (eum morbum medici vocant carbunculum) (19) qui totum fere latus comprehendebat, et quinque habebat foramina, laboranti vero afferebat dolores intolerabiles. Etenim neque hic mali constitit acerbitas, sed etiam usque ad mamillam ex latere dimanavit, aut etiam propagatum est quoddam aliud tuber acerbissimum, quod eam maxime tumefecit, ex quo crevit morbus, itaque invaluit; ut videretur etiam medicis superari non posse, ipsique omnem spem longioris vitæ abjicerent. Cum autem Sancti appropinquaret festivitas, medici omnes, et qui vocantur Chartularii (20), et quicunque die sequenti erant, ut mos est eis, venturi in templum præclari martyris Mocii, et solitas peracturi precationes vespere, eo relicto, plane animum despondente, et omni bona spe vacuo, recesserunt. Ipse autem mane quemdam accersit ex chartulariis, Michaelem nomine, ostiarium, qui hæc mihi narravit. Xenodochio vero tunc præerat Bardas, qui ipse morbo laborabat: ad quem cum venisset ostiarius ille, vidissetque stantem erectum, mundis indutum vestibus et sanum, impletur admiratione. Putans autem eum decipere, et esse remotæ mentis : Hei mihi! inquit, quid tibi accidit? Sed tu, respondit Bardas, cur omittens Deo, quam par est, dare gloriam, fles potius et vociferaris, perinde ac si lugeres? Michael autem eo quod præter spem acciderat, spectaculo magis obstupefactus, diligenter eum interrogabat, et ardebat discere quod factum fuerat. Ille vero clara et elata voce statim cœpit dicere : Res enim ejusmodi est nimia exsultatio.

A τῇ πλευρᾷ ἐπισκήπτει, παντάπασι χαλεπὸ
κα τὸ πάθος ἰατρῶν παῖδες κατονομάζουσι
ἅπασαν αὐτοῦ τὴν πλευρὰν μικροῦ περιέσχ
πέντε μὲν ὀπὰς διετέτρητο, ὀδύνας δὲ
ἐδίδου τῷ πάσχοντι· καὶ γὰρ οὐ μέχρις ἐ
τῆς κακίας πικρὸν ἔστη· ἀλλὰ μὴν καὶ εἰς
στὸν ἐκ τῆς πλευρᾶς διεδόθη, ἡ καὶ ἑτέρα τ
θη πικροτάτη παραφυὰς, καὶ μέγαν αὐτὸν
ῳδηκοτα διέθηκε· καὶ τὸ πάθος ηὔξετο καὶ
ἦν, ὡς καὶ τοῖς ἰατροῖς κρεῖττον ἰάσεως εἶ
καὶ τὰς τῆς ζωῆς αὐτῷ ἐλπίδας ἀπαγορεύ
δὲ καὶ ἡ τοῦ Ἁγίου μνήμη ἐγγίζουσα ἡ
πάντες, καὶ οἱ οὕτω καλούμενοι χαρτουλά
ὅσοι ἕτεροι ἔμελλον εἰς τὴν ἐπιοῦσαν, ὥσ
σμένον αὐτοῖς, εἰς τὸν τοῦ λαμπροῦ μάρτ
B κίου ναὸν ἀφικέσθαι, καὶ τὴν συνήθη λιτὴ
σαι· τήνδε τὴν ἑσπέραν ἀπολιπόντες αὐ
ἀπειρημένον, καὶ ἀγαθῶν ἐλπίδων ἔρημον,
ᾤχοντο, Ἕωθεν δὲ οὗτος μετακαλεῖται
χαρτουλαρίων (ὁ ὀστιάριος Μιχαὴλ οὗτος ἦ
ταῦτά μοι διηγήσατο· ξενοδόχος δὲ τότ
Βάρδας, ὁ τῷ πάθει τούτῳ κατειλημμένος, ἐ
ὤν. Ἐπεὶ οὖν οὗτος ἀφίκετο πρὸς αὐτὸν,
ὁρᾷ, καθαρά τε ἱματισμένον, καὶ ὑγιεινῶς
μενον· οὕτως ἰδὼν ἔχοντα, πληροῦται μὲν
παραφρονεῖν δὲ αὐτὸν οἰόμενος καὶ ἐξε
Οὐαί μοι, φησὶ, τί σοι γέγονεν ; Καὶ ὅς·
γε ἀπολιπὼν, ἔφη, τὸ δόξαν, ὥσπερ ἄτε χ
Θεῷ προσάγειν, οἰμώζεις μᾶλλον, καὶ ὅμ
θρηνοῦσι βοᾷς ; Πλὴν ἀλλ' ὁ Μιχαὴλ, καὶ
τῷ παρ' ἐλπίδα θεάματι ξενιζόμενος, ἠρώτ
C διεπυνθάνετο ἐμμελῶς, καὶ ἐδίψα μαθεῖν
γλώττῃ καὶ πομπικῶς· τοιοῦτον ὄντως

Ὁ δὲ λέγειν εὐθὺς ἤρξατο λαμπροτέρᾳ χάρεια.

XX. Postquam inquit, me ita affectum relinquentes, domo recessistis, ego a morbi doloribus agitatus, et quod nulla relicta esset spes vitæ, victus ægritudine et maxime, quod non mihi liceret cum aliis venire ad Sancti sepulcrum, et cum ipsis celebrare festivitatem ejus, totam noctem transegi insomnis. Sic autem jacens, video quemdam senem, egressum a templo domus meæ (videbatur vero esse monachus) procedere usque dum venisset in medium hujus domus; qui me despiciens : Tibi dico, inquit, surge. Cumque ego responderem : Quomodo hoc mihi imperas? Non enim possum. Ille bis et ter eadem repetiit. Tandem autem : Ego tibi dico, inquit, surge, et ad sancti Sampsonis sepulcrum vade quam primum. Cum hoc dixisset, ego statim me parum e lecto, exilui, et illum vidi rursus reversum in templum, ex quo mihi visus fuerat egressus, et tandem omnino sublatus est ex oculis. Tunc vero plane surrexi, et visus sum liberatum esse ab omni dolore : et mamillæ tumore ambabus astringens manibus, sensi spiritum quemdam retro

Κ'. Ἐπεί με, φησι, καταλιπόντες οὕτω
οἴκαδε αὐτοὶ ἐχωρεῖτε, ἐγὼ, ὑπὸ τε τῶν τοῦ
ὀδυνῶν βαλλόμενος, ὑπό τε τοῦ ἀπεγνῶσθαι
τῆς ζωῆς ἐλπίδας ἀθυμίᾳ νενικωμένος, καὶ
ὅτι μὴ καὶ αὐτὸς ἥξιωμαι σὺν τοῖς ἄλλοις
τοῦ Ἁγίου τε τάφον οἴχεσθαι, καὶ τὰ τῆς
συνεορτάσαι, ἀγρυπνος μετὰ ἅπασαν τὴν νύ
ἦλθον. Οὕτω δὲ κείμενος, ὁρῶ γέροντά τινα π
τοῦ οἴκου μου ἐξεληλυθότα (ἐῴκει δὲ καὶ μ
εἶναι)· οὗτος μέσον τῆς οἰκείας ταύτης κα
D καὶ ἀπιδὼν πρός με· Σοὶ λέγω, φησὶ, ἔγειρ
δέ· Πῶς τοῦτο ἔφης ; οὐδὲ γὰρ δύναμαι, φη
νον· ἐκεῖνος καὶ δὶς καὶ τρὶς προσεπίθει, κ
λέγων. Τελευταῖον δὲ, Ἐγώ σοι λέγω, φησὶ, ἡ
καὶ εἰς τὸν τοῦ ἁγίου Σαμψὼν τάφον ἀπέλ
τάχους. Οὕτως εἰπόντος, εὐθὺς ἐγὼ μικρὸν
κλίνης ἐμαυτὸν ἀνέσχον· κἀκεῖνον ἐθεώμην
ναὸν, ὅθεν μοι ἐξελθὼν ἐφάνη, αὖθις ἐκπε
καὶ τέλος, ἀφανὴ γενόμενον. Καὶ τότε δὴ ὡς
ἔστη, καὶ ἐῴκειν ὀδύνης ἀπηλλάχθαι πάσης
οἴδημα τοῦ μαστοῦ ἀμφοῖν ἐπισφίγγων, τ
ἠσθόμην ἀπὸ τῆς πλευρᾶς ὄπισθεν ὑπ

(19) Ἄνθραξ, *Carbunculus*, est ulcus crustosum a sanguine, in atram bilem converso et infervescente excitatum.

(20) Chartularii sunt, quibus chartarum carum custodia mandabatur. De his vid gium.

τὴν σύνοικον ἡδέως φωνήσας, Δοκῶ μοι, δὲ ὀδυνᾶσθαι, ἀλλὰ σὺ τοὺς ἐπικειμένους τῇ δεσμοὺς λῦσον ἡρέμα. Καὶ αὐτὴ οὕτως ἡ ἀηδία πολλὴ ταύτην εἶχε, καὶ, Οἴμοι [ἔφη], ὁ ἀμανίτης ὁ τῇ πληγῇ ἐπικείμενος; Τὸ δὲ τημμένη σὰρξ καὶ ἀπόβλητος τοῖς ἀμφίοις θεῖσα. Οὕτως ἰαθεὶς ἐγὼ καὶ παραδόξως εἰς, οὐκ ἔτι οἷός εἰμι ἐμαυτὸν ἐπέχειν, τοῦ ἰασαμένου πειθόμενος ἐντολῇ, πρὸς τὸν ειμι τάφον, τοῖς ἄλλοις συνεορτάσων. Οὕ-, οὕτω δὴ καὶ παραχρῆμα ἐποίει, καὶ πρὸς ν πλήρης ἡδονῆς καὶ χαρᾶς ἀπῄει, τοῖς ι μέντοι καὶ ἄπιστόν τι χρῆμα ἐδόκει, καὶ ἀμφισβητήσιμον.

A emitti e latere. Deinde conjugem hilariter allocutus: Mihi videor, inquam, nihil mali sentire; sed tu sensim solve vincula plagæ imposita. Ea autem sic fecit, non sine magna, qua afficiebatur, molestia; et, Hei mihi, dixit: Quis est hic aminates (21), qui plagæ est impositus? Id vero erat caro putrefacta et separata, quæ una cum pannis evulsa fuerat. Sic ego sanatus, et præter spem et opinionem pristinæ restitutus valetudini, non me potui amplius continere, quin parerem curatoris mei præcepto, et me conferrem ad ejus sepulcrum, cum aliis festum celebraturus. Cum sic dixisset, statim quoque sic fecit, et ad Sanctum abiit plenus gaudio et lætitia. Iis autem, qui ei fiebant obviam, res videbatur incredibilis, et vel de suis dubita-

B bant oculis.

ὐντετάχθω τοῖς προλαβοῦσι καὶ αὐτὸ τοῦ τὸ θαῦμα· οὐ φαῦλον γὰρ, οὐδὲ τὸ τυχὸν, ε καὶ παριδεῖν ἄξιον. Οὗτος οἰκέτης μὲν ὢν μοναχοῦ τινος καὶ ἱερέως, Ἐφραὶμ τῷ τοῦ ὕδρωπος δὲ περισχεθεὶς πάθει, ερῷ οἴκῳ τοῦ Μεγάλου ἀνακλιθείς· ἔπειτα ἂν κατάκλισιν δυσχεράνας, ὑπολιπὼν τὸν δεσπότου οἰκίσκον ἄπεισιν. Ὁ μὲν οὖν οὐκ ἀνίει παρκινῶν αὐτῷ καὶ ὑποτιθέμενος ιὖθις καὶ τῷ τοῦ Ἁγίου οἴκῳ προσμεῖναι· ἡ ἔπειθεν (ἐφείδετο γὰρ αὐστηροτέρων ῥη- ι τὴν τοῦ πάθους βαρύτητα)· Κἂν γοῦν εἴσω ηρίου εἴσελθε, ἔφη, αὐτὴν τοῦ Ἁγίου των εἰκόνα εἶτα τοῦ ἐλαίου λαβών τε καὶ ος τῇ κοίτῃ τῇ σῇ, ἀνακλίθητι. Καὶ ὃς κελευσθέν. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἡμερα, ἦν, ἐκε- ν παρὰ τοῦ δεσπότου καὶ ἔτι τὰ ὅμοια δὲ, Ἀλλ' ἐγὼ, φησὶν, ἔῤῥωκα, καὶ τῇ τοῦ νάμει καθαρᾶς ἀπέλαυκα ὑγιείας· ταύτης νυκτὸς κατ' ὄναρ ἐπιφανείς μοι ὁ Ἅγιος ιλίας μου ἥψατο, καὶ εἴρηκέ μοι· Ἄπιθι οὐδὲν γὰρ ἔτι σοι τῶν κακῶν ἐνοχλεῖ. : πρὸς πίστιν αὐτὰ τῷ δεσπότῃ· ἀλλὰ καὶ οοσῆγε, καὶ περιειργάζετο πρόσωπόν τε ὶ κοιλίαν, καὶ πόδας, καὶ τὰ λοιπὰ μέλη ίρη, καὶ ἐπεὶ οὐδὲ λείψανόν τε ἐώρα οὐδὲ πάθους οὐδὲν, δόξῃ τῇ πρὸς Θεὸν ἐχρῆτο οιστίᾳ τῇ πρὸς τὸν Ἅγιον, ἰατροῦ τε ίσθου καὶ ἀψευδοῦς, καὶ ὑγιῶς ἔχοντα τὸν ῶν.

XXI. Conjungatur præcedentibus Georgii quoque miraculum: non est enim leve, nec vulgare, neque ullo modo contemnendum. Is erat minister monachi cujusdam et sacerdotis, nomine Ephraim. Cum autem hydrope laboraret, et in sacra magni Sampsonis æde esset repositus, omnia quidem repulit, quæ ei a medicis prius erant ad medelam adhibita, utpote a quibus omnibus nihil opis sensisset. Deinde cum ægre ferret, quod tamdiu illic decumberet, sacra illa æde relicta, abiit in domini domunculam. Non cessabat autem dominus eum monere et hortari, ut reverteretur, et in Sancti domo adhuc maneret. Cum vero non persuaderet (a verbis enim abstinebat asperioribus propter

C morbi gravitatem): Oratorium, inquit, saltem ingredere, adoraturus ipsam Sancti imaginem: deinde cum oleum acceperis, et te unxeris, in tuo lecto recumbe. Ille autem fecit, quod jussus fuerat. Postquam vero advenit, jubebatur quidem a domino adhuc facere similiter; ille autem: Sed ego, inquit, jam convalui, et Sancti virtute sum integram assecutus sanitatem. Hæc enim nocte mihi apparens in somnis Sanctus, meum ventrem tetigit, et dixit mihi: Abi, cum sis sanus; nihil enim mali te vexat amplius. Hac autem ad fidem domino faciendam non suffecerunt: sed ipsemet periculum facere voluit, et diligenter scrutatus vultum ejus, et ventrem, et pedes, et reliqua mem-

D bra, cum nullas morbi reliquias, aut vestigia reperiret, Deum laudavit, et Sancto egit gratias, ipso medicum nactus fuisset, qui certissimam famulo suo sine mercede reddidisset salu-

λλὰ καὶ τὸ τῆς Εἰρήνης πάθος ὁμοίως ἦν ψ γὰρ καὶ αὐτὸ πάθος τὸ χαλεπώτατον, ὃ ας δὴ καὶ θαυμασιωτέρας ἔτυχε τῆς ἰά- μὲν οὖν Εἰρήνη γυνή τις ἦν ἑνὸς τῶν τῷ διακονούντων, ἐφ' ᾧ καὶ ἀνακλιθεῖσα, τῶν ἰατρῶν ἀπείρητο τὴν ὑγίειαν. Ὁ μέν- ; νυκτὸς ἐπιστὰς μετά τινων καὶ ἑτέρων ὧν μὲν εἴωθεν ὡς τὰ πολλὰ ἐπιφαίνεσθαι, ς τε ἀνεργύρους εἶναι τούτους φασὶ Κο-

XXII. Similis fuit Irenæ cujusdam morbus, quæ etiam ipsa hydrope laborabat, eoque gravissimo; ac ideo magis solemnis, magisque miranda fuit ejus curatio. Habebat illa maritum ex eorum numero, qui ædi sacræ inserviunt, in qua et ipsa decumbebat, desesperans salutem a medicis obtinendam. Sanctus autem noctu apparens cum aliis duobus; cum quibus ut plurimum solebat apparere (eos vere esse dicunt divinos illos, qui sine ulla

ıanites, fungi species.

medentur pecunia, Cosmam et Daminanum) eam primum interrogavit, quidnam mali pateretur. Illa autem videbatur ipsum malum ostendere ; Sanctus vero unum e sociis suis alloqui, et dicere : Oportet ejus femori adhibere sectionem. Et ille quidem sic fecit. Mulier autem, ut quæ dolorem quemdam senserat, e somno est excitata; nihil vero cognovit ex iis quæ passa fuerat. Cum autem diluxisset, ad eam accedens famula, videnque aquam sub lecto fusam, arbitrata, ut erat verisimile, eam esse urinam : exprobravit ipsi, quod turpiter indecore se gereret, et quod neque surrexisset, neque ullam vocasset ex ancillis, sed inquinasset et vestes et stragula. Illa autem negabat, dicens, se nihil tale fecisse. Deinde remota tunica, cum visa esset sectio, et humor effluens, cognitus inde fuit medicus : et ipsa sana exstitit, et domum cum gaudio est reversa.

XXIII. Atque hæc sufficiunt ad cognoscendam gratiam quæ magno Sampsoni data fuit. Quid enim (ut est in tragœdia) numerare oportet innumerabilia (22)? Etenim qualia facta sunt, nunquam cessant fieri, sed fluminum instar se habent ; atque ideo miraculum unum sufficit pro omnibus, tanquam flumen divinitus fluens, quod procedit e sepulcro viri sancti, et quotidie oritur tamquam e fonte. Procedit autem non semper : sed paucis diebus ante festum Thaumaturgi quidam veluti humor apparet, qui deinde paulatim augetur, et remanet post festum sic scaturiens, donec aliquot, dies præterierint : deinde cessat. Atque hoc modo, ut opinor, majori est in honore et admiratione, quam si perpetuo flueret. Quoniam sic servare certum, et nunquam aberrans tempus fluendi et deficiendi, præterquam quod id gratius et admirabilius sit, est etiam magis venerabile. Quod enim est perpetuum, affert fortasse etiam satietatem ; satietas autem inducit contemptionem.

XXIV. Hoc est, quod tibi a nobis offertur donum, maxime Pater Sampson, nescio quidem, an ex tui animi sententia, sed certe pro nostris viribus. Quod quidem benigne et placide accipias, qui es benignissimus : morborumque nostrorum, atque ideo animæ potius, quam corporis, bonus sis medicus dux et custos totius nostræ vitæ, Christum reddens mihi propitium. Quem ipse quidem insigniter dilexisti, ego autem peccatorum multitudine, hei mihi, plusquam dici possit, provocavi ad iram : quem decet omnis gloria, honor et adoratio nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A σμᾶν καὶ Δαμιανὸν, ἤρετο πρῶτον αὐτὴν ὁ Ἅγιος, τί ἂν καὶ πάσχουσα εἴη. Ἡ δὲ ὑποδεικνύναι ἐδόκει· καὶ ὁ Ἅγιος ἑνὶ τούτων προσλαβὼν ὑπεφαίνετο· Τομὴν αὐτῆς δεῖ τῷ μηρῷ ἐπιθεῖναι. Καὶ ὁ μὲν οὕτως ἐποίει. Ἡ δὲ, ὥσπερ ὀδύνης αἰσθομένη τινὸς, διυπνίζετο, ἔγνω δὲ οὐδὲν ὧν πέπονθεν. Ὡς δὲ καὶ ἡμέρα ἦν, ἡ ὑπηρέτις αὐτῇ προσελθοῦσα, καὶ ὕδωρ ὑπὸ τῇ κλίνῃ κεχυμένον ἰδοῦσα, οὐράν τε αὐτὸ εἶναι, ὡς τὸ εἰκὸς, οἰηθεῖσα, τὸ ἄκοσμον αὐτῇ ὠνείδιζε, καὶ ἀτεχνῶς ἄσχημον, ὅτι μὴ ἀνέστη, καὶ μὴ ἐκάλεσε μαδεμίαν τῶν ὑπηρετουμένων, ἀλλὰ καὶ τὰ ἱμάτια ἤσχυνεν οὕτω μετὰ τῶν στρωμάτων. Ἡ δὲ ἠρνεῖτο μηδὲν τοιοῦτον εἰργάσθαι, λέγουσα· Μηδαμῶς. Ἔπειτα τοῦ χιτῶνος ἀνασταλέντος, τῆς τομῆς τε διαφανείσης, καὶ τοῦ ὑγροῦ καταῤῥέοντος, ὁ μὲν ἰατρὸς B δῆλος ἦν, αὐτή τε ὑγιὴς ἐδείκνυτο, καὶ οἴκαδε καλῶς ἐπανήρχετο.

ΚΓ'. Ἀρχεῖ τούτοις γεύματος τὴν ὅλην ἀποδειχθῆναι τοῦ Μεγάλου χάριν. Τί γὰρ, κατὰ τὴν τραγῳδίαν, ἀναρίθμητα μετρήσασθαι δεῖ; καὶ γὰρ οὐδέποτε ταῦτα λεγόμενα λήγουσιν· ἀλλὰ τοῖς τῶν ποταμῶν ῥεύμασιν ἔχουσιν ὁμοίως· ἄλλως δέ τε καὶ ἑνὸς ἀντὶ πάντων ἀρκοῦντος, τοῦ θεορρύτου, φημὶ, νάματος, ὃ πρόεισι μὲν τοῦ τάφου, καὶ τοῦτον ἔχει γένεσιν καὶ πηγήν· πρόεισι δὲ οὐκ ἀεὶ, ἀλλ' ὀλίγαις μὲν πρότερον ἡμέραις τῆς τοῦ θαυματουργοῦ ἑορτῆς, εἶτα νοτὶς ὑποφαίνεται· ἔπειτα καὶ τὸ ὀλίγον αὔξεται, καὶ διαμένει μετὰ τὴν ἑορτὴν, οὕτωσὶ πηγάζον, ἕως καί τινες ἡμέραι παρέλθοιεν, εἶτα παύεται. Πλὴν οἶμαι C ταύτῃ θαυμαζόμενον καὶ τιμιώτερον, ἢ εἰ διηνεκῶς καὶ ἀλήκτως διετέλει ῥέον· ἐπεὶ τόγε συντηρεῖν οὕτως ἀπλανῆ τε καὶ ἀδιάψευστον τὸν καιρὸν τοῦ τῆς ἐπιῤῥοῆς, φημὶ, καὶ τὸν τῆς ἐκλείψεως μετὰ τοῦ θαυμασιώτερον καὶ χαριέστερον εἶναι, μᾶλλον ἐστὶ καὶ σεβασμιώτερον· τὸ γὰρ διηνεκὲς ἴσως καὶ προσκορές· ὁ δὲ κόρος πρᾶγμα φέρον εἰς καταφρόνησιν.

ΚΔ'. Τοῦτό τοι τὸ παρ' ἡμῶν προσαγόμενον δῶρημα, μέγιστε Πατρῶν, Σαμψὼν, οὐκ οἶδα μὲν, εἰ κατὰ γνώμην τὴν σὴν, κατὰ δύναμιν δὲ πάντως τὴν ἡμετέραν, ὃ καὶ δέχοιο προσηνῶς τε καὶ φιλανθρώπως, ὁ πάνταχοῦ φιλάνθρωπος, καὶ τῶν παθῶν καὶ νόσων τῶν ἡμετέρων, καὶ μᾶλλον τῶν ψυχικῶν, ἰατρὸς εἶης χρηστὸς, ἡγεμὼν καὶ φύλαξ παντὸς τοῦ καθ' ἡμᾶς βίου· ἵλεών μοι τιθεὶς τὸν Χριστὸν, D αὐτὸς μὲν διαφερόντως ἠγάπησας, ἐγὼ δὲ πλείω ἁμαρτιῶν, οἴμοι, ἀδιηγήτως παρώργισα· ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

(22) His annotatis minime contentus fuisset eruditus Commentator, sed quoque novam versionem adornare voluisset, si per vitam licuisset ; quæ versio minus presse inhærens Græcorum verborum ordini, et periodis usque ad fastidium aurium Latinarum prolixit ; multo clarius exhibuisset sensum auctoris, magisque intercisa minus fatig[illegible] lectorem. Sed quod hic non potuit, morte im[illegible] tura preveniente; neque nos modo possumus, p[illegible] moram non ferente : quamvis tamen negare n[illegible] mus, plura etiam nos in textu emendasse i[illegible] corrigendum typothetarum errata.

MENSIS JULIUS.

'E SS. STEPHANO EPISCOPO RHEGIENSI

ET SOCIIS,

SUERA EPISCOPO, AGNETE, FELICITATE ET PERPETUA MARTYRIBUS RHEGII IN CALABRIA.

(Julii die 5 Acta SS. Bolland, ad hanc diem.)

›res olim fuere hi sancti apud Græcos, A episcopum Bovensem, qui suffraganeus est Rhe-
.d Latinos. Meminerunt eorum nonnulla giensis.
ud nos, Chiffletianum atque Sirmundia- 3. Prædictarum Scripturarum (uti is addit, qui
orum illud die v Julii legit : Στεφάνου illas nobis submisit) archetypa asservantur penes
ἐ τῶν σὺν αὐτῷ· Hoc vero eodem die Joannem Simonem de Antonillo, U. J. D. virum
licatius : Τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Στεφάνου, eruditum et pium, et ipsi S. Stephano satis addi-
Ῥήγιον Καλαβρίας κειμένου, καὶ τῶν ctum, cujus devotione et expensis sacellum exstat
ἁγίων μαρτυρησάντων· « Sancti Stephani (utique post acceptum illa de re responsum sacræ
qui jacet Rhegii in Calabria, et sociorum Congregationis Roma) exstructum in ecclesia Præ-
torum, qui cum eo martyrium sub- dicatorum S. Stephano dicatum, in quo annis sin-
Monachis quoque Cryptæ Ferratæ, et aliis gulis condecenti cum magnificentia Missæ sacrifi-
cis Græci ritus, celebrandum eodem die cium et Vesperæ musicis cum concentibus in festo
ar festum, Τοῦ ἁγίου Στεφάνου καὶ τῆς Sancti solemniter celebrantur. Circa iconem vero
τοῦ. Similia habent Menæa Græca bi- antistitis Stephani, ejusdem acta et martyrium hinc
Vaticanæ ; et alibi alia facile invenientur, inde figuris et versibus declarantur.
visa non sunt, quæque jam dicta potue- B 4. Iisdem fere temporibus, quibus Romæ petita
rmare. concessaque fuit facultas construendi S. Stephano
tamen apud Martyrologos Latinos Ste- altaria, sacella, templa, impressit Ferrarius utrum-
ıs et sociorum martyrum exstat memo- que catalogum suum, alterum nempe sanctorum
indicium esse possit, non adeo celebrem, Italiæ, anno 1613, alterum illorum qui in Romano
ı illorum temporibus, viguisse cultum in Martyrologio non habentur, anno 1625. In utroque
ıtina. Atque hinc factum sit, ut Rhegien- commemorat, die 5 Julii, S. Stephanum, sed absque
›iscopus, Annibal de Afflictis, vir multa sociis ; in priori quidem cum elogio hoc : « Ste-
ia clarus, initio sæculi superioris suppli- phanus, civis Rheginus, a S. Paulo apostolo, cum
›ngregationi sacrorum Rituum Romæ ex Syria Romam ductus, Rhegium, Brutiorum
suisque Rhegiensibus facultas fieret, metropolim appulisset, ad Christum conversus, et
›onendi imaginem, S. Stephano episcopo in fide instructus, primus Rhegiorum episcopus
'tyri, atque altaria et templa in honorem ab eodem apostolo ordinatur. Qui, post Apostoli
rigendi. » Affert pro motivo talia impe- discessum, dum munus episcopale prædicando im-
od « pridem, atque etiam tunc temporis pigre exsequeretur, multis jam ad fidem perductis,
ur de eodem sancto Stephano sociisque, C in Neroniana persecutione comprehenditur ; cum-
i Missa et alia Officia. » Et sacra con- que constanter in fidei confessione perseveraret,
referente illustriss. et reverendissimo atque multis affectus suppliciis, cruciatus omnes
co, Sancti Angeli in Foro Piscium Card. superasset, demum capitis obtruncatione marty-
agno, gratiam petitam concessit an- rium consummavit. » In posteriori autem Catalogo
›e hisce mihi constat, ita factum esse, idem Ferrarius sic habet : « Rhegii in Brutiis
nio Nicolai Mariæ Modofari, tunc Romæ S. Stephani, primi ejusdem episcopi et martyris
Thomæ in Parione rectoris, et hujusce sub Nerone. »
ıntis, atque eodem anno 1622 electi in 5. Non omni ex parte isthæc commendat

Actis Græcis, quæ mihi ab hisce viginti annis, tunc Romæ agenti, a R. P. Josepho Denti, domus professorum societatis nostræ præposito, Messanæ curata fuerunt describi e codicibus ms. celeberrimi prope urbem illam monasterii Sancti Salvatoris, ordinis S. Basilii; uti pluribus dixi ad Vitam S. Sebastianæ V. M. tomo VI Junii, quæ indidem ab eodem, uti multæ aliæ, mihi Græce fuerunt submissæ. Hæc, inquam, Acta S. Stephani videntur fons esse, ex quo, quotquot de illo Latine scripsere, sua hauserunt, aliis additis, aliis mutatis, pro suo cujusque sensu. Sic Stephanus, qui in Actis Græcis legitur patria Nicænus in Bithynia fuisse, et cum S. Paulo apostolo Rhegiam appulisse, ; apud Ferrarium dicitur civis Rheginus, et ab appellente illas in oras Paulo, Rhegii inventus, atque ibi ad Christi fidem conversus fuisse.

6. Hieronymus Marafioti in suo Calabriæ Chronico, Italice anno 1601 excuso, pag. 47, et Marcus Antonius Politi in suo similiter Chronico, Messanæ impresso ann. 1617, pag. 80. Idem Paulus Gualterius in sanctis Calabriæ, qui anno 1630 Neapoli prodierunt, pag. 53, et Ferdinandus Ughellus in suo *Italiæ sacræ* tomo IX edito anno 1662, habent Vitam S. Stephani, quam primus ex codice Græco interpretatus est Italice; secundus et quartus Latinam ediderunt ex alia atque alia interpretatione. Tertius e textu Latino Italicam fecit cum oratoria interpolatione. Horum ego editionibus inter se et cum textu nostro Græco collatis, quanquam eodem fere recidant omnia, malui tamen novam interpretationem facere, consimilem nostro ms. Græco, illamque simul imprimere, ut omnia magis authentica sint. Editio Ughelli propius insistit nostro ms. Græco: Marafiotina et Politiana in paucis aliquantum discordant; et in illo præcipue, quod designent diem martyrii septimum Julii: quem Ughellus noster textus Græcus, Menæa et Menologia citata, unanimiter asserunt quintum Julii.

7. Cornelius a Lapide in Acta apostolorum cap. ultimo ad illa verba, *Devenimus Rhegium*, commentans, varia habet, quæ sibi, tunc Romæ commoranti, submissa fuerunt a Rhegiensibus, viris eruditis et primariis: atque ex illorum fide hæc narrat: «Silet hic multa Lucas, ac præsertim Rhegiensium a Paulo conversionem, uno die, quo apud eos hæsit, factam: quæ ex Eclesiæ Rhegiensis monumentis, eodem ævo (nempe sæculo Christi Primo) Græce conscriptis, ac deinde in Latinum idioma translatis, et in archiepiscopali archivio asservatis, a Rhegiensibus viris eruditis et primariis ad me Romam transmissa, hic transcribam.» Transcribit autem ibi Acta Latina S. Stephani episcopi, a Paulo apostolo Rhegiensibus, ut aiunt, in transitu ordinati, quæ alia non sunt quam quæ nos infra damus Græco-Latina; nec tamen ibi sunt integra; nam desinunt in martyrio his verbis: « Quod digni fuerunt pro Christo mori ; » nec quid quam habent de sepultura sanctorum c rum. Facile condono P, Cornelio, Theolo Commentatori in sacram Scripturam eximio, fide et auctoritate Rhegiensium, virorum er rum et primariorum, talia scripserit. Ipse ir nihil per se commentatur de mora aut non Pauli apostoli apud Rhegium. Supposuit, ver quæ Rhegienses de mora ejus apud se uniu et de magna conversione gentilium illo die item de Actis S, Stephani, sæculo Christi Græce conscriptis affirmabant. Et si quid i re per se commentatus fuisset, utique obser quod si Paulus uno die Rhegii moram tra non potuisset secundo die Putoleos attigisse: Lucas factum esse ait. Sed de his mox alia.

8. Interea ex citatis editionibus animadver textu Græco nostro sphalmata quædam com esse, verosimiliter oscitantia librarii, illis in ubi ego per inclusa hisce sigis [] verba su conatus sum. Inter quas correctiones etian quod tertium nomen mulierum, simul pass Perpetua desiderabatur, quæ in Italico et l Sueræ episcopo, Agneti et Felicitati subnectit his autem ipsis nominibus dubium oriri pos omnes isti una cum Stephano passi fuerint s Christi primo. Acta quidem, etiam Græca, non antiqua sunt, nec talia, ut illud ipsis tuto c possit. Testimonia Martyrologorum nulla repe tur. Cultus nec valde antiquus apud Latinos valde celebris fuit ante sæculum XVI, quando amplificatio petita fuit a S. Rituum congre Romæ et obtenta, per facultatem exponendi imaginem sancti, ejusque nomini altaria et dedicandi: quæ eatenus nulla habuerit. L ubi sepultum fuit corpus in hodiernum usque uti scribit historicus Rhegiensis Politus ante reperiri non potuit.

9. Ex his, inquam. dubitari possit, an S phanus cum sociis suis martyrium passus sit s primo; eoque magis quod totis tribus primi culis episcopus, suæ civitatis alius, Rhegien non sit notus. Si dicas, per traditionem n esse S. Steqhanum pro sæculo primo, qu cur alius episcopus, pro eodem sæculo et di sequentibus, similiter noius non sit. Inquies antiqua civitatis scripta interciderunt; su autem vita S. Stephani, quæ ipsum S. Paul stoli discipulum facit. Audio. Sed illa ipsa vi sapit longam antiquitatem, nec potest ante lum decimum scripta fuisse, si non sit diu, post tio autem novem, decem, aut plurium sæcu tunc elapso, quando scripta fuit, potest s multa ignorasse de gestis sancti sui, quemadm nunc nihil de illis scitur ex antiquitate pr quod in vita narrantur : et magis potest igno certum tempus quo vixerit, martyrioque con fuerit, In hac porro ignoratione aut malig ditionis vulgi luce scribere exorso visum aptiori tempore Stephanum adduci Rhegiu

am quo Paulus apostolus eodem appulisse ; et præsumi poterat, ipsum ibidem pro n reliquisse episcopum.

n vero quæri potest de sociis symmarty- Stephani, Suera episcopo, et mulieribus, 'elicitate et Perpetua, unde illos acceperit ıatus forte sit scriptor Vitæ. Æque hæc liunde sunt : nec facile capiam, quomodo ;tæ religionis Christianæ initiis, duo Rhet episcopi, quando de uno solo non con-

De mulieribus quoque certiora desideınt, ne quis cogatur suspicari, Perpetuam citatem, omnium fere antiquorum Patrum ;lebratas, in Africa cum aliis sociis martyte sæculo tertio passas, Rhegium tradu-

quidem per hæc dubia mea nihil derolim veritati ; sed magis cupio, veritatem ustriorem fieri per aptas ad dubia mea ım solutiones. Aliud quoque dubium huc ıbi de prima Rhegiensium ad Christi fiversione per Paulum apostolum, sermo larium vox, et quodammodo Evangelium, bitare nefas sit, insonat auribus, Paulum, ia Rhegium appulisset, ducendus Romam ɔne et custodibus suis ad tribunal Cæsa- ngressu urbis Rhegiensis, cœpisse Chriuntiare : incolas autem obstinato animo ıisse istiusmodi anuntiationem ; tandem eprecante Paulo, ut se dicentem audirent mpore, quo parvulum candelæ frustulum, ıu tenebat accensum, deflagrasset, id per- Tum vero Paulum candelæ ardentis imposuisse columellæ, quæ forte astabat, ɐ ; et hanc columnam, consumpta brevi flammam concepisse et perrexisse arviso prodigio, incolas fidem Christi amfuisse.

factum, non tantum vulgi sermone, sed ipto celebratur a Marco Antonio Politi in Rhegiensi pag. 80, sed obiter tantum. mihi in his dubium est, utrum Paulum racula fecerit aut aliquos ad fidem conmo an istam urbem ex navigatione illa Scribit Luca, comes S. Pauli in naviyriaco-Romano, quæ vidit ; et accurate ıam quam in civitatibus obviis traxerunt, , ait, hibernasse Paulum tres menses, et m interea fecit miracula et conversiones ı, describit. Syracusis triduo substiteuteolis rogatu fratrum manserunt dies ıe Rhegio autem nihil simile meminit Lu- En verba, Actorum cap. ult : « Et cum ıs Syracusam, mansimus ibi triduo. Inde entes, devenimus Rhegium, et post unum ıte austro ; secundo die venimus Puteoinventis fratribus, rogati sumus manere dies septem ; et sic venimus Romam. » lus et Lucas, navigantes Syracusa vene-

A runt Rhegium. Non dicuntur urbem intrasse, nedum moram diurnam ibi fecisse ; sed potius iter prosecuti, e conspectu Rhegii, favente austro, post unum diem navigationis, venerunt die secundo Puteolos. Neque enim, si uno die Rhegii subtitissent, potuissent die secundo Puteolos attigisse, quibuscunque stantibus ventis, propter longinquam locorum distantiam.

13. Ita intellecto sacri scriptoris textu, uti plane videtur intelligi debere, evanescit prodigium columnæ marmoreæ ardentis in conversionem Rhegiensium, imo et conversio ipsorum per Paulum, et ordinatio Stephani tunc temporis in episcopum. Quod si quis etiam sustinere velit, Paulum civitatem ingressum fuisse, ibique die uno mansisse,

B nondum columna marmorea arserit. Quid enim ? Si id factum fuisset, Lucas, Pauli socius, utique scivisset. Si scivisset utique scripsisset. Utpote qui multo minora Pauli gesta in Melita insula et alibi, tam sedulo in memoriam posteritatis scripto consignavit. Utitur in re simili, simili argumentatione S. Hieronymus, Legebatur ipsius adhuc tempore liber de gestis Pauli et Theclæ, in quo et de baptizato leone narrabatur. Quod refutaturus ipse, sic ait : « Igitur Περιόδους Pauli et Theclæ, et totam baptizati leonis fabulam, inter apocryphas scripturas computamus. Quale enim est, ut individuus comes Apostoli Lucas, inter cæteras ejus res, hoc solum ignoraverit ? » Similiter quomodo idem ignoraverit, accensam a parva candelula, prædi-

C cante Rhegii Paulo, columnam marmoream arsisse ? » Addit Hieronymus ex Tertulliano, « Presbyterum quemdam in Asia σπουδαστὴν apostoli Pauli, convictum esse apud Joannem, quod auctor esset libri, et confessum, se hoc Pauli, amore fecisse ; et ob id de loco excidisse. » Digna fictoribus in rebus sacris ac seriis pœna, sive finxerint amore personæ privatæ, sive amore patriæ, ut res ejus gestas quam altissime repetant, aut conversionem ejus ad Christi fidem ab apostolis deducant.

14. Procedamus porro. Non tantum Pauli tempore ignotum fuit prodigium ardentis columnæ, verum etiam mille annis post, usque ad tempus, quo primaria S. Stephani vita, quam Græco-Latinam damus, conscripta fuit. Ejus quippe au-

D ctor, quamvis Paulum inducat Rhegium : ibique fidem annuntiasse, multos baptizasse, atque etiam presbyteros et episcopos ordinasse dicat, adeoque innuat longiorem moram ibidem traxisse ; tamen suo tempore nondum scivit, quod incolæ Rhegiensses initio pertinaciter prohibuerint Paulo prædicare fidem, deinde vero per prodigium columnæ marmoreæ ardentis conversi ab ipso fuerint. Quin imo satis declarat auctor vitæ, Rhegienses ab initio, absque ullo singulari miraculo, Paulum concionantem pronos auscultasse : et sicuti terra bona susceptum semen multiplicat centuplum, ita illos suscepisse verbum Dei ex ore Pauli. Debet igitur fabula ista primum nata fuisse in vulgus, post

tem dicti scriptoris et forte diu post, ex otiosi alicujus cerebro, quæ mox vulgo placuerit, atque etiam a prædicto chronographo Rhegiensi, Marco Antonio Politi, recepta fuerit. Scriptoribus aliis, Marafiotio in Chronico Calabriæ, atque Ughello in episcopis Rhegiensibus ; item Paulo Gualterio in Calabriæ Sanctis, et Vita S. Stephani, qui ante et post Politum, sua ediderunt, non ausis prædicti prodigii, ac talis conversionis Rhegiensium ad fidem Christi, vel verbo meminisse, quod faciam.

15. Superest, ut de ætate S. Stephani et sociorum ejus martyrum, verbum addamus. Satis, constare potest ex hactenus disputatis, ipsum a S. Paulo e navigatione Syriaco-Romana episcopum Rhegii constitutum non fuisse : id interim aiunt Rhegienses, atque adeo ex illorum opinione constitutus fuit anno Christi 56 quo illac transiit Paulus. De anno autem determinato martyrii nihildum apud ipsos legi. Ferrarius scribit, passum esse Stephanum sub Nerone : quod certat cum Actis, in quibus legitur, ipsum præfuisse episcopum annos decem et septem. Ex quo consequitur, martyrio defunctum esse anno 73, quod æque sustineri non potest. Quia scitur, nec illo anno, nec aliquot præcedentibus, nec aliquot subsequentibus, persecutionem ullam fuisse motam contra Christianos. Quamobrem aliud tempus quærendum est, quo episcopus factus, quoque martyrium passus sit S. Stephanus. Illud autem invenire non erit facile : cum Ughellus dicat, « post Stephanum usque ad Constantini Magni tempus, episcopos, qui in civitate Rhegiensi floruerunt, desiderari. » Rogo igitur Rhegienses, ut ipsi nova cura in rem illam tanquam suam, propius inquirant.

16. Nobis quidem experientia constat, ubique gentium obtinuisse et obtinere, estque pluribus quodammodo innatum, ut rerum suarum antiquitatem affectent, eamque quam altissime attollant: quod et frequenter usu venit in Actis sanctorum, quæ post longa tempora ex caliginosa traditione aut apocryphis scriptis colliguntur. Id accidisse sanctis Galliæ prioribus espiscopis, luculenter testatur Philippus Labbe, antiquitatis eruditus, si quis alius, in Breviario suo chronologico Historiæ sacræ et profanæ ad annum Christi 69, ita scribens anno 1665: «Ab annis facile octingentis plures majorum nostrorum crediderunt, quod primi episcopi fundatores Ecclesiarum nostrarum per Galliam, fuerint discipuli aut Christi Domini, aut sanctorum Petri, Pauli aut Clementis, etc., quodque venerint prædicare Evangelium in vastas hasce provincias sæculo primo Christianismi, S. Ursinum Bituricensium, S, Austremonium Arvernorum, S. Martialem Lemovicensium S. Frontonem Petrocoricensium, S. Eutrophium Santonensium, » et quos porro recenset magno numero alios : « quos inquit, doctissimi viri, Faber, Bosquetus, Launoyus, Patres Sirmundus et Petavius, aliique plures, censuerunt non venisse nisi sæculo tertio aut quarto. » De nonnullis sanctorum illorum et nos tractavimus in Actis nostris, et fere consentimus cum citatis auctoribus.

17 In Sicilia quoque Syracusani, qui sanctum suum Marcianum, primum civitatis episcopum nominant, contenduntque, Antiochia sibi a S. Petro apostolo submissum fuisse, ostenduntur ad diem 14 Junii nostri, aberrasse ipsumque sanctum, imperantibus Valeriano et Gallieno sæculo tertio, martyrium sustinuisse. Umbri similiter, ut nuper diximus, in tractatu præliminari ad tomum I Julii, affectant antiquitatem primorum aliquot episcoporum suorum, quos aiunt a S. Petro apostolo e Syria ad se missos fuisse ; qui non nisi temporibus Diocletiani et Maximiani vixerunt ac martyres facti sunt. Nihil attinet plura congerere exempla. Res eruditis notissima est. De S. Stephano, primo Rhegiensium episcopo, jam ostendisse mihi videor ipsum nec sæculo primo, nec a S. Paulo apostolo, quando is navigavit Romam, ordinatum fuisse episcopum ; quando autem ordinatus fuerit, nequeo divinare ; quia de hoc Stephano silent tam Martyrologi Latini, quam alii scriptores antiqui, saltem qui ante Vitam ejus scriptam vixerint. Fortassis posset ejus martyrium ad tempora Diocletiani et Maximiani referri, quia nulli alii ante illud tempus noti sunt episcopi Rhegienses. Verum certiora de his exspectabimus a Rhegiensibus ipsis, ut jam dixi.

18. Diximus quoque, unde acceperimus Acta Græca, et quia tarde fuerunt collecta, comperiuntur non magnæ fidei esse. En ipsa, cum nostra interpretatione. Titulus talis præfigebatur : Ἄθλησις τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν ἱερομάρτυρος Στεφάνου, μητροπολίτου τῆς Καλαβρίας : *Certamen sancti Patris nostri, sacri martyris Stephani, metropolitæ civitatis Rhegii in Calabria.*

ACTA AUCTORE ANONYMO

Nisi forte sit Metaphrastes.

Ex codice ms. monasterii Sancti Salvatoriis, ordinis S. Basilii prope Messanam.

Α'. Οὗτος ὁ ἅγιος ἱερομάρτυς Στέφανος ὑπῆρχεν ἀπὸ πόλεως Νικαίας· κατερχομένου δὲ Παύλου τοῦ ἀποστόλου ἐν τῇ Ῥώμῃ, συνηκολούθησεν αὐτῷ ἄχρι πόλεως Ῥηγίου τῆς Καλαβρίας. Εὑρὼν ὁ Ἀπόστολος τὴν πόλιν οὖσαν κατείδωλον, ἐκήρυξεν ἐν αὐτῇ λόγον Κυρίου, καὶ ὥσπερ ἀγαθὴ τὸν σπόρον δεχομένη νάϊ ἑκατοστεύουσα, οὕτως οἱ ἐν αὐτῇ τὸν λόγον ἐδέξαντο· κατηχήσας οὗτος αὐτοὺς ὁ Παῦλος, καὶ βαπτίσας πλείστους εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, προχειρίζει αὐτοῖς ἀρχιεπίσκοπον Στέφανον. Ὃς καλῶς ποιμάνας τὴν ἐμπιστευθεῖσαν αὐτῷ ποίμνην, πολλοὺς τῷ ἑσπερίῳ (μέρει) ὑπέστρεψεν εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ πίστιν ταῖς αὐτοῦ διδασκαλίαις. Διατρίψας οὖν ἐν ταύτῃ τῇ πόλει ἑπτὰ καὶ δέκα ἐνιαυτοὺς, καὶ ἐπισκόπους καὶ πρεσβυτέρους χειροτονήσας, καὶ τῆς Ἐκκλησίας Θεοῦ χάριτι μεγαλυνθείσης, ἐκινήθη διωγμὸς κατὰ τῶν Χριστιανῶν.

Β'. Ἐκρατήθη ὑπὸ Ἱέρακος ἡγεμόνος ὁ Ἅγιος προσαίτιος τοῦ Χριστιανισμοῦ, καὶ ἠναγκάσθη ἀρνήσασθαι τὸν Χριστὸν, καὶ θῦσαι τοῖς εἰδώλοις· ὃς δὲ οὐκ ἠνέσχετο, ἀλλὰ μᾶλλον παῤῥησίᾳ τὸν Χριστὸν ὁμολογήσας, Θεὸν ὄντα καὶ Ποιητὴν πάντων· τὰ δὲ εἴδωλα, ξύλα καὶ λίθους ἀναίσθητα, ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων, τοῦ διαβόλου ἐφευρήματα. Διὸ τύπτεται ἀφειδῶς (σὺν τῷ Σουηρᾷ ἐπισκόπῳ) καὶ λίθοις τὰς ὄψεις συνθλῶνται, καὶ εἰς κάμινον πυρὸς ἐμβληθέντες, ἐξῆλθον ἀβλαβεῖς· ὅθεν πλεῖστοι ἐπίστευσαν τῷ Χριστῷ. καὶ, Μέγας ὁ Θεὸς, ἀνεβόησαν, ὁ ὑπὸ Στεφάνου, καὶ Σουηρᾶ τῶν ἀρχιερέων κηρυττόμενος. Ἐν οἷς ὑπῆρχον γυναῖκες σεμναὶ, Ἀγνῆς, Φιλικητὰς (καὶ Περπετούα) προσαγορευόμεναι, μαθήτριαι τοῦ ὁσίου Στεφάνου ὑπάρχουσαι, παῤῥησιασάμεναι ἔμπροσθεν στᾶσαι Ἱέρακος ἡγεμόνος, ὡμολόγησαν τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ, Θεὸν ἀληθινὸν καὶ Ποιητὴν πάντων ἀνακηρύξασαι.

Γ'· Τότε θυμοῦ πλησθεὶς, ἐκέλευσεν αὐτὰς ξίφει ἀποτμηθῆναι ἅμα Στεφάνῳ καὶ Σουηρᾷ τοῖς ἀρχιερεῦσιν. Οὗ γινομένου, παραυτίκα ἀπέδωκαν τὰς ἁγίας αὐτῶν ψυχὰς τῷ Κυρίῳ, εὐχαριστοῦντες καὶ ἀγαλλιώμενοι, ὅτι ἠξιώθησαν ὑπὲρ Χριστοῦ ἀποθανεῖν. Τὸ δὲ τίμιον σῶμα τοῦ ὁσίου ἱερομάρτυρος Στεφάνου, ὑπ' ἀνδρῶν εὐσεβῶν ἀωρὶ τῆς νυκτὸς κομισθὲν ἐν τῷ νοτιαίῳ μέρει τῆς αὐτῆς πόλεως, κατετέθη ἐν τῷ ἡσυχαστικῷ αὐτοῦ εὐκτηρίῳ, ὡς ἀπὸ σημείου ἑνὸς τῆς πόλεως, πλείστας ἰάσεις ἐπιτελοῦν. Τὰ δὲ τῶν λοιπῶν ἁγίων τὰ σώματα, Σουηρᾶ ἐπισκόπου, σεμνῆς Ἀγνῆς καὶ Φιλικητάτης (καὶ Περπετούας), ἔνθα ἀπετμήθησαν, ὑπὸ πιστῶν κατετέθησαν, ὑπὲρ τοῦ κόσμου πρεσβεύοντες.

I. Sanctus hic martyr Stephanus, civitate Nicæa ortus, cum Paulus apostolus proficisceretur Romam, ipsum comitatus fuit usque ad civitatem Rhegium Calabriæ. Inveniens autem Apostolus civitatem illam, totam idololatram, prædicavit ibi verbum Dei : et quemadmodum bona terra semen recipit multiplicatque centuplum, ita incolæ civitatis verbum receperunt. Interea catechizans ipsos Paulus, baptizavit plurimos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti ; atque ordinavit ibi archiepiscopum Stephanum, qui recte pascens commissum sibi gregem, multos in occidentalibus plagis, convertit doctrina sua ad fidem Christi. Postquam igitur septemdecim annos ibi exegisset, episcoposque et presbyteros consecrasset, atque Ecclesia per Dei gratiam perampla esset : mota fuit persecutio contra Christianos.

II. In illa autem comprehensus ab Hierace præside S. Stephanus, tanquam auctor Christianismi, coactus fuit negare Christum et sacrificare idolis Quod ille non sustinens, potius confessus est Christum Deum esse et creatorem omnium ; idola vero esse ligna et lapides, sensu carentia, opera manuum hominum, et diaboli inventa. Hinc sine cessatione verberatur una cum episcopo Suera, et facies eorum lapidibus conteruntur, et in caminum ignis injecti, inde exierunt illæsi. Quo miraculo plurimi crediderunt in Christum, exclamantes : Magnus est Deus, quem Stephanus et Suera episcopi prædicant. Inter hos quoque erant honestæ feminæ, Agnes et Felicitas et Perpetua nominatæ discipulæ sancti Stephani ; quæ libera voce, stantes coram Hierace præside, confessæ sunt nomen Christi, ipsum Deum verum et Factorem omnium prædicantes.

III. Tunc præses, iracundia plenus, præcepit ipsis gladio amputari caput, uti et Stephano et Sueræ episcopis. Quo facto, reddiderunt sanctas animas suas Domino, gratias agentes et exultantes, quod digni fuerint pro Christo mori. Venerabile autem sancti Stephani corpus a viris religiosis nocte intempesta deportatum fuit in [illegible] partem ejusdem civitatis, ac depositum in [illegible] ejus oratorio, quod circiter milliari [illegible] abest, plurimas operans curationes. [illegible] vero sanctorum corpora Sueræ [illegible] lis Agnetis, Felicitatis et Perpetuæ [illegible] deposita fuere, ubi occubuerant [illegible] cedentes.

DE SANCTIS XLV MARTYRIBUS

NICOPOLI IN ARMENIA

COMMENTARIUS PRÆVIUS

(Acta SS. Bolland., Mai die 10.)

1. Nicopolis in Armenia, ab aliis pluribus ejusdem nominis civitatibus additione hujus provinciæ distincta, a Pompeio Magno condita ob Mithridatem ibi debellatum, auctore Dione Cassio, lib. XXXVI Historiarum Romanorum, exstitit clarissimorum martyrum XLV palæstra, constantiæ eorum testis et spectatrix, ac gloriæ theatrum ; civitas sane tum insigni hoc triumpho nobilis, tum mirifice prædicari merita, quod temporibus Valentis imperatoris inconcussa steterit adversus Arianorum procellas, ut pluribus meminit S. Basilius in epistol. addit., sicut signat Baronius in notationibus hic, 6, 9, 10, 11, et 12 edit. Nut celebratissimam vero sanctorum martyrum memoriam fuisse in sacris tabulis, abunde constabit ex iis quæ de eorum cultu subnectimus.

2. Menologium Basilianum, ad calcem tomi primi hujus mensis post annuntiationem : Eodem mense (Julio die X), passio sanctorum XLV martyrum, qui in Nicopoli martyrio affecti sunt, » ita de illis prædicat : « Quadraginta quinque Christi martyres vixerunt sub regno Licinii et præfectura Lysiæ, quorum principes fuere Leontius, Mauritius, Daniel et Antonius. Comprehensi itaque astiterunt duci Lysiæ in Nicopoli Armeniæ, Christumque confessi et idola exsecrati, cæsique ac lapidibus ora et faciem contriti, in carcerem conclusi sunt, per dies plures absque cibo permanentes. Milites, eorum constantiam conspicati, Christo crediderunt. Deinde e carcere ejecti, et crura securibus abscissi, hi quidem jam mortui, illi autem adhuc spirantes, in caminum ignis injecti, cursum consummarunt, accipientes immortale regnum, quod paratum ipsis fuit a Christo ante mundi constitutionem. » Alibi sæpius horum martyrum recurrit memoria in Græcis fastis, ac plerumque cum parvo elogio, videlicet in Menæis impressis eorumque indice et Horologio Græcorum ; item in Supplemento ad Menæa ex Synaxario Sirmondi et ms. Chiffletii, in Menæis bibliothecæ Ambrosianæ, Menæo Chiffletii, Menologio Slavo Russico, quod pro *Leontio* scribit *Leonis*, Maximo Cythetorum episcopo ; quibus addi potest ms. ex libro linguæ Arabicæ de vita nonnullorum sanctorum Typicum S. Sabæ, nec non epitome excusa Menologii : denique Menologium Sirleti : e quo postea eorum memoria transiit ad Martyrologium Romanum, sic illos referens : « Nicopoli in Armenia, sanctorum martyrum Leontii, Mauritii, Danielis et sociorum, qui sub Licinio imperatore et Lysia præside varie excruciati, tandem in ignem conjecti, martyrii cursum confecerunt. » Molanus illos etiam habet, et Galesinius.

3. Menæa impressa, uti etiam dictum eorum Supplementum, sacro martyrum agmini ita accinunt:

Παρεμβολή τις εὑρέθη τῷ Θεῷ νέα
Τόλμῃ παρεμβαλοῦσα καὶ πυρὸς μέσον.
Κτεῖνεν ἀρισθενέας δεκάτη πῦρ Νικόπολίτας.

Nova castra Numen militem invenit novum
Audacter ausum tendere in medio rogos.
Flamma necat decima generosa Nicopolitas.

Idem Supplementum habet hoc singulare de eorum cultu : Τελεῖται δὲ ἡ αὐτῶν σύναξις ἐν τῷ ναῷ τῆς ἁγίας Ἀκυλίνης πλησίον τοῦ φόρου. Celebratur autem eorum solemnitas in templo S. Aquilinæ prope Forum. » De templo S. Aquilinæ agit Cangius lib. IV *CPolis Christianæ*, pag. 144.

4. Baronius tom. III, pag. 162, num. 46, agens de hisce martyribus, agonem eorum affigit anno 316. In Menologio Slavo-Russico ponuntur passi anno 307. Liber linguæ Arabicæ, de quo supra, videtur ipsos alligare temporibus Diocletiani ; cum post annuntiationem ibidem addatur Actorum vitæ aut elogii, ut autumo, principium « in diebus Diocletiani : » et ascribitur, fol. 13. Tomo V. Maii, pag. 151, in annot. ad cap. 3 Actorum S. Donati et sociorum martyrum lit. f, ponitur Licinius cœpisse persequi Christianos anno 316. Secus opinatur Pagius in Critica hist. Chronol. tom. I, pag. 381, censens, nullos martyres in persecutione Liciniana fuisse passos ante annum 319, neque ante illud tempus Licinium persecutionem Ecclesiæ intulisse. Tillemontius tom. V, pag. 512, obiter ex Græcis tabulis sanctos Christi pugiles commemorans, annum martyrii non determinat. Et vero ea temporis ratio, quam figit Pagius, non videtur improbabilis : neque enim apparet, quem potissimum martyrio sæpe dicto assignes annum, quam illum quo Licinius varia in Christianos machinatus est, eos e palatio suo pellens, concilia celebrare, eos ve-

tans, aliaque quam plurima contra eos statuens ac gerens in odium Constantini de quibus Eusebius lib. I *De Vita Constantini*, capite 51, 52 et seqq. agit; quæ Petavius alligat anno Christi 319, ut videre est in parte altera *De doctrina temp.*, pag. 718; addens, passos esse in ea persecutione XL martyres in Cappadocia, frigore enectos, et Basilium, Amasiæ Ponticæ episcopum, martyrio affectum, citaque Eusebii Chronicon. Actum de illo est tom. III Aprilis, pag. 416, apposita epocha, circa ann. 322; de iis autem die 10 Martii. ad hæc Eusebii Chronicon Latine versum apud Josephum Scaligerum pag. 180, ad an. CCCXXI habet; «Licinius Christianos de palatio suo pellit.» Dicamus ergo, martyres obiisse circa annum 319.

5. Quid sentiam de Actis, e Græco in Latinum sermonem a me conversis, paucis intellige. Non sincera illa esse, sed episodio plus uno adornata dramaticeque composita, indubitatum mihi videtur. Spirat enimvero in illis ingenium Metaphrastis, vel saltem alterius cujusdam ei non absimilis, trægœdi sacri potius quam sinceri historici nomen promeriti. Argumento sunt sequentes observationes. Primo, preces, verbis psalmorum nimis compositæ concinnatæ, ut videsis num. 8 et 12. Secundo, inductio martyrum utriusque sexus nec non exemplum S. Potamienæ, temporibus Maximiani pro tuenda pudicitia in lebetem, pice instructum, a suo domino injectæ, nonne theatrum spirant? S. Leontius, ea narrans ut animos excitet ad fortiter pro Christo dimicandum, dicit se ea accepisse « a magistro suo, qui veniebat ex Egypto, et audisse se aieba a S. Antonio asceta. » Quæro qui hic Antonius aceta? Antonius magnus, ut opinor, celeberrimus plurium monachorum abbas: si ille est, quem conjicio, satis disparata connectere videtur scriptor; cum is tam diu obierit post S. Leontium, anno utique 356. Res illæ narrantur, a num. 8 in fine. Tertio, diabolus, Æsculapium mentitus, ducemque Lysiam contra martyres concitans, quidnam est nisi scena dramatica, num. 12?

6. Quinto, mors martyrum, hoc modo accelerata, qui refertur num. 16, fallor si plenam fidem inveniat. Sexto, prodit in scenam mulier, sanctis aquam sub vestibus clam in carcere deferens, num. 11; quæ denuo redit num. 19. Erunt, ut opinor, quibus preces et aqua e rupe elicita non omnino arridebunt, num. 22. Denique Actorum sinceritati non mediocriter officit sequens clausula, a genuinis Actis abesse consueta, quæ habetur num. 23, in qua Sisinnius ita Deum orat jamjam moriturus. « Opis tuæ indigos, teque nostro interventu invocantes, statim exaudi, Domine, in quacunque necessitate et indigentia; quamvis in viduitate et orbitate; quamvis in peregrinatione; quamvis in infirmitate corporis et animæ; quamvis in ære alieno et calumniis; quamvis in acerba servitute; quamvis in hominum ac pecudum contagione; quamvis in mari quispiam sit naufragus, etc. Tu illi, rex, per nos solatio sis, et statim exaudi, ut cognoscant mundi hujus incolæ, multum nos diligi abs te, et exaudiri, ac malo cuilibet fiat aqua hæc in medelam, nam ad invocationem tui ebullit et innovatum est vetus miraculum in gloriam *Patris et* Filii et Spiritus sancti, in laudem et memoriam martyrum tuorum quinque et quadraginta.

7. Inter martyres XXXVI Alexandriæ passos, de quibus hoc itidem die agitur superius, duo primi Leontius et Mauritius, et quintus Daniel, tribus nostris martyribus Nicopolitanis, quorum expressum vidimus nomen, prorsus homonymi sunt. Quæ homonymia suspicionem fortasse nonnulli præbere poterit, hic æque, ac alibi, plus semel, inductæ alicujus, confusionis, una fortasse martyrum turma in duas distracta, vel, si hoc non vis, alterius in alteram nominibus derivatis. Verum quoniam quid hic lateat mysterii, nobis assequi non est promptum, in duas eos classes dsitinximus, secuti Martyrologia Hieronymiana: uti indicavimus supra, ubi de dictis triginta sex martyribus egimus, et difficultatem hanc non prætermisimus.

III. Eo autem die, qui deinceps secutus est, beatus Stephanus ordinavit tres presbyteros, et septem diaconos, ac sexdecim clericos et sedens omnes illos docebat de regno Dei, ac de sempiterna illa vita, quæ futura est. Mox cœperunt populi ex Græcis et reliquis gentibus ad eum venire, qui divinos sermones audientes, a Stephano pontifice baptizabantur. Interea venit quidam tribunus militum, Nemesius nomine, cui erat filia unica quæ ab incunabulis : apertos quidem oculos habuerat, sed nihil omnino aspiciebat. Ille se ad beati pontificis pedes prostravit, ac dixit : Oro te, pontifex, ut me et filiam meam baptizas, quo et ipsa illuminetur, et animas nostras ab æternis tenebris eripias, quoniam ad hanc usque diem semper in ærumnis et doloribus propter hujus filiæ meæ cæcitatem versatus fui. Tunc beatus episcopus : Si credis, inquit, ex toto corde, omnia tibi credenti concessa fuerint. Ad hæc Nemesius tribunus : Ego ad hanc usque diem toto animo credidi, et nunc credo Dominum Jesum Christum Deum esse qui aperuit oculos cæci nati : neque enim humanis consiliis impulsus, sed ejus ipsius vocatione, ad sanctitatem tuam veni.

IV. His auditis, statim beatus pontifex hominem illum adduxit ad locum quemdam, qui vocatur Titulus pastoris; cumque et ipsum, et ejus filiam catechismo instruxisset, quemadmodum Christianæ fidei canones et ordo postulat, jussit eos jejunare usque ad vesperam. Cum autem venisset hora vespertina, benedixit aquæ in eo loco, quem pastoris Titulum vocatum fuisse diximus, itaque Nemesium in aquam demisit, et baptizavit in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Cum vero ex piscina exiisset, cœpit ipsius filia clamare : En hominem video, qui tetigit oculos meos, in cujus circuitu magnæ lucis splendor apparet. Tunc Stephanus et ipsam Nemesii filiam baptizavit, quæ Lucilla vocata est. Ex hoc tempore multi cœperunt ad pedes beati pontificis Stephani se prosternere ; et cum lacrymis baptismum ab eo petere. Illo itaque die, quo Lucilla baptizata est, mares et feminæ sexaginta duo baptizati sunt. Sic igitur, divina gratia et ope adjuvante, multi viri Deum metuentes ex gentibus, beatum pontificem Stephanum adierunt, ut ab illo Christi baptismum acciperent. Mox ille sanctissimus pontifex, Spiritus sancti gratia refertus, cœpit Christianorum multitudinem in unum locum convocare divinaque officia celebrabat in martyrum latibulis, quæ cryptæ appellantur : quo tempore Nemesium patrem Lucillæ ordinavit diaconum.

V. Impietatis vero sectatores quidam cum hæc audivissent, insuper et Nemesium tribunum cum tota familia Christi fidem sectari, baptismoque et fidei lumine adjutum, cæcitatem pristinam abjecisse, rem detulerunt ad Glabrionem et Maximum consules, homines scilicet impietatis valde studiosos. Tunc illi de ea re consultantes, præceperunt, ut quocunque in loco Nemesius diaconus inveniri posset, omnino gravissimis suppliciis affigeretur. Cum autem Nemesius ipse quodam die per viam Appiam iter faceret, et esset prope Martis templum, et Valerianum ac Maximum impios homines videret, qui ut antea consueverant fœdissima dæmonibus sacrificia offerebant, ita Deum ipsum flexis genibus oravit : Domine Deus creator cœli et terræ, dissipa consilia et machinas, quibus diabolus humanas mentes pervertit; dissipa eas, quæso, per nomen Domini nostri Jesu Christi Filii tui, quem misisti in hunc mundum. Contere Satanam, ut miseri et infelices isti ab ejus laqueis quibus irretiti sunt eripiantur, ac humanis manibus fabricata simulacra derelinquentes, agnoscant te omnium rerum creatorem, Deum et Patrem omnipotentem, et unicum Filium tuum Dominum Jesum Christum. Illa ipsa hora impius Maximus a dæmone correptus, voce magna cœpit clamare : Nemesius nunc factus Christianus me incendit. Ecce illius oratio me cruciat. Ex illa igitur hora egressi e templo, jusserunt Nemesium detineri. Cum vero qui eum tenuerant, verberibus pulsarent, repente Maximus consul efflavit animam.

VI. Itaque Nemesius statim ductus est ad Valerianum in palatium, quod Claudii nomine appellatur. Quem sic affatus est Valerianus : Et ubinam est, o Nemesi, prudentia illa tua, quam semper in te cognovimus, tum in consiliis ineundis, tum in rebus gerendis firmissimam ? An ignoramus nos, quid optimum, quidve pessimum sit, quippe qui non aliud te adhortamur ut facias, nisi quod utilitatem tibi affere possit, ut scilicet quæ vera sunt ample-

ipsos non deseras, quos omni tempore
:oluisti et veneratus es ? Ad hæc Ne-
onus : Ego, inquit, scelestissimus verita-
lereliqueram, et sanguinem innocentem
et ad hoc usque tempus peccatis one-
n ; sed Christi Domini et Dei miseri-
o adjutus, tandem Creatorem meum
jus baptismo illuminatus sum, qui et
oculos aperuit, et corporeis filiæ meæ
ıen restituit. Hunc adoro, hunc timeo,
n et preces supplex offero, cujus auxi-
ır implorabo, et simulcra omnia, quæ
sse cognovi, et ipsa, et eorum cultores
ksecror. Tunc ait Valerianus : Nota mihi
ia tua, quibus humanas cædes patrare
ippe quiet Maximum consulem tuis præ-
ıdio sustulisti : quin etiam adhuc contra
reipublicæ salutem temere christiano-
talia veneficia exercere non desistis.
lictis, Valerianus ira percitus, jussit
vato carcere detineri, quem, cum opus
ndum præcepit. Jussit etiam Sempro-
ıii famulum, domino suo fidelissimum,
esse, a quo ejusdem Nemesii tum facta,
nnia inquirerentur : cujus etiam filiam
stodiri præcepit apud sceleratam quam-
'em, nomine Maximam. Postero autem
niquissimus Valerianus Sempronium
n tribuno, qui vocabatur Olympius, ut
, et de domino ipsius per eum inqui-
m igitur Olympius his verbis aggressus
ne qua de causa hic ante nos con-
Hæc ille ait. Ad quæ Sempronius nihil
Sed nihilominus Olympius : Ausculta,
proni, et fac quod jubent imperatores
minus, multis et variis tormentis cru-
tendas igitur nobis Nemesii domini tui
einde vero propitiis deorum nostrorum
acrifices. Ad hæc Sempronius : Si facul-
i mei Nemesii requiris, scito illas a me
se oblatas ; non enim nostra, sed illius
Quod vero dicis et me hortaris, ut diis
ım, nullo modo faciam : Christo enim
i viventis Filio sacrificium laudis et
, cui et dominus meus Nemesius seipsum
ı hæc dixisset Sempronius, furore ac-
Olympius, et satellitibus dixit : Proster-
ım istum, et virgis percutite. Afferte
leum Martem ac tripodem, ut vel diis
offerat, vel sine intermissione aliqua
ıtiatur. Allatum igitur aureum [æreum]
.m una cum tripode, in conspectu Sem-
um fuit. Quod cum Sempronius vidisset :
ıquit, te Dominus Jesus Christus Filius
ıc dixit Sempronius, ac repente idolum
ıefactum est, quasi cera igne admoto.
ridisset Olympius, stupore perculsus
ıox vero domi suæ illum custodiri jussit,
nocte omnia tormenta tibi afferam, et

A miseris modis te consumam. Hæc dixit, et Sempronium custodiendum tradidit Tertullo cuidam, domus suæ gubernatori. Exuperiæ autem conjugi Olympius ipse narravit, quemadmodum Sempronius Jesu Christi Dei sui nomine invocato, Martis idolum comminuerit.

VIII. Tunc Exuperia uxor : Si tanta, inquit, est Christi potentia, quantam dicis, satius nobis est dehinc illos ipsos deos relinquere, qui neque sibi neque nobis opem ferre possunt. Quæramus igitur Deum illum, qui Nemesii tribuni filiæ lumen restituit. Tunc Olympius Tertullo præcepit, ut mitius se gereret cum Sempronio, siquidem Nemesii pecuniis inquirendis ipse operam dare vellet. Hoc mandatum exsecutus est Tertullus. Olympius vero
B cum conjuge Exuperia, et unico filio Theodulo, illa ipsa nocte venerunt, et ad pedes Sempronii prostrati, dixerunt : Nos paulo ante Christi potentiam cognovimus, verum scilicet Deum illum esse, qui Nemesii tribuni filiæ oculorum lumen dedit. Quamobrem te precamur, ut cures nobis dari salutare baptisma in nomine Jesu Christi, quem tu prædicas. Respondit Sempronius : Si pœnitentiam agitis ex toto corde vestro, benignus est Deus meus, et accipiet vos pœnitentiam agentes. Tunc Olympius : Jamjam, inquit, faciam, ut credas me toto corde Christi Dei fidem sequi. Hæc dixit, et statim cubiculum patefecit, in quo habebat multa et varia idola. Quibus ostensis : En, inqui, Semproni, hæc omnia simulacra in potestate tua sunt : fac illis quidquid libet. Cui Sempronius : Age, simulacra
C ista omnia manibus propriis contere, auroque et argento, ex quibus confecta sunt, igne conflatis, pauperes congrega, et illis hæc distribue. Fecit omnia, quæ Sempronius dixerat, Olympius, nihil prorsus dubitans. Repente vero audita est vox e cœlo, dicens : In te, Semproni, requievit spiritus meus. Audierunt vocem illam Olympius et ejus uxor, et in fide ipsa facti sunt firmiores, ob idque ad salutare baptisma promptiores. Itaque Sempronium precabantur, petentes ut sigillum Christi acciperent, et per aquam ac Spiritum denuo nascerentur.

IX. Omnia hæc Sempronius Nemesio domino suo retulit. Quæ cum Nemesius accepisset, celeriter adiit ad beatissimum pontificem Stephanum, eique rem omnem exposuit. Ille vero Christo Deo
D nostro gloriam dedit, et proxima nocte Olympii domum adiit. Quo viso, statim Olympius prostravit se ad pontificis pedes una cum uxore Exuperia, et filio Theodulo. Erexit autem illos sanctissimus pontifex, atque interrogavit, an crederent in Dominum nostrum Jesum Christum. Cui omnes concordi animo responderunt : Credimus, Pater sanctissime, in Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum. Tunc pontifex eos baptizavit in nomine sanctæ, consubstantialis et individuæ atque vivificantis Trinitatis. Ostenderunt autem illi et idola, quæ propriis manibus comminuerant. Qua de re sanctissimus pontifex gratias egit Deo, et pro illis sacri-

ficium obtulit benigno et salutis nostræ auctori Domino Jesu Christo; eosque sanctæ oblationis participes fecit. Itaque tota illa domus gaudio magno et hilaritate repleta est.

X. Tertius dies præterierat, cum Valerianus et Gallienus imperatores valde impii hæc audierunt, qui furore accensi, jusserunt Nemesium et ejus filiam Lucillam, indicta causa, torqueri. Sed cum nullis tormentis de sententia moveri possent, illos obtruncari jusserunt. Et quia cupiebant Lucillæ patri persuadere, ut sententiam mutaret, præceperunt Lucillam prius obtruncari. Cum vero et Nemesii propositum stabile atque immobile cognovissent, illum etiam securi percuti jusserunt in loco illo, qui est inter duas vias, Appiam et Latinam, non longe ab urbe Roma. Postera die nefarius Valerianus jussit Sempronium, publice audiendum, sisti. Cui dixit: Quare non consulis tibi ipsi, et diis te subjicis, per quos universa natura regitur et gubernatur? Christus me regit et gubernat, inquit Sempronius, qui et hanc sententiam mihi confirmavit. Tunc jussit Valerianus Sempronium in ignem conjici. Milites igitur cum ignem multum accendissent, sanctum illum virum Sempronium, vinctis post terga manibus, in mediam flammam conjecerunt. Itaque beatissimus martyr Sempronius in media flamma positus; spiritum Jesu Christo commendavit. Pretiosæ autem ipsius reliquiæ intactæ permanserunt. Venit autem beatus pontifex Stephanus cum clericis et viris religiosis, sanctique Sempronii reliquias collegit, et illas cum Olympii et sociorum, qui prius propter Christum interfecti fuerant, sanctissimis reliquiis collocavit.

XI. Post multos dies Valerianus et Gallienus cœperunt beatum episcopum Stephanum et ejus clerum inquirere: quin etiam edicto proposito jusserunt, ut ubicunque inventi fuissent, post multa et varia tormenta, morte acerbissima necarentur. Itaque detenti sunt clerici duodecim, quorum nomina hæc sunt: Faustus, Maurus Primitivus, Columnius [*Calumniosus*], Joannes, Exuperantius, Cyrillus, Honoratus, Theodosius [Theodorus], Basilius, Castulus, Donatus. Qui cum multis cruciatibus torquerentur, neque adduci possent ut facerent quod jussi erant, postremo imperatores jusserunt illos obtruncari in via quæ appellatur Aquæductus. Quorum veneranda corpora curavit Tertullinus, qui fuerat Olympii servus quamvis adhuc esset gentilis, et eorum reliquias reposuit prope corpora sanctorum Juvini et Basilei, in via Latina. Cal. Aug.

XII. Hæc cum audivisset beatus Stephanus pontifex, jussit ad se accersiri Tertullinum, quem multis hortationibus ad Christianam fidem conversum docuit de regno Dei, et sempiternæ, vitæ mysteriis initiavit, sanctissimoque baptismate purgavit, atque illum adhuc alba veste indutum, ordinavit presbyterum. Quem cum docuisset de salute ac cœlesti regno sanctus pontifex: Esto, inquit, tibi, frater, hoc onus impositum, ut multorum martyrum reliquias diligenter inquiras. Cum hoc datum accepisset Tertullinus, post duos dies presbyter ordinatus est, a Marco tribuno co hensus, ad Valerianum ducitur. Cui Valeria Age, inquit, domini tui pecunias huc affer; interficieris. Ad hæc Tertullinus respondit: cunias domini mei et tu habere cupis, æternam assequi poteris; nam ille pro Christo morien ipsi facultates suas obtulit, in futuro illo æv recepturus. Si ergo et tu vere in Deum credi mutaque ac sensus expertia idola exsecratus misericors et clemens Deus te pœnitentiam tem amplectetur. Tunc dixit Valerianus: domini tui pecuniæ æternam vitam illi affe Maxime, inquit Tertullinus, et non solum nam vitam, sed perpetuum etiam regnum liant.

XIII. His auditis, Valerianus ad eos serm dirigens, qui aderant: Delirat, inquit, Tertu iste. Prosternatur igitur in terram, et multis percutiatur. Itaque cum B. Tertullinus sine ricordia verberaretur, voce magna dicebat: ago tibi, Domine Jesu Christe, quod non dis sti me a domino meo et servo tuo Olympio, me antecessit martyrio functus. Cum itaqu verbera et plagas hoc diceret, jussit imperat lateribus ignem subjici. Cui nefarii atque homines hoc sæpe inculcabant: Tertulline sac redde pecunias domini tui. Beatus vero T nus constanti animo atque hilari vultu dicel leriano: Age, miser, fac celerrime quidqui ut per incendium et flammas istas me sacri Deo gratum offerre possim. Tunc jussit Vale Tertullinum non amplius verberari, sed tra pritio urbis præsidi, cui dixit: Age, requi isto pecunias Olympii domini sui; deinde illum diis libare: quod nisi fecerit, variis to tis crucietur.

XIV. Cum hoc mandatum accepisset Sap statim tribunal sibi parari jussit in eo loco Mamertini domus appellatur, præcepitque a ad se martyrem, præcone sic indicente: Addu huc sacrilegus Tertullinus: Adductus itaque Tertullinus, quem præses interrogavit, quo no vocaretur. Cui Tertullinus: Peccator, inquit, ego, servus servorum Jesu Christi. Tunc Sap præses sic eum affatus est: Considera quæ tibi præcipiuntur, et sine mora facias, quod ut vivas. Eia igitur diis sacrifica, et redde, jubemus, bona Olympii domini tui; sin m tormentorum suppliciis consumptus fueris. Ad respondit Tertullinus: Si nosses æternæ vitæ citatem, non esses de præsenti sæculo anxiu sollicitus, ea curans quæ a dæmonibus, quo colitis, suggeruntur, et tibi et tui similibus nos cruciatus afferent. His auditis, Sapritius ses jussit Tertullini faciem lapidibus collidi. ctus vero Tertullinus, Deo gratias agens, præsidi: Tu meum os confringi jussisti, et

sus Christus, quem ego colo, te ac olatriæ auctorem conteret. Tunc præ- ui præsentes erant : Curnam iste apii pecunias reddere ? Et ad eum ge, inquit, affer pecunias quas debes, ica, ne capite obtruncatus, vitam ondit Tertullinus : Ego in Domino risto, cui credidi, confirmatus ita um habere cupio, ut præsentem hanc ilo ducam, cujus nullos certos fines deo.

udiens Sapritius, furore accensus, ium in ligno extendi, et nervis diu m igitur nervis cæderetur Tertullinus, mine Jesu Christe, ne deseras servum em et spem suam in te collocavit : ut in sancta et recta confessione tua quoniam tu es spes mea, Fili Dei ssit Sapritius Tertullinum in rota n igitur in rota penderet beatus ille, i auxilium invocabat. Cum autem n ac propositum ita firmum et stabile tius, ut moveri non posset, retulit nno, Tertullinum nullis minis, nullis us, nullis denique cruciatibus aut uci posse, ut vel diis immolet, vel do- ltates ac pecunias in medium afferat. ius sententiam ferens, jussit Tertulli- ri. E rota igitur depositus, ductus est per ad secundum urbis lapidem, quo in loco truncatus. Ejus autem reliquias B Ste- git, et sepelivit in crypta, quæ arenosa Kalendas August. [Cod. Kal. Augusti]. o autem die Valerianus misit cohor- um pontificem Stephanum cum multis yteris ac diaconis comprehenderet. ntifex et ejus clerici cum eo compre- plurimi Christiani lugentes a longe ntur. Postea vero quam B. Stephanus ni ante ipsius tribunal stetit : Tune, issimus imperator, es ille Stephanus, cam nostram pertubare ac dissolvere , quique consiliis et præstigiis tuis o, ut a deorum cultu desciscat? Adhæc opus Stephanus respondit : Ego rem- n perturbo, sed admoneo et hortor ies, ut derelictis dæmonibus, qui ado- is vestris idolis, ad verum Deum se Ergo, inquit Valerianus, tu statim in- es, ut alii exemplo tuo perterrefacti, t vivant. His dictis, jussit in templum hanum pontificem duci, atque illic de illo pronuntiari. Ductus est igitur

A beatissimus pontifex a satellitibus extra mœnta et portam Appiam ad templum Martis. Quo in loco episcopus ipse, omnibus spectantibus, oculos in cœlum erexit, ac dixit : Domine Deus, Pater Domini nostri Jesu Christi, qui evertisti turrim confusionis apud Babylonem, destrue, quæso, nunc et locum hunc, in quo diaboli superstitio per idolorum cultum exercetur. Cum hæc dixisset pontifex, repente facto tonitruo et fulgure maximo, templum Martis magna ex parte corruit. Quod videntes milites, perterrefacti aufugerunt, ac reliquerunt beatissimum Stephanum cum omnibus Christianis, qui eum secuti fuerant. Itaque illa ipsa hora B Stephanus abiit cum omnibus Christianis, quos secum habebat, ad cœmeterium B. Lucillæ [*al.* Lucinæ], ubi multis adhortationibus Christianos consolabatur, ipsos hortans et corroborans, ne tyrannorum minas et tormenta formidarent, cum Dominus ipse dicat : *Nolite timere eos qui possunt occidere corpus, animam vero non possunt occidere : timete illum, qui potest et animam et corpus perdere in gehennam*[1]. His adhortationibus bonus ille pastor proprias oves confirmans, obtulit Christo Deo omnipotenti oblationem.

XVII. At impius Valerianus, cum et Martis templum eversum fuisse, et Christianorum multitudinem cum pontifice Stephano esse audivisset, misit milites longe plures his quos antea miserat. Qui cum venissent, invenerunt beatum pontificem Stephanum Deo sacrificium offerentem. Illorum autem adventu sanctus episcopus nihil perturbatus est, sed tranquillo et quieto animo Christo Deo sacrificium obtulit, atque ibidem capite obtruncatus est, quarto Nonas Augusti. Christiani vero, qui erant illic, cum se tali pastore orbatos vidissent, multas lacrymas effuderunt. Ejus autem venerandum corpus in illa eadem crypta deposuerunt, ubi et ejus sanguis effusus fuerat, in via Appia, in qua martyr ille multa cum pace requievit (1).

XVIII. Eodem die milites idolorum cultores diaconum (2) quemdam invenerunt, Tharsitium nomine, qui purissimum Christi corpus ferebat. Comprehenderunt igitur illum milites : cumque curiosius ab eo inquirerent, quidnam secum ferret, et ipse indignum judicaret ante porcos margaritas projicere, nulla ratione adduci potuit, ut sanctissimum ac purissimum sacramentum impuris hominibus revelaret. Virgis igitur et lapidibus eousque Tharsitium contuderunt, quoad spiritum efflavit. Cum vero ejus corpus exanime per terram volutaretur, curiosi et sacrilegi milites neque sub ulnis intra manicas, neque sub vestibus aliquid invenire potuerunt. Relicto igitur sic, ut erat venerando

, 28.

d. « *Sepelierunt corpus ejus cum ipsa e ejus aspersa in eadem crypta, in loco Cœmeterium Calisti.* »

d. *acoluthum*. Nam non acoluthis tantum, sed et laicis olim persecutione urgente concessum erat acceptam in Ecclesia Eucharistiam domum ferre.

illo Tharsitii corpore, multo cum stupore aufugerunt, et ad Appiæ viæ portam venientes, Christianos multos invenerunt. Mox Valeriano rem omnem exposuere. Illo autem ipso die Christiani venerandum gloriosi martyris Tharsitii corpus in cœmeterio Calisti in via Appia deposuerunt. Post hæc Christianorum Ecclesia in unum collecta, in san-

A ctissimi Stephani pontificis et martyris loc stum Romanæ urbis episcopum constitueru Kalendas Septemb. tertio anno Valeriani, lieni secundo (3): in nobis autem regnante I nostro Jesu Christo : cui sit gloria et im nunc et semper, et in secula sæculorum.

(3) Mendum hic irrepsisse vult Baronius anno 260 ponendumque annum Valeriani quartum lieni tertium.

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ
ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΑΝΕΝΔΟΞΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ
ΕΥΠΛΟΥ.

—

MARTYRIUM
SANCTI GLORIOSISSIMIQUE MARTYRIS
EUPLI

(12 Augusti. — Ex monumentis Eccl. Græcæ Joan Bapt. Cotelerii, tom. I, p. 194).

—

II. Temporibus Diocletiani et Maximiani imperatorum, tantus idololatris fervor insederat per omnes regiones et insulas, ut idola cuncta erigerent. Miserunt autem imperatores quemdam nomine Pentagurum in fines provinciæ Siciliæ, qui omnia idola erigeret, Christianos vero impune disperderet gravibusque torqueret suppliciis. Ut ergo pervenit ad Catanam civitatem, Calvisianus de more plebi urbis præcepit obviam prodire ei qui ab imperatoribus missus fuerat. Ea quippe gentilium consuetudo est. Et ingressus est Pentagurus in urbem. Tunc jussit Calvisianus tribunal suum constitui in loco qui Achillius appellatur ; ad hæc præcones mitti per plateas civitatis, quo universi convenirent.

B Α'. Κατὰ τοὺς καιροὺς Διοκλητιανοῦ [illegible] νοῦ τῶν βασιλέων, τοιοῦτος θυμὸς τῇ [illegible] ἐγένετο καθ' ἑκάστην χώραν καὶ νῆσον, [illegible] τὰ εἴδωλα ἐξεγεῖραι. Ἀπέστειλαν δὲ οἱ [illegible] ὀνόματι Πεντάγουρον ἐν τοῖς ὁρίοις τῆς [illegible] Σικελίας, πάντα τὰ εἴδωλα ἐξεγεῖραι, [illegible] Χριστιανοὺς ἀθώως ἀναλωθῆναι καὶ [illegible] βασανισθῆναι. Ὡς δὲ ἔφθασεν ἐν τῇ [illegible] λει, κατὰ τὸ εἰωθὸς ἐκέλευσεν ὁ Καλβισιανὸς [illegible] ὄχλοις τῆς πόλεως ἀπάντησιν ποιήσασθαι [illegible] λέντος ὑπὸ τῶν βασιλέων, ὡς ἔθος ἦν τῶν [illegible] Καὶ εἰσῆλθεν ὁ Πεντάγουρος ἐν τῇ πόλει. [illegible] λευσεν ὁ Καλβισιανὸς τὸ τριβωνάλιον αὐτοῦ [illegible] ἐν τῷ τόπῳ τῷ λεγομένῳ Ἀχιλλίῳ. Καὶ [illegible] κηρύκας ἀποσταλῆναι κατὰ τὰς πλατείας τῆς [illegible]

C ὥστε πάντας συναθροισθῆναι.

II. igitur cum Pentagurus in diabolico suo solio sederet una cum Calvisiano, universus populus congregatus est ante tribunal eorum. Tunc Pentagurus postulavit, his ad Calvisianum verbis usus : Istine omnes deorum nostrorum religionem observant ? Respondit Calvisianus sic : Cuncti hi quos pietas tua conspicit, deorum nostrorum cultui dediti sunt. Quæ postquam audivit a Calvisiano, turbas jussit dimitti. Deinde Pentagurus edictum

Β'. Τότε ὁ Πεντάγουρος καθεσθεὶς ἐν τῷ [illegible] αὐτοῦ θρόνῳ σὺν τῷ Καλβισιανῷ, συνηθροίσθη [illegible] ὁ λαὸς ἔμπροσθεν τοῦ βήματος αὐτῶν. Τότε [illegible] ὁ Πεντάγουρος, λέγων πρὸς Καλβισιανόν [illegible] πάντες τὴν τῶν θεῶν ἡμῶν λατρείαν [illegible] Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Καλβισιανὸς εἶπεν· Τοῦτο [illegible] τας οὓς καθορᾷ ἡ σὴ εὐσέβεια τὴν τῶν θεῶν [illegible] τρείαν ἐπιτελοῦσιν. Ταῦτα δὲ ἀκούσας ὑπὸ [illegible] νοῦ, ἐκέλευσε τοὺς ὄχλους ἀπολύθῆναι. Τότε

ἄνισεν Καλβισιανῷ τὸ πρόσταγμα τῶν A imperatorum patefecit Calvisiano, cumque præsi-
ζώννυσιν αὐτὸν ἔπαρχον τῆς πο- dem urbis declaravit, necnon tradidit ei imperiale
ποδίδωσιν αὐτῷ τὸ πρόσταγμα τὸ βα- edictum, ut Christianos inquireret. Confestim ita-
πειράσαι τοὺς Χριστιανούς. Παρευθὺ que Pentagurus ad alias urbes iter suum dirigebat;
ουρος ὁδοιπορίαν ἐποιεῖτο ἐπὶ τὰς ἑτέ festinabat porro ut Agrigentinorum civitatem pe-
πουδὴν δὲ ἐποιεῖτο ζητῶν τὴν τῶν teret. Tunc Calvisianus elatus a diabolo, et im-
πόλιν. Τότε ὑψωθεὶς ὁ Καλβισιανὸς piissimorum imperatorum edicto munitus, plenus
λου, ἐνδυσάμενός τε τὸ πρόσταγμα τῶν furoris, edixit ministris suis in hæc verba: Exite
βασιλέων, θυμοῦ πλησθεὶς ἐκέλευσε ad urbis plateas et finitimas nostræ regiones inda-
ς αὐτοῦ λέγων· Ἀκριβῶς ἐρευνῶντες gate, ac si quem inveneritis qui Christum confi-
τὰς πλατείας τὰς πόλεως, καὶ ἐν τοῖς teatur vinctum ad me adducite, ut adductori an-
ῖς ἐπικειμένοις ἡμῖν, καὶ ἐὰν εὕρητέ nonam adjiciam, doneturque majori honore.
τὸν ὁμολογοῦντα, δέσμιον προσενέγκατέ μοι αὐτὸν, ὅπως ἀννώνας προσθήσω αὐτῷ, καὶ τιμὴν

οὖν τῶν παρεστώτων εἶπον αὐτῷ· B III Quidam ergo ex adstantibus dixerunt illi:
ν ἐνθάδε τις ξένος ὀνόματι Εὔπλος Domine, est hic aliquis peregrinus, nomine Euplus,
βιον μεθ' ἑαυτοῦ, καὶ ἐν τούτῳ ἀπατᾷ τὸ qui secum libellum habet, in quo plebis multitu-
λαοῦ, λέγων ὅτι μέγας ὁ Θεὸς τῶν dinem decipit, dicens quod magnus sit Deus Chri-
στιν. Τότε ἀκούσας ὁ Καλβισιανὸς καὶ stianorum. Quo audito Calvisianus perturbatus ait:
τεν· Σπουδαίως δέσμιον προσαγάγετέ Festine vinctum ad me adducite hominem. Proinde
πελθόντες δὲ οἱ ὑπηρέται, καὶ διαδρα- abierunt satellites: et percursis urbis plateis, in-
τλατείας τῆς πόλεως, εὗρον αὐτὸν ἐν venerunt eum in cellula morantem, Deique Evan-
τα καὶ διδάσκοντα τοὺς λαοὺς τὸ Εὐαγ- gelium populo exponentem. Unde ingressi, impe-
ειοῦ. Καὶ εἰσελθόντες, ἐπέδραμον πρὸς tum adversus illum fecerunt, ligatumque duxerunt
ήσαντες αὐτὸν, ἤνεγκαν ἔμπροσθεν τοῦ ad tribunal Calvisiani præsidis. Tunc impiissimus
λβισιανοῦ τοῦ ἐπάρχου. Τότε ὁ ἀσεβέ- ac diabolus Calvisianus, cum pedes suos innexuis-
διάβολος Καλβισιανὸς ἐπιπλέξας τοὺς set, manusque ad genua colligasset: Tunc, in-
τὰς χεῖρας αὐτοῦ ἐνδεσμήσας ἐπὶ τὰ quit, es seductor, deorum atque imperatorum
· Σὺ εἶ ὁ ἀπατηλὸς, τῶν θεῶν καὶ τῶν contemptor? At sanctus Euplus dixit: Quinam sunt
καταφρονητής; Ὁ δὲ ἅγιος Εὔπλος C dii vestri, ut adorem eos? Excepit Calvisianus:
εἰσὶν οἱ θεοὶ ὑμῶν, ἵνα προσκυνήσω Adorandi dii sunt Jupiter, Æsculapius, Diana,
ὲ Καλβισιανὸς εἶπεν· Διὶ καὶ Ἀσκλη- Galenus. At beatus Euplus ait: In his cæcus es,
τέμιδι καὶ Γαληνῷ. Ὁ δὲ μακάριος quod Dominum nostrum Jesum non cognoscis,
· Ἐν τούτοις εἶ τυφλὸς, ὅτι τὸν Κύριον conditorem cœli et terræ, quique hominem e terra
οὐκ ἐπιγνώσκεις, τὸν ποιήσαντα τὸν formavit, ac nos Christianos induit veste immor-
ὴν γῆν, καὶ τὸν ἄνθρωπον ἐκ γῆς δια- talitatis, pretioso videlicet, gloriosissimo, sanctis-
ἐνδύσαντα ἡμᾶς τοὺς Χριστιανοὺς ἐν- simo, terribili atque illuminatorio baptismate. Ad
ας, τὸ τίμιον καὶ ὑπερένδοξον καὶ παν- hæc Calvisianus subridens infit: Quia tormenta
καὶ φωταγωγὸν βάπτισμα. Πρὸς ταῦτα nondum subiisti, adeo tyrannice ac superbe loque-
ὑπομειδιῶν, ἔφη· Εἰς βασάνους μὴ εἰσ- ris. Responsum dedit sanctus Euplus: Tormenta
ικῶς ταῦτα λέγεις. Ὁ δὲ ἅγιος Εὔπλος illa tua, mihi corona sunt, tibi vero sunt tene-
σανοί σοι ἐμοὶ στέφανός εἰσιν· σοὶ δέ bræ.

ασεβέστατος Καλβισιανὸς ἀκούσας ταῦτα IV. Quæ postquam audivit impiissimus Calvi-
ὸ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ τοῦ διαβόλου· καὶ D sianus, a patre suo diabolo conturbatus est; ac
γῆναι ξύλον, καὶ κρεμασθῆναι ἐπὶ τοῦ jussit lignum in terra defigi, illumque in eo sus-
ῖρας σιδηρᾶς γενέσθαι, καὶ καταξέεσθαι pendi, necnon manus ferreas confici, et carnes
αὐτοῦ ἐπιμελῶς. Ὁ δὲ μακάριος Εὔπλος ejus dilacerari. Porro beatus Euplus hæc verba
Ἰησοῦ Χριστὲ, εἰ οὗτοι τὰς σάρκα, protulit: Domine Jesu Christe, si isti carnes meas

ιν αὐτὸν ἔπαρχον τῆς πόλεως. Mar- Eustathii, ζώννυται κατὰ τὸ πρότερον Ubi a Niceta Paphlagone, περιζώννυ-
νην στρατηγικήν. Hinc *cincti, præcin-* ut *cinguli honore præcingi*, etc Con-
ico Alexandrino, p. 744, Ἀποζωσθεὶς *ıv.* Juris Græco-Romani P. I, p. 73: Τὴν
ίας ἀρχῆς ἀφαιρούμενος. Latini dicunt *mittere, cingulo honoris exui, cinguli dari.* Nam juxta Suidam ζώνη significat quod legimus apud Sozomenum, lib. I. cap. 6: Ἐπὶ τῆς αὐτῆς μένειν ἀξίας; lib. VII cap. 13: Προὐτρέπετο μείζονος τιμῆς ἐπαγγελίαις δελεάζουσα vertitur in historia Tripartita: *In suo cingulo permanerent. Majoribus eum cingulis invitabat.* Ut in Novellis *cingulum* Græce ἀρχή. Ad hæc ἀποθέσθαι τὴν ζώνην vel ῥίπτειν, cingulum deponere, balteum ponere, projicere, est abdicare se potestate. Denique ex Homilia de uno legislatore utriusque. Testamenti, tom. VI S. Chrysostomi, Ἔστιν ἡ ζώνη βασιλέως γνώρισμα καὶ κριτοῦ. Quid enim multa de re triviali?

dilaniant, nudumque me volunt astare ante diabolicum suum tribunal, indue me carne incorruptionis, neque istorum tormenta adversus me prævaleant. Tum vox e cœlo audita est, hujusmodi ad eum : Confide, Euple ; forti sis animo. Nam vera vestis tibi præparata est. Post quod Calvisianus præses dixit : Vel nunc non destitisti ab istis tuis nugis ? Ingredere, diis sacrifica, ut multa bona ab invictis imperatoribus accipias, nosterque evades amicus, et ingentia præmia per nos consequeris. Sanctus Euplus ita locutus est : In hoc cognosce, perditionis fili, operarie diaboli, quod auro argentoque hos omnes adducas ad cultum idolorum. Ad hæc ira accensus tyrannus Calvisianus, imperavit malleos fabricari, et verberari crura illius. Sed beatus Euplus istum habuit sermonem : Insane, insipiens, corde cæce, cur mihi infers tormenta tua ? Si potes, aliis suppliciis propera me afficere.

V. Tunc ad iram concitatus tyrannus Calvisianus, jussit beatum Euplum devinciri, et magnum immaculatumque Evangelium alligari collo ejus, sicque quasi per ludibrium abduci in carcerem. In quem ingresso beato Euplo, præcepit Calvisianus, fores carceris signari annulo ejus, utque milites eumdem carcerem sedulo custodirent. Cum autem beatus Euplus in carcere septem dies ac septem noctes transegisset, siti cœpit laborare. Quorcirca extensis manibus oravit : Here Domine Jesu Christe, verus Deus noster, qui das escam omni carni [1], qui per Moysem servum tuum filiis Israelis aquæ abundantiam largitus es [2], qui Sampsonem per aquam ex maxillam eductam irrorasti [3], qui lætificasti nos pretioso maximeque glorioso baptismate, qui Jordanico fluento et lavacro vitæ immortalis etiam super terram contrivisti inimicum ; tu ipse nunc, Domine Jesu Christe, impera fontem aquæ vivæ scaturire ex carcere hoc, de qua exsatier ; ut agnoscant cuncti, non esse Deum alium præter te, Domine. Hanc precem cum ille complevisset, repente aquæ copia intra carcerem manavit ; isque gratiis actiis bibit, et glorificans sanctam, consubstantialem, vivificam Trinitatem, cœpit psallere, ac ineffabilem Dei erga homines amorem laudibus celebrare.

VI. Cæterum post septem illos dies, iterum mandavit impiissimus Calvisianus, beatum Euplum vinctum duci ad tribunal. Cumque profecti fuissent lictores, et aperuissent carcerem, confestim viderunt aquarum affluentiam. Verum beatus Euplus aquam increpuit manu, illaque evanuit. Quam rem in carcere gestam intuiti satellites, dixerunt inter se : Magnus est Deus hominis istius. Et eductum Beatum e carcere, adduxerunt ad Calvisiani tribunal. Qui in faciem beati Eupli oculos conji-

A μου καταξέουσιν, καὶ γυμνόν με βούλο
ραστῆσαι ἐπὶ τὸ διαβολικὸν αὐτῶν βῆμα
με σάρκα ἀφθαρσίας, καὶ μὴ τὰ τούτων β
ισχύσωσιν ἐπ' ἐμέ. Καὶ φωνὴ ἐξ οὐρανοῦ ἠκ
γουσα πρὸς αὐτόν· Θάρσει, Εὔπλε, καὶ ἴσχυ
ἔνδυμα τὸ ἀληθινὸν ἡτοιμάσθη σοι. Τότε
νὸς ὁ ἔπαρχος εἶπεν· Κἂν νῦν οὐκ ἀπίστη
φλυαρίας σου ; Εἴσελθε, καὶ θύσον τοῖς θε
πολλὰ ἀγαθὰ παρὰ τῶν ἀηττήτων βασιλέ
λήψῃ, καὶ ἡμῶν φίλος ἔσῃ, καὶ πολλὰς ἐ
παρ' ἡμῶν ἀποτεύξῃ. Ὁ ἅγιος Εὔπλος εἶπ
τούτῳ γνῶθι, υἱὲ τῆς ἀπωλείας, ἐργάτα τοῦ δι
ὅτι ἐν χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ τούτους πάντας
προσκυνεῖν τὰ εἴδωλα. Πρὸς ταῦτα θυμωθὶς
οκινος Καλβισιανὸς, ἐκέλευσε σφύρας γενέσθα
B ταῖς κνήμαις τύπτεσθαι. Ὁ δὲ μακάριος Εὔπλ
πεν· Ἄφρων καὶ ἀσύνετε καὶ τυφλὲ τῇ κ
δίᾳ, τί μοι ἐπιφέρεις τὰς βασάνους σου; Εἰ δυ
τόν σοί ἐστιν, ἑτέρας βασάνους ἐπιφέρ
σπεῦσον.

Ε'. Τότε θυμωθεὶς ὁ τύραννος Καλβισιανὸς,
λευσεν δεθῆναι τὸν μακάριον Εὔπλον, καὶ τὸ
ἄρχαντον Εὐαγγέλιον δεθῆναι ἐπὶ τὸν τράχηλο
καὶ ὡς ἐπὶ ἐμπαίγματος ἀπάγεσθαι αὐτὸν
σμωτηρίῳ. Εἰσελθόντος δὲ τοῦ μακαρίου Εὔπλ
φυλακῇ, ἐκέλευσεν ὁ Καλβισιανὸς σφραγισθῆν
θύραν τοῦ δεσμωτηρίου τῷ δακτυλιδίῳ αὐτ
στρατιώτας ἀσφαλῶς φυλάττειν τὴν φυλακ
ποιήσας ὁ μακάριος Εὔπλος ἐν τῇ φυλακῇ ἐπτ
ρας καὶ ἑπτὰ νύκτας, ἐδίψησεν. Ἐκτείνας τὰς χε
C ρας αὐτοῦ ὁ μακάριος Εὔπλος εἶπεν· Δέσποτα Κ
Ἰησοῦ Χριστὲ, ὁ ἀληθινὸς Θεὸς ἡμῶν, ὁ δι
φὴν πάσῃ σαρκὶ, ὁ διὰ Μωϋσέως τοῦ δ
δώσας πλησμονὴν ὑδάτων τοῖς υἱοῖς Ἰσρ
σας τὸν Σαμψὼν ὕδατι ἐκ σιαγόνος, ἐρρ
τῷ τιμίῳ καὶ ὑπερενδόξῳ βαπτίσματι, ὁ τ
ρείθρῳ καὶ λουτρῷ τῆς ἀθανάτου ζω
τὸς ἀλλότριον συντρίψας· καὶ νῦν ἐπ
Ἰησοῦ Χριστὲ, κέλευσον ἐκ τοῦ δεσμωτη
ὕδατος πηγὴν ζῶντος ἐκβλύσαι, καὶ ἐξ ἐπ
πλησθῆναί με, ἵνα γνῶσι πάντες ὅτι οὐκ ἔστ
ἄλλος πλὴν σοῦ, Κύριε. Καὶ πληρώσαντος τὴν
εὐχὴν ταύτην, ἄφνω ἀνῆλθεν πλησμονὴ ὕδ
δοθεν τῆς φυλακῆς. Καὶ εὐχαριστήσας ἐπ
δοξάσας τὴν ἁγίαν καὶ ὁμοούσιον καὶ ζωοποι
D ἤρξατο ψάλλειν καὶ αἰνεῖν τὴν ἄφατον ἐπ
θρωπίαν.

ϛ'. Καὶ μετὰ τὰς ἑπτὰ ἡμέρας, ἐκέλευσε
ἀσεβέστατος Καλβισιανὸς, δέσμιον τὸν
Εὔπλον ἀχθῆναι ἔμπροσθεν τοῦ βήματος
Ἀπελθόντων δὲ τῶν ὑπηρετῶν, καὶ ἀνοίξαν
φυλακὴν, ἄφνω εἶδον τὴν πλησμονὴν τοῦ
Ἐπιτιμήσας δὲ τὸ ὕδωρ ὁ μακάριος Εὔπλ
αὐτοῦ, ἀφανὲς ἐγένετο. Ἰδόντες δὲ τὸ γεγ
φυλακῇ οἱ ὑπηρέται, εἰς ἀλλήλους ἔλεγ
ἐστὶν ὁ Θεὸς τοῦ ἀνθρώπου τούτου. Καὶ
τες τὸν μακάριον ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου,

[1] Psal. cxxxv, 25. [2] Exod. xvii, 6. [3] Judic. xv, 19.

οῦ βήματος Καλβισιανοῦ. Καὶ ἐμβλέ- A ciens : Saltem nunc, inquit, sacrifica diis no-
πρόσωπον τοῦ μακαρίου Εὔπλου εἶπεν· stris, antequam gladio perimaris. Respondit sanctus
ν τοῖς θεοῖς ἡμῶν, πρὸ τοῦ τῷ ξίφει Euplus : Improbe, cæce corde, minister diaboli ejus-
ι. Ὁ δὲ ἅγιος Εὔπλος εἶπεν. Παράνομε que socie in solio, quis diei lumen relinquit, ut in
καρδία, ἐργάτα τοῦ διαβόλου, καὶ σύν- tenebris ambulet? His auditis Calvisianus tyrannus,
τίς παρεῖ τὸ φῶς τῆς ἡμέρας, καὶ commotus est, ac indixit ministris suis, beatum
τῇ σκοτίᾳ ; Ταῦτα οὖν ἀκούσας Καλβι- Euplum ligari, atque ferreis uncinis aures ejus
ανος, ἐταράχθη, καὶ ἐκέλευσε τοῖς contundi. Ducunt ergo illum ad tribunal : convenit
ὐτοῦ δεθῆναι τὸν μακάριον Εὔπλον, vero universus populus tam fidelium quam infide-
ὀγκίνοις τὰς ἀκοὰς πιέζεσθαι. Καὶ lium, quasi ad maximum spectaculum. At impiis-
ν ἐπὶ τὸ βῆμα· καὶ συνήχθη πᾶς ὁ simus Calvisianus voluit solium suum poni juxta
πιστῶν καὶ ἀπίστων, ὡς ἐπὶ μεγίστῳ carcerem, coram lavacro quod carceri adjacet
δὲ ἀσεβέστατος Καλβισιανὸς ἐκέλευσε versus meridiem. Cumque sedisset super impium
ρόνον αὐτοῦ πλησίον τῆς φυλακῆς ἔμ- solium suum, jussit beatum Euplum capite trun-
λουτροῦ τοῦ ὄντος πλησίον αὐτῆς κατὰ cari. Hic vero impium maxime præsidem rogavit,
Καὶ καθεσθέντος αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ ἀσεβοῦς B ut temporis intervallum ipsi ad precandum conce-
ἐκέλευσεν ἀποκεφαλισθῆναι τὸν μακά- deretur. Quare, aperto sancto Dei Evangelio, præ-
Ὁ δὲ μακάριος Εὔπλος παρεκάλεσε dicare cœpit Domini nostri Jesu Christi miracula,
ον Καλβισιανόν, λαβεῖν αὐτὸν διορίαν adeo ut e plebe multi per eum illuminati fuerint.
θαι. Καὶ ἀνοίξας τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον Postea cum orasset, audivit vocem e cœlo dicenten :
ξατο ἀναγγέλλειν τὰς θαυματουργίας Bono sis animo, Euple ; beatus es tu ; veni, re-
ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Καὶ πολλοὶ ἐκ quiesce cum iis qui ab initio hucusque mihi pla-
τίσθησαν δι' αὐτοῦ. Καὶ μετὰ ταῦτα cuerunt. Tandem accepta sententia, per gladium
ἤκουσε φωνῆς ἐξ οὐρανοῦ λεγούσης· martyrio consummatus est.

· καὶ μακάριος εἶ σύ· δεῦρο, ἐπαναπαύου μετὰ τῶν ἀπ' αἰῶνος εὐαριστητάντων μοι. Καὶ λαβὼν τὴν
ειώθη διὰ τοῦ ξίφους.

ἐ τῶν φιλοχρίστων μοναχῶν λαβόντες VII. Quidam vero e Christi amatoribus monachis,
τοῦ λείψανον, κατέθεντο αὐτὸ ἐν ἐπι- C pretiosas ejus reliquias collectas, deposuerunt in
ἐν ᾧ ἰάματα ἐπιτελοῦνται. Ἐτελειώθη loco insigni : ubi morborum curationes peraguntur.
ιαρτυρία ἐν καλῇ ὁμολογίᾳ μηνὶ Αὐ- Porro ejus martyrium in præclara confessione com-
άτῃ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν pletum fuit duodecimo die mensis Augusti ; in no-
ῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, σὺν τῷ mine Domini nostri Jesu Christi, cui gloria ac im-
ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς perium, cum Patre et sancto Spiritu, nunc et semper
ίνων. Ἀμήν. et in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO

actat a venerando ortu et educatione sanctissimæ Dominæ Nostræ Deiparæ,
Et ortu Christi Dei nostri,
Et quæcunque contigerunt ad vivificum ejus decessum.
Et præterea quomodo in apertum prolata sit pretiosa ejus vestis.
Et quemadmodum hæ magnæ opes fuere Christianis reconditæ.

e Symeone Metaphraste, qui gravissimorum Patrum utitur testimoniis

ad diem 15 Augusti. — Fragmenta Græca nonnulla subjecimus quæ exstant in Catena ad Lucæ Evangelium quam edidit card. Ang. Mai in Vet. Script. tom. IX.)

—

at revera Virginem, sicut ipsa Dei D que, Filii cedens legibus, gratum habere id, quod
enturi inventa est dignum et Deo con- fit pro viribus. Dicendum est ergo, et diligenter
itaculum, ita nunc illam ad encomii narrandum, et unde orta sit, quos parentes habue-
: nobis propositum, dignam linguam rit, deque educatione ejus, et fine vitæ : quin
tam, quæ res ejus eleganter narraret, etiam quæcunque illi contigerunt ex divina Provi-
tem ei laudem afferret. Sed quoniam dentia et arcanis rationibus. Quod si [illegible]
najus, eo difficilius explicari potest, quoque comprehendit, et necessario [illegible]
altem alacri animo danda est opera, non est a ratione alienum, quod factum est
jus laudationem. Scit enim ipsa quo- omnia enim ad eam referuntur, ejusque sunt [illegible]

et encomia. Quorum narratio non erit nobis absque fide dignis testibus, nec sumetur ex personis quibuslibet : sed quam viri, quibus jure credendum est et qui simul cum doctrina egregiam quoque vitam attulerunt, diligenter composuerunt ; Gregorius, inquam, Nyssenus, Athanasius Alexandrinus, Dionysius Areopagita, et multi alii, qui nec sunt vulgaris, ut diximus, eruditionis, et sunt vita admirabiles : et, quod majus est, quam ipsum quoque divinum refert Evangelium.

II. Jam enim divinus Gregorius in oratione quæ de ortu Christi ab ipso est composita (*a*), hæc de ea tractat : Audivi, dicens, arcanam quamdam et occultam historiam, de ea hæc narrantem : Erat insignis in accurata vitæ, quæ est ex lege, institutione, et inter optimos apprime notus, pater Virginis. Consenuerat autem sine liberis, quod non erat ejus conjux apta ad procreandos filios. Erat vero ex lege quidam honor matribus, quem non adipiscebantur, quæ carebant filiis. Imitatur ergo ea quoque illa, quæ narratur de matre Samuelis [1]. Et cum fuisset intra templa sanctorum, fit supplex Deo, rogans ne excideret ab ea, quæ est ex lege, benedictione, cum in legem nihil peccaret : fieret autem mater, et Deo consecraret id quod pareret. Cum nutu autem divino confirmata esset ad gratiam, quam petierat, postquam peperit puellam, eam quidem nominavit Mariam : ut vel ipsum nomen significaret, a Deo datam esse gratiam. Cum vero jam crevisset puella, ut non amplius opus haberet sugere mamillam, eam Deo tradidit, et promissum implevit, et ad templum adduxit. Sacerdotes autem interim quidem, ad similitudinem Samuelis, inter sanctos educabant puellam.

III. Cum vero crevisset, consilium ceperunt, quidnam sacro illi corpori facientes, in Deum non peccarent. Eam enim legi naturæ subjungere et eam dare in servitutem ei qui illam duceret, videbatur absurdissimum. Existimatum est plane sacrilegium, si divini donarii homo fieret dominus : quandoquidem a lege est constitutum, ut maritus esset dominus conjugis [2]. Ut autem in templis versarentur mulieres cum sacerdotibus, et inter sanctos viderentur, neque lege permittebatur, nec res erat honesta. Eis vero de his consultantibus, a Deo datur consilium, ut eam quidem dent viro nomine desponsationis ; is autem talis esset, qui ad virginitatis aptus esset, custodiam. Inventus est itaque Joseph, qualem quærebat ratio, ex eadem tribu qua erat virgo : et ex consilio sacerdotum sibi despondet Virginem. Conjunctio autem processerat usque ad desponsationem. Tunc virgini a Gabriele aperitur mysterium. Erant autem verba mysterii benedictio. A *Ave, gratia plena*, inquit, *Dominus tecum*. Contraria illi primæ voci, quæ facta est mulieri, verba fiunt Virgini. Illa doloribus in partu condemnata fuit propter peccatum : in hac autem gratiam expellitur tristitia. In illa partum præcedunt dolores : hic vero lætitia est obstetrix partus. *Ne timeas*, inquit. Quoniam enim omni mulieri affert partus exspectatio, metum expellit dulcis tus promissio : *In utero concipies, et pariet filium, et vocabis nomen ejus Jesum* [3].

IV. Quid autem Maria ? Audi puram vocem virginis. Angelus partum annuntiat, et illa [illegible] virginitati, non corrumpi, judicans esse [illegible] tius, quam apparitionem angeli. Et neque [illegible] angelo non credere, neque discedit ab [illegible] B statuerat. Est, inquit, mihi [illegible] consuetudo. Quomodo erit mihi hæc, [illegible] virum non cognosco ? Hæc vox Mariæ, [illegible] stratio eorum quæ arcane et occulte narrantur. [illegible] enim eam Joseph acceperat in matrimonio, [illegible] quemadmodum ei visum est alienam, quod [illegible] ante significaret, si ipsa omnino exspectabat [illegible] mater lege naturæ ? Quando quidem carnem [illegible] Deo fuerat consecrata, veluti quoddam donarium, intactum conservari oportebat : [illegible] pterea : Etsi sis angelus, inquit, et si de cœlo [illegible] etiamsi sit super hominem id quod apparet, [illegible] potest tamen fieri, ut virum cognoscam [illegible] ergo ero mater absque viro ? Nam Joseph [illegible] novi sponsum, virum autem non cognosco. [illegible] C ergo paranymphus Gabriel, qualem [illegible] parat puro et impolluto matrimonio [illegible] quit, *sanctus superveniet in te, et virtus [illegible] obumbrabit tibi* [4]. O beatam illam [illegible] propter insignem puritatem, [illegible] attraxit. In aliis enim omnibus [illegible] sancti Spiritus adventum acceperi ; [illegible] caro Spiritus receptaculum. Quin [illegible] Domini obumbrabit tibi. Quid hæc [illegible] ficat oratio ? *Christus Dei virtus, et Dei [illegible]* inquit Apostolus [5]. Altissimi ergo Dei virtus [illegible] est Christus per adventum sancti Spiritus [illegible] in virginitate. Quomodo enim umbra [illegible] conformatur figuræ eorum quæ præcedunt, [illegible] etiam character et signa, quibus Filii Dei [illegible] D scitur divinitas, apparebunt in ejus, qui [illegible] virtute, ut qui imago et signaculum et [illegible] et splendor primi exemplaris, per [illegible] ostendatur operationes. Et hæc quidem [illegible] Gregorius. Alia autem et sacrum Evangelium [illegible] alii viri pii, ac Dei amantes, quos nominatim [illegible] quorum nominatim non meminimus, [illegible]

V. (1) Hæc ergo postquam Virgo audivit,

[1] I Reg. I, 1 seqq. [2] Gen. III, 16. [3] Luc. I, 28-31. [4] ibid. 35. [5] I Cor. I, 24.

(1) Τοῦ Μεταφραστοῦ. Ὡς γὰρ ἤκουσε τούτων, εὐθὺς ὑπὸ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτῇ Πνεύματος διαυγασθεῖσα τὸν νοῦν, ἀσμένως τε δεχεῖται τὸ ῥῆμα· καὶ Ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου, φησί [illegible]

(*a*) Opp. Gregorii Nysseni, *Patrologiæ* tom. XLVI, col. 1138 D, inter dubia Edit.

trata a Spiritu, qui ei inhabitabat, A
epit promissum : et *Ecce ancilla Do-*
;elo, *Fiat mihi secundum verbum tuum* [6];
d angeli vocem ea utens, qua par est,
; postquam fide digna visa essent ea
uerant, noluit amplius esse incredula :
dem evasit primæ matris deceptionem,
vitavit Zachariæ incredulitatem, quæ
ı deceret, processit.
tque angelus quidem ab ea recessit.
ıst autem paulo post et Mariæ cum stu-
tana adventus, et ejus in domum Za-
ressus. Magno enim studio contendit
isabethæ, ut quæ ab angelo didicisset
conceptionem. Accedit ergo, et beni-
. Fit autem salutatio dulcis exsultatio B
i erat in utero Elisabethæ. Jam enim ex
ɔat servus Dominum, qui erat in utero :
sisset ejus in mendum adventum, mi-
modum lætabatur. Hoc enim aperte
ı illa exsultatio. Non te autem lateat
reverentia et submissio, cum prædi-

tione admirabili. Virginis enim adventum admiratur, quippe qui ejus superaret conditionem, *Unde hoc mihi*, dicens : sicut etiam illius filius de Domini adventu in tempore baptismi. Jam vero hanc quoque matrem et dominam suam nominat : sed etiam benedictam dicit in mulieribus, et eum, qui in utero gestabatur, fructum ventris vocat admirabiliter, ut qui cum viri semine nihil habuisset commune.

VII. Cujusmodi vero est illa quoque rursus admirabilis Mariæ prædictio, fore ut celebraretur ab omnibus generationibus. Non enim (3) se beatam prædicat vana mota arrogantia, neque lingua communi hæc loquitur : sed divino Spiritu serviens, et id quod fit in æternum, divinans. Magnificat autem Deum Maria, se et credere ostendens propter vocem Elisabethæ : *Beata* enim, inquit, *quæ credidit fore, ut ea perficiantur, quæ si dicta sunt a Domino* [6]; et se ei tam magnæ rei inservire. Sed hæc quidem sic habent. In domo autem Elisabethæ (4) circa tres menses habitavit Maria. Deinde sic, inquit, *reversa est in domum suam*. Sic enim me docet Evangelium [7]. Quid

38. [6] ibid. 45. [7] ibid. 56.

ἐνοιτο μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου· ἅμα τὴν
εἰς ὅσον ἔδει πρὸς τὴν τοῦ ἀγγέλου φωνὴν
καὶ μὴ πλέον μετὰ τὴν ἀξιοπιστίαν τῶν εἰ-
μένη διαπιστεῖν· ἀλλὰ τῷ μὲν, τῆς προ-
ἀπάτην διαφυγοῦσα· τῷ δὲ τὸ δυσπειθὲς
αχαρίου καὶ πέρα τοῦ καλῶς ἔχοντος.
φθάνει γοῦν ἀσπασαμένη τὴν Ἐλισάβετ ἡ
; Δέσποινα· καὶ ὁ ἀσπασμὸς, σκίρτημα
τρὶ αὐτῆς βρέφους ἡδὺ γίνεται. Καὶ γὰρ
; ἐμάνθασεν ἤδη τὸν ἐν γαστρὶ Δεσπότην ὁ
τὴν εἰς τὸν κόσμον αὐτοῦ πάροδον ἠσθη-
ινῶς ἤδετο. Τοῦτο γὰρ τὸ ἐν ἀγαλλιάσει
ινερῶς ἐδήλου. Μὴ λάθοι δέ σε μηδὲ τὸ
ν τε καὶ ὑποχωρητικὸν Ἐλισάβετ μετὰ
τῆς τῆς προῤῥήσεως· ᾐδεῖτο γὰρ τὴν τῆς
πιστασίαν, ὡς ὑπὲρ ἀξίαν οὖσαν αὐτῆς·
ὅτα διαποροῦσα, Πόθεν μοι τοῦτο, λέγει ;
ιὶ ὁ παῖς ἐκείνης πρὸς ἐτὴν Δεσποτικὴν
ἐλευσιν, Καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με, λέγων,
ιρὸν τοῦ βαπτίσματος. Ὅρα δὲ πῶς καὶ
, καὶ μητέρα ταύτην ἤδη καὶ κυρίαν D
ιάζει· ἀλλὰ καὶ εὐλογημένην ἐν γυναιξὶ
ὃν κυοφορούμενον ἐν αὐτῇ καρπὸν κοιλίας
ἀποκαλεῖ. Τί τοῦτο σημαίνουσα ; ὅτι σπέρ-
ος οὐδαμῶς ἐκοινώνει.
Μεταφραστοῦ. Οὐ μακαρίζει δὲ ἑαυτὴν,
κινηθεῖσα, οὐδὲ γλώσσῃ κοινῇ φθέγγεται
: θείῳ Πνεύματιλειτουργοῦσα, αὐτὸ τὸ εἰσ-
νον προθεσπίζει, καὶ οὐ τὰ ἴδια μόνον,
τὰ κοινά. Ποῦ γὰρ τὸ ἀλαζονεύεσθαι παρ'
καὶ δούλην ἑαυτὴν καλεῖ, καὶ τὴν ταπεί-
ογεῖ, καὶ ἀπορεῖ τὴν ἐπ' αὐτῇ θείαν ἐπί-
εύματι τοίνυν θείῳ κινουμένη, οὐ κενά τινα
ιμπα, ἀλλ' αὐτὰ ταῦτα προσαγορεύει τὰ

ἐσόμενα. Μεγαλύνει δὲ τὸν Θεὸν ἡ Μάρια, ὅτι τε
πιστεύει δεικνῦσα διὰ τὴν τῆς Ἐλισάβετ φωνήν·
Μακαρία γὰρ, φησὶ, ἡ πιστεύσασα τοῖς λελαλημένοις
αὐτῇ παρὰ Κυρίου· καὶ ὡς μεγάλῳ τοιούτῳ ὑπηρετεῖ
πράγματι· ἀλλὰ Καὶ ἠγαλλίασε τὸ πνεῦμά μου ἐπὶ C
τῷ Θεῷ·
(4) Τοῦ Μεταφραστοῦ. Εἶχε μὲν ἡ τῆς Ἐλισά-
βετ οἰκία τὴν Παρθένον ἔνοικον περὶ μῆνας τρεῖς·
ἐβούλετο δὲ αὐτῇ ἡ παραμονὴ, τυχὸν μὲν καὶ τοῦ
παραδόξου κατανοῆσαι τὴν ἔκβασιν· ἠπορεῖτο γὰρ,
ὡς εἰκὸς, τοῖς καθ' ἑαυτήν· καὶ ἔκπληξις εἶχε ταύ-
την οὐχὶ μετρία· τυχὸν δὲ καὶ συνησθῆναι τῇ Ἐλι-
σάβετ τὰ τοιαῦτα μεγαλεῖα καὶ εὐαγγέλια· ὅτου δὲ
χάριν ἐπὶ τρεῖς μῆνας καὶ μὴ πλέον ἡ συνοικία, ἢ
πάντως ὡς τίκτειν μελλούσης τότε τῆς Ἐλισάβετ ;
Εἰ γὰρ περὶ τὸν ἕκτον μῆνα τοῦ ταύτην δὴ συλλαβεῖν
ἡ τοῦ ἀγγέλου γέγονε πρὸς τὴν Παρθένον ἀποστολὴ,
αὐτὴ δὲ γενομένη πρὸς Ἐλισάβετ μῆνας τρεῖς παρ'
αὐτῇ διαμένῃ, εὔδηλον ὅτι τοῦ χρόνου τῆς συλλήψεως.
ὃν ὁ ἕνατος περιγράφει μὴν, πέρας ἔχοντος, εἰς τὸν
αὐτῆς οἶκον ἐπάνεισιν ἡ Παρθένος· καὶ τούτου τυχὸν,
διὰ τὸ μέλλον ἀπαντᾷν πλῆθος εἰς τὸν Ζαχαρίου οἶ-
κον, τόκου μὲν ὥραν τῆς Ἐλισάβετ ἐχούσης· τῆς δὲ
παρθενικῆς ταῦτα αἰδοῦς οὐκ ἀνεχομένης· ἔθιμον δὴ
ὂν ὑποχωρεῖν τὰς παρθένους, ἐπειδὰν μέλλῃ τίκτειν
ἐν γαστρὶ ἔχουσα· δεῖ γὰρ καὶ τοῦτο σκοπεῖν· ἤδη
καὶ τῆς Ἐλισάβετ τόκου ὥραν ἐχούσης, ἡ Μαρία καί-
τοι ἀτεχνῶς οὖσα ἔγκυος, ἀλλ' οὖν, ὡς παρθένος ἐξ-
ίσταται. Ἐπεὶ δὲ καὶ εἰς τὸν οἶκον τὸν ἑαυτῆς ἐπ-
ανῆλθεν, ἀλλαχοῦ μὲν, οὐδαμοῦ· ἐκεῖ δέ τὸ μετὰ τοῦτο
διάγουσα ἦν, ἕως ἐγγίζειν ἤδη τὸν τῆς κυοφορίας
καιρὸν ἔγνωκεν. Ἀλλὰ τῷ Ἰωσὴφ ἡ τῆς Παρθένου
γαστὴρ εἰς ὄγκον ἀρθεῖσα (ἠγνόει γὰρ ὅτι Πνεύμα-
τος ἦν ἁγίου) λογισμοὺς ἐνῆκεν οὐκ εὐπρεπεῖς

ferre munera. Quoniam autem edictum, scilicet descriptionis, unumquemque in suam compellebat patriam, Joseph quoque ei parens, ex Galilæa, ex civitate, inquam, Nazareth, venit in Judæam, in Bethleem civitatem, quæ est civitas David. Causa vero erat, eo quod esset (inquit) de domo et familia David, hoc est cognatione. Venit autem ad descriptionem cum hac ex mulieribus maxime admirabili Maria, quæ erat gravida. Etenim Galilæa quidem est quædam regio Palæstinæ : Nazareth autem est civitas Galilææ. Rursus autem Judæa est quædam, quæ sic dicitur, regio ; Bethleem vero civitas Judææ. Atque Christum quidem omnes prophetæ, non ex Nazareth venturum dicebant, sed ex Bethleem, et fore ut illic pareretur. Ecce enim tibi evestigio proposita est prophetia : *Et tu Bethleem terra Juda, nequaquam es minima in principibus Juda* [13]. Et quæ sequuntur deinceps, tibi declaret Evangelium [14]. Quoniam ergo manifestum erat omnibus Christum venturum ex Bethleem, idcirco Josephum et Mariam, qui et si cives essent Bethleemitæ, ea terra dimissa (quod multis sæpe accidit, ut dimissis iis quæ ipsos tulerunt, malint in aliena habitare civitate), ipsi quoque habitabant in Nazareth, compellebat, ut dictum est, eos vel invitos, in Bethleem edictum, Deo admirabiliter et præter opinionem hæc dispensante et versante.

rina gratia non esse illuminatos in eo
t præcipuum salutis : sed eos ab errore
ad veritatem, adeo constanter et stabiliter,
olum recte se haberent, et tuti essent,
inet ad pietatem : sed etiam alios, quos
non recto pede ingredi ad veritatem, stu-
ıro viribus efficere, ut ejusdem essent se-
tentiæ. Ii cum pie essent affecti, magno
et excelso animo se dedunt misericordiæ
iæ in pauperes, ut qui pro agnitione veri-
ıgerent Christo reddere gratias. Castissima
ıer illius magni Dei et Salvatoris nostri,
ıctum thesaurum, nempe suam vestem,
uæ largiri civitati, ut hoc fiat, per dilectos
ıs providet quodam modo diviniore. Mo-
ım ita habet :

Immittit eis desiderium odorandi sancta
ı sunt Hierosolymis. Quod plane et ab illis
ıst. Cumque Leoni et Verinæ rem aperuis-
nitatum non exiguum eorum familiarium
ırum secum adduxerunt. Cum autem iter
essent, et jam venissent Palæstinam, viam,
ıit in Galilæam, præferunt maritimæ, plu-
ntes contemplari Nazareth et Capernaum,
naritimis frui delectationibus. Ex quibus
ıem fuit sacrum Deiparæ habitaculum,
multo tempore vidit Deum Verbum ex se
; hæc autem ejus filii charum et consue-
ersorium. Cum hic ergo fuissent, ut dixi-
ıoniam non permittebat tempus ut ulterius
ırentur (jam enim erat vespera, et nox
; provisum autem omnino hoc quoque
livinitus), vicus quidem eos excipiebat,
ırvus. In eo autem habitabant et alii non
t muliercula quoque quædam insignis ca-
ıt plane honestissima et moderatissima :
ıpter profundum quidem senium et canos
a, sed propter magnum virtutum orna-
longe honoratior erat. Apud eam autem
livinus fuerat hic thesaurus reconditus.
lo vero fuisset illa tantæ rei custos, nisi
um fuisset ornata pulchritudine, et animi
? Quanquam enim Hebræa quidem erat D
ier (est namque amica veritas), illius ta-
mam locum dixisses, qui est in præsentia
obscurus, aptus est autem ad lumen ex-
ım, et valde accommodatus. Divinum vero
hoc quoque aperte consilium, ut res apud
ılierem recondita, quæ sic affecta erat, ut
s viribus celare studeret, postea in lu-
ıiata, majorem fidem haberet.

Vide ergo, quam eleganter processerit
ı consilium. Nam apud eam venientes,
ıtur hospitio Galbius et Candidus sapien-
sic divina deducente gratia. Erat vero
propter id solum, quod in ea latebat, domus ad-
mirabilis : alioqui autem nihil habebat magni, sed
erat plane vilis et abjecta. Cum eos autem tempus
vocaret ad cœnam, ubi accubuissent, vident inte-
rius aliam domunculam : quæ multo quidem lucer-
narum lumine illustrabatur, multis vero sufflitibus et
unguentis suave spirabat : in ea autem sitam ma-
gnam ægrotorum multitudinem. Ex quo divinum
quidem quippiam suspicabantur esse et venerabile,
rei tamen veritatem omnino excogitare non pote-
rant. Invitant itaque ad convivium egregiam illam
aniculam, cupientes ex ea aliquid scire ejus, quod
desiderabant ; illa autem hoc recusabat, causans
religionem, et quod non fas sit ei, cum sit Hebræa,
vesci cum Christianis. Illi vero, cum propter ma-
B gnam sitim cognitionis ejus, quod erat propositum,
nihil de propenso suo studio remitterent, eam
adhuc invitant ardentius, et illius non parendi
pertinaciæ objiciunt aliud validius : Quid, dicentes,
obstat, si cum tu acceperis cibos, quibus pro
more vesceris, nobiscum quidem colloquaris, sola
autem tuis alimentis utaris ? His itaque paret mu-
lier, et congreditur.

XLVII. Postquam autem comedissent, apud eam
viri illi precibus egerunt, ut eis id significare non
recusaret, quænam essent ea quæ fiebant in do-
mo interiori. Existimabant enim esse aliquid lega-
le, et ex umbratilibus illis et veteribus. Illa au-
tem ea quidem dicit, quæ, fiebant : causam vero,
quamobrem ea fierent, minime persuadetur ut
aperiat. Videtis enim, inquit, o viri dignissi-
C mi, ægrorum multitudinem. Etenim cum Deo ita
videatur, in hoc quidem loco dæmones expelluntur : cæcis autem ut libere videant, claudis ut ambulent, surdis ut audiant, et mutis ut loquantur, efficitur mirabiliter ; et alii morbi, et corporum mutilationes, quæ medicorum artibus nullo sint modo medicabiles, curantur facile. Illi autem (non enim erant imprudentibus hominibus similes, neque quod interrogare oportebat, ipsi præ simplicitate prætermittebant). Undenam vero, rogabant, principium cepit locus talia operandi? Illa vero : Apud nos, inquit, Hebræos a patribus tradita habetur narratio, quod Deus in hoc loco visus sit cuidam ex patribus : ex quo factum est, ut loco hæc servaretur gratia. Hæc cum ea diceret, illi ei
D corde minime assentiebantur : sed videbatur eis muliercula, sicut res erat, probabilium verborum pulchra specie celare veritatem. Ipsi ergo eam quidem adhuc rogabant vehementius, ut eis rem, ut se habebant, aperiret, respiciens, si nihil aliud, laborem saltem tanti itineris, qui nulla alia de causa erat susceptus, nisi ut viderent sancta loca, et audirent ea quæ a piis et sanctis dicuntur hominibus. Illa autem ne sic quidem cedebat, sed manebat, ut statuerat, apertum religionis existimans esse dedecus, si aperiretur veritas, et dicens se nihil scire amplius quam quod locus sit plenus divina gratia.

XLVIII. Cum autem illi pulchre sensissent eam optime quidem scire, vitare autem ne eam scire esset apertum, et ideo præ se ferre ignorationem, evadunt avidiores inveniendi ejus, quod quærebatur, et sicut Cleophas et ille alius discipulus, corde cœperunt ardere[72]. Eos enim Virgo beatissima incitabat, volens Byzantinis divinum hunc et sacrosanctum largiri thesaurum. Omnem ergo statim movebant lapidem, ut mulier, remittens immobilem hanc occultationem, eis id quod tacuerat, in apertum proferret. Quin etiam jurisjurandi necessitatem adhibebant, ejusque adeo validi, ut animum quamvis inexpugnabilem suo possent loco movere. Cum sic eam omni ex parte astrinxissent, et tanquam inevitabilia ei vincula imposuissent, vix tandem persuadent ut eis rem aperiat. Cum itaque ex alto et cum lacrymis suspirasset, et in terram fixisset oculos, perinde ac si eam puderet enuntiare : O viri, inquit, nunquam in hodiernum usque diem, divinum hoc mysterium viro evasit manifestum. Quæ enim in genere meo me præcesserunt, jurejurando adhibito, uni mulieri, eique virgini, ita tradiderunt, ut singulis ætatibus ea res sic traderetur ; sed quoniam video vos esse viros reverendos et pios : et alioqui (nam hoc quoque vobis significabo) ad me usque redactæ sunt mei generis feminæ, nec ulla superest alia post me virgo, cujus fidei a me credi possit cognitio mysterii, rem modo vobis aperiam. Existimo enim fore, ut quod a nobis dicetur, apud vos conservetis. Mariæ illius Deiparæ (hoc enim est nobis ab alto traditum) hic custodita sita est vestis. Obstupuerunt viri illi, cum solum rei audiissent principium. Deinde adjiciens mulier, Etenim hæc, inquit, Deipara vitam finiens, duabus mulieribus virginibus duas suas vestes donavit loco benedictionis ; ex quibus una fuit ex mei generis majoribus, quæ id accepit, quod donatum fuerat, et in arca deposuit : et omnino jussit iis qui erant sui generis, ut esset virgo unaquæque, quæ eam acciperet. Est ergo arca recondita in interiore domo quam nunc videtis : et quæ in ea est vestis, est causa omnium, quæ fiunt, miraculorum. Hæc, o viri, est vera narratio ejus quod a vobis quæritur : et videte, ut ad vos usque solum deducta sit cognitio, et nemo sciat ex iis omnibus, qui sunt Hierosolymis.

XLIX. Cum hæc audissent, adhuc major metus viros subiit et lætitia. Metus quidem, propter magnitudinem eorum quæ audita fuerant : lætitia autem, quod essent participes talium sacramentorum. Quid ergo deinceps consequitur ? Viri seipsos humi dejiciunt, et pedes illius deprehensantes, Nulli quidem, inquiunt, ex iis qui sunt Hierosolymis, notum erit id quod nobis dictum est, ne dubites, domina ; dominam enim jam te vocamus, quæ sis talibus dignata mysteriis ; ipsam tibi hujus rei testem citamus Deiparam. Unum autem aliud concede nobis rogantibus. Rogamus vero, ut dormiamus eo loco, in quo hic divinus reconditus est thesaurus. Cum hoc autem statim concessisset mulier, stragulæ quidem vestes portatæ sunt in eum locum. Illi vero non se somno dederunt, sed cum noctem accepissent silentium, totam noctem perseverabant in oratione, et cum lacrymis agebant gratias Deiparæ, quod talibus auditionibus et spectaculis digni essent habiti. Cum autem eos qui ægrotabant vidissent somno oppressos, metiuntur ex omni parte ambitum arcæ, in qua erat divinum repositum mandumentum : ipsamque ligni speciem et habitudinem, ex quo erat arca, accurate admodum et diligenter considerant. Deinde mane egressi, et hospitem salutarunt mulierem, et cum rogassent eam audacter juberet, si quid sibi opus esset [illegible] mis, se enim rursus ad ipsam venturos per eandem viam, inierunt iter versus Jerusalem, cum illa [illegible] se nullo alio egere, nisi eorum precibus, et ut eos rursus lætos videret et alacres.

L. Cum fuissent itaque Hierosolymis Gaius Candidus, et partim quidem Deo preces fudissent, partim autem pauperibus et egentibus liberam dextera eleemosynam erogassent, secrete vocant quosdam fabros lignarios, quibus jubent, ut construant arcam et forma, et figura, et magnitudine illi, quam viderant, similem, mandantes insuper, ut formaretur etiam ex ligno veteri, ut nihil in ea cerneretur, quod non esset omni parte simile prædictæ. Excogitant deinde [illegible] aliud idoneum ad celandum id quod erat factum. Comparant sibi auratum operculum, [illegible] tegeretur. Postquam autem et precata [illegible] eis satis bene habere visa fuit, eo [illegible] fuerat fabrefactum, redeunt in vicum [illegible] cres : aromatibusque suffitibus aptis [illegible] cium, venerandam donant mulierem. Illa quidem rursus viros, tanquam sibi familiares, [illegible] accipit. Illi autem rursus ab ea petunt, [illegible] ut scilicet in sacro habitaculo totam noctem [illegible] igerent. Illa vero rursus quoque permittit, [illegible] omnino suspicans. Qui ingressi, summo [illegible] bantur precibus ad inculpatam, et ab omni [illegible] hensione alienam Dei Matrem, eas tanquam [illegible] hostiam lacrymis pingue facientes : Non ignoramus nos servi tui, dicentes, o divinissima, et in [illegible] illustris Domina, quænam olim Ozæ evenerit [illegible] ausus est tangere arcam, quæ erat secundum [illegible] Quomodo ergo nos, qui sumus multis obnoxii [illegible] catis, te non jubente, ausi fuerimus divinam arcam omnino tangere, intra quam est tal[illegible] saurus repositus : et non solum tangere [illegible] manibus, sed etiam eam alio transferre? [illegible] ergo voluntati nostrarum animarum, o bona [illegible] bona Mater. Ad tuam enim civitatem est [illegible] tio, quæ est omnium aliarum Regina, et te [illegible] magno studio statuit honorare. Ad eam [illegible]

[72] Luc. XXIV, 32.

›num exportare statuimus, ad ejus tute-
iam, quæ nunquam exstinguatur. Hæc
licentes in oratione, et solum lacrymis
tes, repente implentur fiducia, fiducia,
ntemperata reverentia. Deinde ad divi-
ıntarcam, simul læto et tremente animo,
ınes, qui illic erant, efficeret somnus
præditos (o beatas manus, o furtum,
lla potest omnino cadere reprehensio!)
unt eis quoque omnino hac in re fa-
ı. Et eam quidem sic tollunt: apponunt
m Hierosolymis ad ejus similitudinem
ɛrant, cum ei etiam imposuissent oper-
d quidem erat aureum, ut diximus.
primum autem illuxisset, sanctam
uidem jubent valere, et rogant ut non
is orare, et eorum facere commemora-
ıde ei quoque digito ostendunt oper-
i veram illam tegeret et primam arcam,
ri quoque visum est ab illis allatum
gratia. Et cum præterea iis qui fue-
:i, pauperibus suppeditassent quæ
saria, valde læti protinus iter ingressi
m reversuri. Postquam autem venis-
tium, non honestum esse statuerunt,
tempore erant, imperatoribus myste-
communicare, quam patriarchæ. Eos
at timor, ne quod ipsi suum esse bo-
'ant, eo ab illis privarentur. Cum ergo
ultassent, eis hæc visa est optima
atenter eos ad hoc quoque monente
ıt eis prædium apud muros civitatis,
ı marini sinus cornui (huic loco no-
lacchernæ). In eo exstruunt quidem
toriam. Cum autum eis magnæ esset
erent, Petri apostolorum principis et
m nominant. Cum in eo certe sacrum
rum posuissent, omne statim studium
, ut in templo esset perpetua hymnodia,
dor aromatum, et assiduus splendor
: sic quidem longo tempore hoc divi-

A num mysterium, fuit semper revera mysterium

LII. Quoniam autem ei, quæ per ipsum honorabatur, et cujus erat ille amictus, visum est, tantum bonum ad solos duos testes non debere contrahi, et tanquam profundo aliquo contegi silentio, et communes divitias esse eorum tantum proprias, et communi epulo eos se solos explere : movet ipsos ad id quod tacuerant, proferendum in lucem : et accedentes, annuntiant iis qui tunc erant, imperatoribus, et aperiunt quale sit miraculum, et declarant quemadmodum sit allatum. Eos autem, cum audiissent, magnum invasit gaudium, et protinus fit publicum, quod fuerat occultum. Et beati quidem inter omnes reputantur Galbius et Candidus propter tale ministerium, et
B publicis honorantur honoribus. Divina autem ædes in eo loco regiis impensis Deiparæ ædificatur : et capsa ex argento et auro constructa, sacrum illum thesaurum excipit: plurimis aliis muneribus et donis domus honoratur. Leo vero et Verina (ii enim tunc imperabant; quorum tempore hoc quoque magnum et revelatur mysterium, et ad regiam urbem exportatur) cum pulchre et pie imperassent, et Galbius et Candidus, qui hoc ministerium pulcherrime obierunt, transferuntur postea ad senectuti non obnoxiam vitæ conditionem.

LIII. Cum ergo hæc sacra arca nobis contineat, non quasdam tabulas, manu Mosaica politas, sed vestem plane divinam, et summe venerandam, quæ non solum intemeratum et ab omni labe alienum corpus texit, sed in qua (ut audacter
C dicam) cum esset infans, Deus Verbum fuit involutus et auctus : adeo ut ea sæpe conspersa sit guttis lactis venerabilis, quo nutritus fuit is qui est omnium alimentum et vita ; ad eam quidem vere laudandam nulla sufficit oratio. Sola autem gratiarum actione res est prosequenda, et ipsi Deiparæ sunt agendæ gratiæ, et ejus Filio communi Salvatori et Regi, qui omnia ad nostram utilitatem et salutem dispensat. Ei gloria et potentia nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen

MARTYRIUM

S. MARTYRIS MAMANTIS.

(Latine apud Surium ad diem 17 Augusti. — Græca non occurrunt in mss Paris).

—

magnus et insignis martyr Christi, pa-
n habuit Paphlagoniam : erat autem
ɛtate et genere. Nam erat ei quidem
ıtus, mater vero Ruffina, religione qui-
ıdeles, genere autem insignes, ut qui

D orti essent ex patriciis, et qui [illegible]
sed etiam in omnibus qui [illegible]
varent nobilitatem. Hi, [illegible]
amor in Christum, et [illegible]
continere desiderium : [illegible]

pietatem, et multos ad eam excitarent, accusantur apud Alexandrum, qui tunc erat legatus civitatis Gangræ, et cui mandatum fuerat ab Imperatore, ut deorum quidem cultum omni studio augeret et extolleret : qui invenirentur autem, Christianos multis subjiceret suppliciis. Quod si in sua perseverarent religione, etiam morti traderet.

II. Alexander ergo divinum Theodotum, productum ante suum tribunal, cogebat sacrificare simulacris. Sed ille ne aurem quidem præbebat iis quæ dicebantur. Legatus autem, cum esset paratus eum punire, prohibebatur a dignitate parentum. Non enim ei permittebatur contumelia afficere filios patriciorum, nisi imperator permitteret. Eum itaque mittit In Cappadociæ Cæsaream ad Faustum præsidem. Ille autem, qui quo erat in impietate ardentior, eo erat sævior, cum accepisset Theodotum, eum statim conjecit in carcerem. Ejus vero conjux etsi esset gravida, maritum tamen est secuta, et cum Theodoto ingrediente carcerem, una quoque est ingressa. Interim autem dum simul degerent, Theodotus et sciens carnis imbecillitatem, et non ignorans tyranni sævitiam, statuit ad Deum confugere : quem precabatur, ut ipse potius moreretur cum uxore, quam aliquid accideret eorum mente indignum, dum non possent sustinere vehementiam suppliciorum. Deum itaque rogabat, dicens : Domine Deus virtutum, dilecti Filii tui Pater tibi benedico, et te glorifico, quod vel in carcere habitare propter nomen tuum sum condemnatus. Sed te rogo, Domine, suscipe animam meam in his vinculis, qui meam nosti imbecillitatem, ne aliquando in me glorietur inimicus. Hæc ergo is est precatus. Qui vero finxit singulatim corda nostra, qui intelligit omnia opera nostra, mente ante opera suscepta, post finem orationis, ei mortem affert evestigio. Atque sic quidem excessit Theodotus, corpore mortuo relicto in custodia.

III. Conjux autem ejus Ruffina, non ferens afflictionem carceris cum ipsa quoque intempestive peperisset filium, utpote quod magna illa afflictio effecisset, ut pareret præter naturam, distrahebatur multis ac variis animi perturbationibus. Eam graviter angebat mors mariti, premebant gravissimæ de infante sollicitudines, et præsidis crudelitas efficiebat ut extrema timeret et contremisceret ; et tamen a nullo horum vincebatur, sed Deo quidem infantem commendat et dedicat ; ipsa autem assidens mariti reliquiis, et partim quidem miserabiliter deflens solitudinem, partim autem non sustinens conjugi relictam esse superstitem, in lacrymis et suspiriis hæc dicebat Deo : Qui finxisti hominem, et ex ejus latere Evam es fabricatus, concede ut ego quoque eadem via ingrediar qua maritus et liberata ab ; is rebus caducis et fluxis, transeam ad ea quæ sunt apud te tabernacula et mansiones, quæ sunt æternæ et in quas non cadit interitus. Hæc Deum precata est Ruffina, et, voti facta compos, perinde ac pro consequens, ipsa quoque decedit.

IV. Ea ergo beatum illud ad Deum iter ing diente, solus infans jacebat vivus inter parent reliquias. Protinus autem quædam divina vis habitu et figura adolescentis, apparet cuidam lieri claræ et genere et opibus, neque minus pi te ac religione, vocabatur autem Ammia : e jubet, ut petat quidem a præside corpora sanctor qui dormierunt in carcere : tollat autem infan quoque, qui jacet inter eos, et eum sibi adop in filium, et magnam ejus curam gerat illa v (carebat enim liberis, et erat vidua) sicut ei man vit somnium, ad præsidem cito accedens, habu eum facile annuentem ejus petitioni. Nam eum quoque morem gerentem effecit divina gratia. Statim enim reddidit, quæ Ammiæ jussa fuerant. Quamobrem cum et sanctorum corpora et infantem exportasset, illa quidem splendide simul magnifice in suo horto sepelit : infantem autem educat in filium, et non secus, atque si ipsa peperisset eum alebat et erudiebat, atque majorem, quam si fuisset mater ejus, curam gerens.

V. Peractus autem jam erat annus, ex quo fu adoptatus : et quo magis puer crescebat, eo procedente tempore, simul quoque crescebat eum amor Ammiæ. Dum enim videbat, tam fructum sui uteri, et existimabat se eum ha rum, qui ipsam pulchre in senectute alere secundum annum infans attingebat, et finem nera Ammiam vocat mammam. Hoc autem Romanorum significat *matrem*. Itaque fantis balbuties proprium nomen ei Mamas vocabatur ab omnibus, et de scebatur. Cum fuisset autem quinquennium, eum commendat Ammia magistris vero movebatur earum vehementi doctrina ac disciplinis erat longe suis superior ; eratque ejus animus totus plane defixus in eruditione.

VI. Romanorum autem sceptra tunc imperator Aurelianus, qui cogebat omnes re dæmonibus, non solum viros et mulieres, etiam pueros. Maxime autem ei curæ erant Existimabat enim se facile eos esse induc propter ætatis teneritatem. Sed alii quidem revera cedebant voluntati imperatoris : qui cum Mamante ventitabant ad ludum litter imitabantur ipsi quoque canam pueri prude et nec verba quidem audire necesse habe Quotidie enim docebantur honesto illo p Mamantis spectaculo et exemplo solum agnoscere Deum universi opificem, et ei ra animorum offerre sacrificium : eos autem, impiis et coluntur et adorantur dii, nugas mare, et plenos probro et dedecore. Fausti Cæsareæ præsidis, successor creatus Demo vir valde spirans impietatem, et accensus menti ejus æmulatione, cum primum

n, bonum Mamantem ad eum statim
, quod non solum ipse deos non coleret,
quoque æquales et condiscipulos ad erro-
n omnes induceret. Mamas autem jam
decimum agebat annum ætatis ; et ho-
ıtrona (hoc enim erat Ammiæ epithetum)
ivatus, fit successor et hæres ejus faculta-

emocritus ergo, cum hæc audisset de
ı, fuit protinus efferatus in puerum. Et
ecisset ut ad suum tribunal sisteretur,
quidem interrogat an esset Christianus :
n ille esset, qui neque ipse diis sacrificat,
ıdet condiscipulis, ne pareant imperatori.
n, majorem, quam ætas patiebatur, præ se
ıimi constantiam, et nihil conturbatus.
uit, vestram valde condemno canitiem,
ta circumfusi sitis erroris caligine, ut nec
quidem adspicere ad radios veritatis, sed,
vivo Deo relicto, accessistis ad dæmones
ı et surdos. Nam ego quidem a meo Chri-
uam recedam, et quoscunque potero ad
lucam. Admiratus est Democritus pueri
libertatem et statim ab initio desperans
eum inducere, simul et minatus est ado-
ɜt iis qui eum circumstabant, jussit ducere
ad aram Serapidis, ut vel invitus deo
et. Ille autem nihil a minis effeminate
ɜt illiberaliter. At non licet, inquit, tibi
re, qui sum educatus a matre maxima
ima, et fuculentam ab ea accepi hæredita-
ıaximas divitias, adjiciens nomen Ammiæ.
ı autem audiisset Democritus et ab iis qui
abant, de beata matrona et Mamante
omnia didicisset, et cognovisset se non
m punire, ferreis vinctum vinculis Ægas
tit ad imperatorem, omnia ut se habent
ıs litteris imperatori.

e autem cum litteras accepisset, et eas
et, puerum varie aggreditur : et cum
ıum conspectum adduxisset, nunc quidem
ır et magnum terrorem intendebat, nunc
omissis invitabat, et ei proponebat mu-
ıonores, et dicebat : Si ad magnum acce-
ıpidem, ei sacrificaveris, o pulcher puer,
scum in palatio : et primum quidem aleris
deinde te multi mirabuntur et laudabunt,
ıe eris de cætero, et cui possit invideri.
m faciebat Aurelianus, et hæc duo simul,
t minas proferebat, et promissa, ut vel
m terreret, et extremum ei metum afferret,
ıissis ejus solidam frangeret constantiam,
ıma eum molliret, ejusque oculos præ-
t, et adduceret ad impietatem. Hæc au-
is acuebant alacre et promptum studium
ıtis : et, Absit, respondit, o imperator, ut
a vobis honorantur, statuas in honore ha-
ıt earum ullam ducam rationem quæ sunt
nanimæ, et quæ arguunt, quam sitis cras-

A si et nullo sensu præditi, quod ea colere et in honore habere omnino sustinetis. Desine ergo minas intentare terribiles, ut tibi videntur, et maxima polliceri. Nam puniens quidem, benefacies : benefaciens autem damno afficies maximo. Pro Christo enim mori, est mihi quovis honore et lucro præstantius. His vehementer irritatus Aurelianus jubet corpus pueri cædi flagris. Atque adolescenti quidem prudentia cano cædebatur tenerum et modo florens corpus ; ille vero perinde afficiebatur atque si quateretur in somnis.

IX. Cum autem imperator eo ipso tempore, quo torquebatur puer, ei adularetur, et eum omni ratione conaretur emollire, dicebat enim : Dic vel solis labris te sacrificaturum: et statim liberaberis ad
B omni supplicio: Non ego, inquit Mamas, o imperator, solum mihi verum Deum et Regem Christum, neque labris nec corde negaverim, etiam si præsentibus longe graviora excogitaveris. Quin etiam magnas tibi habeo gratias, quod me per hæc tormenta ei quem desidero concilies ; et opto solum, ne manus defatigentur tortoribus, quæ jam, ut vides, mihi magna bona procurant : sed robustæ potius reddantur et valentes. Aurelianus autem postquam vidit eum tam parum curare verbera, jubet ei nudatum corpus totum torreri lucernis ignis : ut cum carnes paulatim eliquarentur, et diutius versaretur in tormento, et dolores sentiret graviores. Et hoc quidem deductum est ad effectum, et admotæ sunt lucernæ corpori martyris. Sed et ignis reverebatur
C athletam, et in milites spirabat vehementius. Atque martyr quidem sine dolore admittebat lucernas ; illæ autem magis urebant animum persecutoris. Nam cum ne minimum quidem corpus martyris attingerent eo illi majorem flammam excitabant insaniæ. Deinde jubet martyrem verberari lapidibus. Ille autem perinde erat affectus, atque si aspergeretur rosis, et spe futuri lætabatur.

X. Cum itaque valde animi dubius esset omni ex parte Aurelianus, et nullum supplicii genus posset excogitare, quod cor Mamantis attingeret, jubet globum plumbeum ejus collo alligari, et sic in medium mare ductum martyrem, projici in profundum. Et jussus quidem, deductus est ad effectum ; sed ne tunc quidem, o Mama, Deus tui est oblitus, angelis enim suis mandat de te, ut te custodiant. Et statim
D angelus forma humana in orbem circumiens, terrorem quidem affert iis qui ipsum ducebant, et eos vertit in fugam ; jubet autem martyrem venire in montem, qui est Cæsareæ, et illic degere. Cum fuisset ergo in monte, et totos quadraginta dies mansisset jejunus, fit hic alius Moses. Ei in manus novum traditur testamentum, quod non tunc quidem primum esse cœperat, sed jam fuerat datum patribus. Et quod tunc deerat Mosi, hoc nunc adimpletur in martyre. Nam Moses quidem solummodo e cœlo accipit tabulas : ad hunc autem et vox, et virga ab alto descendit. Cum autem virgam accepisset, et ut vox significabat, ea terram

cuisset, quomodo prius mare Moses, accipit Evangelium editum e terræ visceribus.

XI. Quid opus est ea dicere, quæ sunt postea consecuta? Non amplius nobis martyr Moses, sed fit alius Paulus prædicans Evangelium. Cum quoddam autem templum construxisset, in quo orare consueverat, quoniam oportebat eum, sicut Paulus[1], operari manibus, divina virtute ad se ducit omnes feras: et lac mulgens feminarum, quæcumque id scilicet præbent poculentum hominibus, efficiebat caseum; et ejus quidem parum sibi relinquebat et reponebat: reliquum autem descendens Cæsaream, distribuebat gentibus. Quoniam autem magnus Mamas fama et sermone multorum celebrabatur, Alexander quidem alius, non is quem prius diximus, tunc creatus præses Cappadociæ, vir crudelis, si ullus alius, et contendens in impietate a nemine superari, cum de eo omnia intellexisset, mittit quosdam equites ad eum quærendum, ut cum invenissent, ad eum adducerent. Cum illorum itaque adventum præscivisset martyr, fit eis obviam. Illi autem postquam simul convenissent, neque scirent hunc esse illum, rogabant eum, ubinam, et in quo loco esset Mamas. Ille vero: Vos quidem, inquit, o amici, oportet nunc ex equis descendere, ut eamus ad cœnam; postea autem ostendam vobis Mamantem. Hi ergo ab eo hospitio accepti, caseum et panem libenter comederunt; his enim egregius eos accepit Mamas, dominus convivii.

XII. Interim autem ad martyrem accedunt, ut consueverant, feminæ animantes, ut unaquæque suo lacte mulgeretur. Quod cum vidissent equites, eos invasit stupor et timor, et cœna relicta, confugiunt ad martyrem. Ille vero cum metum eis ademisset, et eos bono et fidenti animo esse jussisset, deinde vellet etiam eorum animos a cura liberare, dixit se quidem vere eum esse, qui quærebatur, Mamantem, ne amplius eum quærerent. Eos ergo dimittit, pollicitus seipsum quoque mox venturum. Deinde cum equites protinus recessissent (tali enim viro credebant, neque in eo poterant ullum suspicari mendacium) cum unum ex iis qui erant in monte, leonibus, martyr nutu ad se vocasset, jubet eum, postquam ipse ingressus fuerit stadium, cursim pergere ad Græcos et Judæos, qui lingua maledica nomini Unigeniti detrahunt, et id maledictis incessunt, et eis afferre interitum. Hæc cum jussisset feræ, e monte proficiscitur: et accedit ad equites, qui eum exspectabant ad portam civitatis. Cum ii itaque eum assumpsissent, ducunt ad Alexandrum. Ille autem protinus: Tune es, inquit, ille qui es magia insignis? Martyr autem Mamas prudenter dicit: Ego sum Christi servus, qui eis quidem qui credunt in ipsum, et faciunt ejus voluntatem, dat salutem; magos autem et incantatores, et eos qui adorant idola, igni tradit æterno. Sed quanam de causa me accersisti? Quod nec possum quid[illegible] inquit præses, perspicere, quibusnam utens p[illegible] stigiis et incantationibus, viribus inexpugnabili[illegible] fera animalia inducis, ut cum eis degas, et apud [illegible] verseris: imperes autem propemodum, tanqu[illegible] ratione præditis. Respondens autem martyr: [illegible] servit, inquit, Deo meo, qui solus vivit, et est [illegible] rus, ne vel parum quidem sustinuerit versari et [illegible] tam agere cum idololatris et maleficis. Quamobr[illegible] ego mihi duco esse præstantius, versari simul c[illegible] feris, quam vobiscum habitare. Nam illæ quid[illegible] non nostris inducuntur, ut putas, incantationib[illegible] et ideo mihi redduntur cicures et domesticæ, neq[illegible] enim scio quid sibi velit vel solum nomen incan[illegible] tionis; sed et si sint prudentiæ expertes et ratio[illegible] nis, sciunt tamen ipsæ quoque meum revereri Do[illegible] minum, et in honore habere ejus famulos. Vos vero estis longe, quam ipsæ, minus participes ratio[illegible] nis, quod cum illas habeatis exemplar honoranti[illegible] Domini, ne sic quidem intelligitis.

XIII. Præses autem cum adversus hæc ne pos[illegible] quidem contradicere, conabatur aperte vim affer[illegible] Cur autem eo, aiebat, processisti stultitiæ et au[illegible] ciæ, ut insurgas quidem adversus imperiales constitutiones, impudenter autem nos quoque ci[illegible] cias contumeliis? Sed tormenta te vel invitum [illegible] nino ea quæ oportet, docuerint. Et statim ja[illegible] eum suspensum valde cædi. Ille autem, et sim[illegible] acerbe laceraretur, perinde erat affectus, ac si nullum dolorem sentiret penitus. Neque enim [illegible] tores aspexit effeminate, nec se mollem præbu[illegible] tormento, non humile et illiberale aliquid [illegible] tus: sed recta in cœlum suos defixerat oculos [illegible] consolationem expectabat a superis. Cum præses suppliciorum et dolorum acerbitatem [illegible] deret, et instaret ut martyr laniaretur [illegible] tius, vox quædam divina, quæ exstitit e superis, [illegible] quidem levat magnam partem doloris: confirmat autem et corroborat id, quod laborabat, et reddit eum quibusvis tormentis superiorem. Eam cum multi audissent ex fidelibus, firmiores et constantiores evaserunt in pietate. Alexander autem postquam vidit generosum Mamantem nihili facere [illegible] reas illas ungulas, quibus laniabatur, corde magis lacerabatur ab insania; et ipsum quidem illinc [illegible] ducit: accendit autem fornacem ignis, ut abi[illegible] in eam jaceretur. Atque jam quidem accendebat[illegible] fornax ignis: præses vero, quoniam tunc erat [illegible] cupatus in aliis, satius esse putavit parumper [illegible] tyrem tradere in custodiam. Quadam enim spe [illegible] cebatur, quod si ei tempus daretur, ut apud [illegible] esset, et consideraret accuratius, fore ut et ex[illegible] rientia malorum, quæ præcesserant, et metu fu[illegible] fornacis, accederet mollior ad secundas interro[illegible] tiones, et non parum priorem suam mutaret [illegible] tentiam. Atque ille quidem vir generosus conjec[illegible] in carcerem: ad quadraginta autem Christian[illegible]

[1] I Cor. IV, 12.

eo prius detinebantur, ibi inventos liberat lis: et cum carceris claves et vectes labet, sola precatione, et totas portas aperuisquidem concedit, ut sine labore exeant, tur autem ille solus in custodia, in qua ansentia excitabatur et confirmabatur ad futamina.

nterea ergo jam accensa erat fornax : et abjectis aliis curis, rursus producit martytribunal, et dicit: Tanta omnino nostra in axime necessariis occupatio, et diuturna ıora, præbuerunt tempus ineundi consilii set tibi utile. Sin minus, tu vides, quam ornax : nihil tamen dicam, donec inconsiæc tua constantia effecerit, ut te multum ı. Ille autem vir egregius : Jam tibi, o præıs meam aperui sententiam; cur de iisdem ɔi rursus exhibes negotium? Cum inceperis, ıpone ; ne differas ea quæ mihi es minases autem eum protinus immittit in for- Sed qui pueris, qui erant in Assyria, forliquando rore aspersit Deus, is hic quoque ıuferens ignis operationem. Martyr autem tur in flamma, tanquam in prato florido. te tempore, quo in igne est moratus, cammnos ad Deum. Atque tres quidem dies ıuit fornax. Deinde cum flamma cessasset in cinerem dissoluti carbones, jubet præibus, ut efferant, si quid sit reliquum ex martyris. Illi autem cum venissent ad forlius vocem apertissime audiunt Deum lau- Illi vero protinus reversi, Præsidi renunıillam admirabilem. Ille vero: Per magnum, erapionem, et alios omnes deos, hoc est cantatio et præstigiæ. Et multa alia nugatus rsus veritatem : adeo erat attonitæ et plaue ıentis. Populus autem, quicunque, in quam, n poterant intueri ad veritatem, cum nec tigium, neque ullam fuliginem aspexissent letam, illius Deum laudabant, et ei soli ant miraculum.

olidus autem præses, postquam ex fornace ıtitit martyr sanus et salvus ante illius cum nec ejus quidem pilum ignis attigisset, eum effudit nugas, eum insimulans magiæ cii, et hæc vocans dæmoniaca. Ille autem nso quidem eum est dignatus. Et præses eum deduxit ad certamen, futurum, ut cœnam bestiis. Ille autem sequebatur ıs. Et in martyrem quidem immissus fuit et sævus ursus. Sed ursus quidem eum A reverenter adorabat, et ad ejus pedes procumbebat. Dixisses, si vidisses, eum amplecti illius vestigia. Pardus autem lenis et mansuetus, in ejus humeros citra, ullam insiliens molestiam, lingua abstergebat ejus sudorem, et eum demulcebat, perinde ac eum deliniens, et ægre ferens ea quæ patiebatur. Et quæ a præside quidem immissæ sunt bestiæ, sic, ut videtis, meum tractarunt athletam. Sed non sic leo, qui ab illo signum accepit, quem ipse armavit adversus impios, ut prius diximus. Nam dentibus stridens, et iram spirans, propere descendit de monte: cum conturbasset theatrum, et in partes dissecasset, ex eis quidem multos discerpsit dentibus et unguibus. Quo quidem tempore innumerabilis multitudo infidelium, intelligentes virtutem divinam, quæ B erat in martyre, ejus Deum magnifice extollebant. Hæc, quæ vel ipsos poterant mollire lapides, reddebant præsidem duriorem : et leonem rursus in ipsum immittit. Ille autem, quantum qui præceserat, efferatus fuerat in impium theatrum, et eis quavis morte vitam effecerat acerbiorem, tantum hic accessit mitis et mansuetus martyrem : adeo ut multis videretur immissus esse a præside ad eum consolandum, non autem ad puniendum.

XVI. Cum itaque spem omnem abjecisset impudens ille præses, rogat quemdam ex iis qui ei parebant, ut id præclari hujus martyris viscera ferreum adigat tridentem. Et ille quidem eum ambabus manibus torquet in martyrem. Martyr autem sanguine manantia fert intestina, adeo ut quædam mulier ex C iis quæ benevolæ erant martyribus, quam primum accurrens, cratere guttas sanguinis susceperit, et lætus ingreditur per medium theatrum ; magnam enim a vinculis securitatem præbebat ei finis, qui mox exspectabatur, et egreditur lætus e civitate, onere, quod gestabat, sibi placens dum internam naturæ compositionem in manibus suavissime circumferebat, ut qui gauderet, quod ea oblata esset hostia ei qui formaverat, et grato animo reddita esset ei qui dederat. Cum ergo duo stadia pervasisset, et Christo agonothetæ visum esset eum satis laborasse, recumbit in quadam spelunca, et aspicit ad eas, quæ illic sunt, coronas. Vox autem desuper exstitit, vocans athletam ad æterna illa tabernacula et præmia, ad eum qui illic est splendorem, D et delicias, ad quas transit protinus, ab illis exceptus secundo mensis Septembris. Quas detur omnibus nobis consequi gratia et benignitate Domini nostri Jesus Christi, cum quo Patri simul cum sancto Spiritu gloria, honor et potentia, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

—

MARTYRIUM

SANCTORUM PAULI ET JULIANÆ

QUI APUD URBEM PTOLEMAIDEM PASSI SUNT.

(Latine apud Surium ad diem 17 Augusti. — Græce non exstat in mss. Paris)

I. Aurelianus imperator per totum orbem terrarum contra Christianos edictum proposuit, ut omnes idolis sacrificarent: qui vero id facere noluissent, vita pessime privarentur. Ille igitur cum in Isauriam venisset, in urbem Ptolemaidem se contulit, ut omnes Christianos cogeret idolis sacra facere. Cum vero beatissimus Paulus una cum sorore sua Juliana imperatorem in urbem ingredientem vidisset, Christi signo frontem notavit, et ad sororem conversus, Esto, inquit, bono animo, soror mea, neque timeas; dico enim tibi magnam quamdam tentationem Christianis imminere.

II. Vidit Aurelianus, cum Paulus Christi signo frontem notavit, et misit qui illum corriperent. Quem cum in media turba stare jussisset, Miserrime, inquit, homo, quidnam tibi proposuisti, ut me urbem ingrediente frontem signare auderes? An ignoras edictum contra Christianos propositum? Respondit Paulus: Audivi equidem edictum tuum, sed nemo unquam poterit tantum timorem nobis injicere, ut Christum verum Deum abnegemus tuam; enim tormenta brevia sunt, neque eos lædere possunt, qui Deum metuunt. At Dei tormenta, sempiterna illa sunt. Eodem modo voluptas et gloria, quam Deus Christianorum generi largitur æterna est. Quis igitur tam amens est ut viventem Deum derelinquat, et surda atque muta ista vestra idola colere velit, cum ipse auctor nostræ salutis Christus Jesus dixerit[1]: *Quicunque negaverit me coram hominibus, negabo et ego eum coram Patrem eo, qui in cœlis est?*

III. Cernis, inquit, Aurelianus, quandiu te nugantem passus sum ac sustinui? Accede jam, et diis sacrifica, ne pessimo mortis genere consumaris. At Paulus: Ego nullum alium Deum cognovi, nisi Dominum. Jesum Christum, quem colui semper inde usque a patribus meis puro corde atque animo. Tum Aurelianus dixit: Suspendite hominem istum, et acriter torquete, donec venerit Dominus ipsius, et eum liberet. Suspenderunt igitur illum carnifices, et cruciatibus affligere cœperunt. Cumque affligeretur, voce magna Deum invocans, dicebat: Domine, Jesu Christe, vera Dei veri et Patris progenies, cujus ortum nemo comprehendere potest, non Angeli, non Archangeli, non Throni, non Dominationes, non Principatus, non Potestates, non Virtutes, non Cherubini, aut Seraphini, nisi Pater solus; tu, inquam, [illegible] feras opem mihi humili et abjecto servo tuo [illegible] Abusureliani me liberes. Deus autem protinus [illegible] ciatus illos leves effecit, ut beatus Paulus nil [illegible]

IV. Sancta vero Christi sponsa Juliana, cum [illegible] trem suum ita cruciari vidisset, cucurrit ad tribunal et voce magna clamans: Aureliane, inquit, tyranne cur ita crudeliter fratrem meum innocentem [illegible] cias? Tum Aurelianus: Detegite mox istius [illegible] caput, et ejus genas vehementer percutite, ne [illegible] temere loquatur; istum vero nefarium homi[illegible] constanter cruciate, eo quod Christi, quem [illegible] patrocinium et adjumentum se habere ait, [illegible] Juliana, et: Miror, inquit, quomodo imperator [illegible] sis, deliras, neque potentiam Christi cognoscis, [illegible] admodum scilicet tormenta his hominibus, [illegible] eum invocant, levioria efficit. Aurelianus [illegible] conversus, dixit: Muliercula ista ex me[illegible] majorem in modum elata est; itaque illam [illegible] ens: Accede, inquit, et diis immola, [illegible] nus meas te evasuram confidere [illegible] Juliana: Ego neque tua tormenta [illegible] minas tuas ad me pertinere arbitror; [illegible] Deus in cœlis, qui poterit eripere nos de [illegible] manibus tuis. Quæcunque igitur habes [illegible] instrumenta, mihi admoveas, ut ex his ipsis [illegible] et Salvatoris Jesu Christi opem mihi [illegible] esse cognoscas.

V. Hæc dixit Juliana, Cui Aurelianus: [illegible] inquit, pulchritudinem tuam talem esse, ut [illegible] rationem habens te perdere nolim. Te igitur [illegible] tor ut sacrifices quo legitimam mihi uxorem [illegible] deligere possim, et mecum una regnes, imperium [illegible] omni tempore fruens. Quin etiam fratri tuo injuria [illegible] compensabo, et faciam, ut amplissimum digni[illegible] gradum apud me habeat. Erexit Juliana, oculos [illegible] in cœlum, et crucis signo cum frontem [illegible] risit. Cui Aurelianus, Cur, inquit, Juliana, [illegible] benignitatem meam contemnens, risisti? Non, [illegible] quit illa, contempsi benignitatem tuam; sed [illegible] gaudens, quod Sponsus meus cœlestis, qui vult [illegible] homines salvos fieri[2], sedet in solio sancto suo, [illegible] que divinitatis pulchritudinem contemplor; [illegible]

[1] Matth. x, 23. [2] I Tim. II, 4.

ıe hortatur ut certamina ipsa libenter sus-
te vero nugacem et futilem hominem con-
ı, quippe qui cum te imperatorem appellari
t ligna et lapides adoras. Audiens hæc Aure-
bili percitus : Suspendite, inquit, mulierem
amque constanter cruciate, ut intelligat se
peratoris tribunal consistere. Cœperant jam
es illam cruciare, cum Paulus ejus frater
uens, Ne timeas, inquit, soror, tyranni cru-
neque ipsius minas formides. Sustineamus
er, ut perpetuo requiescere possimus. Infli-
c, inquit Aurelianus, cruciatus assiduos ei-
ulcate, ne surpeba et stulta verba effutiat.
ı hæc Juliana, iterum risit, et ait : Aureliane
ı atque inique, Dominus Jesu Christus facit,
ıe labores, neque tormenta hæc sentiam.
urelianus, Quamvis, inquit, multas nugas
s, et simules te cruciatus non sentire, faciam
ut diutius crucieris, et doloribus suc-
ı. Non sinet, inquit illa, Christus ipse, me
n a te superari. Ille est, qui mihi opem
t nunc, et semper ad finem usque opitulabi-
o ipsius potentiam, et nostram Chrisitiano-
tientiam cognoscere possis. Te vero ipse
ıeus æterno igni puniet ; exiget enim a te
quas perdidisti.

is verbis magis exarsit Aurelianus, et jussit
ı afferri, ac picem in eum conjici, atque
multum infra lebetem accendi, ita ut nemo
s accedere posset. Jussit autem in illum con-
ulum et Julianam. Qui cum fuissent conjecti,
in cœlum erigentes, ac tanquam uno eodem-
re precantes, hæc dicebant : Domine Deus
ı nostrorum, Abraham, Isaac et Jacob, qui
disti in fornacem ignis ad Sidrach, Misach
enago in Babylonis regione, neque illos
ɔdi permisisti : tu, Domine Jesu Christe, lux
mensa, Patris mysterium et gloria, Deique
ni dextera, qui homo factus propter peccata
inter homines versatus es, da salutem ani-
, quas inimicus diabolus miserrime deceptas
ıptas, usque ad infimam tartareæ sedis vora-
detrudere conatur : quemadmodum Aure-
iste, ipsius diaboli discipulus, nunc facit.
ım illi precantes dixissent, pix effervescens
ıam aquam conversa est, ita ut qui præsentes
Dei potentiam admirarentur.

Nihilominus tamen Aurelianus, proprio furore
ısus, Deo gloriam non reddebat, sed magicis
s ea fieri existimabat. Jussit postea e lebete
ıtrahi, in quibus nec picis odor aliquis ine-
uin etiam neque in lebete ipsos picis aliquid
ıum est, sed tantum frigida aqua. Tunc Au-
ıs : Existimatisne, inquit, eos, qui præsentes
ı vobis circumveniri et adduci, ut putent auxi-
. Deo vestro vobis allatum, et non magicis
artibus hæc facta esse? Non ita, per deos ipsos,
ıabebit; faciam, enim ut cruciatibus affecti, igne
namini, nisi diis ipsis victimas obtuleritis. Ad

A hæc Paulus respondit: Minime nos possumus viventem Dominum Deum relinquere, cœli et terræ creatorem, qui nos e tenebris eripuit, et a manibus tuis eosdem liberavit. Nunquam igitur, Aureliane imperator, nobis persuadere poteris, ut lapidibus et statuis vestris, voce auditu et anima carentibus, cultum præbeamus. Itaque de cætero tormenta quæcunque vis, nobis admoveas, ut Dei nostri vim cognoscas.

VIII. Jussit Aurelianus duas ferreas sedes illuc afferri, et e balneis publicis carbones congeri, et sedes illas vehementer succendi ; suum vero abdomine illitos martyres ipsos supra candentes sedes imponi. Quod cum mox factum esset : Jam, inquit Aurelianus, artibus vestris omnibus superatis, potestis discere, quisnam sit Aurelianus imperator.
B Veniat nunc Christus vester, si potest, et vobis laborantibus opem afferat. Respondit statim Aureliano Juliana : Nobiscum hoc in loco Christus, est, nobis opem affert, neque sinit ab igne nos tangi. Tu vero illum non vides, cum ejus visione indignus sis. Moneo te Aureliane, ut insaniam istam omittas, et ad Christum accedas, nam si ei credere volueris, te resipiscentem amplectetur cum benignus sit ac misericors, et humana peccata condonet. Quodsi non credideris, æterno igno punieris.

IX. Magis iratus est Aurelianus, et jussit carnifices capite truncari, quasi pecunias a Christianis accepissent, ut illis parcerent. Cum vero ad mortem deducerentur carnifices, hortabatur eos Paulus his verbis : Nolite timere, neque enim in æternum mo-
C riemini, sed sanctorum participes futuri estis, et cœlestis regni hæredes. Hæc cum audissent carnifices, constiterunt, ita Deum orantes ; Domine Jesu Christe, quem Paulus et Juliana prædicant, adesto nobis, et in confessione tua fac nos perfectos esse, quoniam nihil mali fecimus, et morimur. Hæc cum dixissent, obtruncati sunt. Eorum alter, Quadratus ; alter, Acacius dicebatur.

X. His igitur martyrio consummatis, jussit Aurelianus alios carnifices ignem afferre, et supra carbones sal aspergere, ut ignis ipse vehementer accenderetur. Tum Juliana : Aureliane, inquit, Tyranne et nefarie, cur teipsum affligis? Video enim te cruciari, et omnibus modis furore detentum affligi, denique ut serpentem aliquem exsibilantem,
D venenum contra nos effundere ; sed nihil tamen proficies, cum Deus ipse nos corroboret, ut pravas tuas cogitationes sustinere possimus. Itaque cum adversus nos nihil efficere potueris, magis erubesces, et a nobis ipsis abstinebis. Aurelianus jussit illos exsolvi, et in carcerem detrudi, atque ligna quædam maximi ponderis in eorum cervices imponi, pedes etiam compedibus ligari, catenis manus devinciri, et ferreos clavos sterni, ut illis configerentur neque Christianorum aliquem permitti ad eos ingredi, ne cibus afferretur. Illos igitur carnifices in carcerem duxerunt, quæque ab Aureliano jussi fuerant, eis fecerunt. Cum vero media nocte martyres Deum precarentur, lux quædam magna

effulsit in carcere, et angelus coram illis stetit, cisque dixit : Paule et Juliana, servi Dei altissimi, surgite et Deum orate. Hæc dixit angelus, et ad eos accessit : ac statim instrumenta, quibus eorum colla constricta erant, tetigit, statimque tam illa, quam reliqua ferrea et lignea vincula confracta, de justorum, martyrum corporibus exciderunt : duæ autem sedes pannis stratæ, et mensa coram ipsis illico apposita est, omnigenis ferculis plena, eisque angelus dixit : Venite, requiescite, et cibum sumite, quem misit vobis Jesu Christus. Paulus et Juliana, ea re lætati, discubuerunt. Cumque panem ipsunt in manus sumpissent, et oculos in cœlum erexissent, Deo ipsi gratias egerunt, et cibi participes facti sunt. Viderunt carceris custodes lucem illam magnam; cumque ad eos repente introivissent, quod factum fuerat didicerunt, ipsos insuper comedentes, et hilares factos viderunt. Itaque cum illis recumbentes et ipsi comederunt, Deoque laudem et gloriam dederunt, qui talem gratiam filiis hominum contulisset, ita ut plerique ex ipsis Deo crediderint, et Christiani evaserint.

XI. Tertio post die Aurelianus, cum in tribunali sedisset, jussit sanctos martyres Paulum et Julianam illuc duci, quibus ait : An nondum tormenta ipsa vos docuerunt, ut ab ista insania vestra discedatis, et deos adeuntes, illis victimas offeratis? Hæc, inquit Paulus, stultitia mihi sit, et omnibus, qui Deum ipsum diligunt. *Quod* enim *stultum est Dei, sapientius est hominibus; et sapientia hominum stultitia est apud Deum.* Desipiens profecto et insanus essem, si a Deo ipso deficiens, dæmones vestros colerem. Denuo Aurelianus, bili percitus, jussit illos in ligno suspendi, et cruciari. At illi Deum orantes, hæc dicebant : Domine Jesu Christe, Fili Dei viventis, lux Christianorum, et fides, quæ neque concuti, neque ab adversariis expugnari, aut dissolvi potest : ostende faciem tuam, et nobis opem feras, neque nos destituas propter sanctum nomen tuum. Cum igitur carnifices diutius illos cruciarent, et Christus eorum cruciatus subleva ret, nihil omnino martyres tormenta illa sentiebant.

XII. Unus vero e carnificibus, nomine Stratonicus, cum staret ad sinistrum Julianæ latus, et tormenta in eam inferret, ejus pulchritudine captus, manus ab ea continebat. Cujus sensum atque animum cum beata et sancta Juliana cognosceret, sinistrum pedem extendit, et calce illum verberans : Satratonice, inquit, fac quod jussus es a tyranno Aureliano, neque manus a me contineas mihi parcens ; ego enim habeo Regem meum Dominum Jesum Christum, Deum æternum, et animæ meæ curatorem, qui corporeis laboribus me sublevat, atque ita præsentes cruciatus non sentio. Hæc cum Stratonicus audivisset, statim ensem, quem manu tenebat, abjecit; cumque ad tribunal Aureliani cucurrisset, clamans : Aureliane, inquit, tyranne et temerarie, cur nam hæc facinora contra Ci nos patrare audes? Quidnam homines De vientes commiserunt, ut ita crudeliter et imm eos crucies? An quia Christum omnium dom rem venerantur? Hæc cum audiret Aurelian obstupuit, ut hora una mutus remanserit. Ta respondens : Tune etiam, inquit, Strat istorum stultitiæ atque insaniæ particeps facti An Julianæ pulchritudo te decepit, et ejus j dis sermonibus allectus es? Stratonicus cu cœlum oculos erexisset, dein Paulum ac Juli in ligno supensos circumspexisset, crucis munitus, illorum aspectus tales vidit, quales a lorum Dei facies esse solent. Mox accurrit, et rum aram calcibus conculcavit, eamque eret ait : En et ego Christianus sum ; facias licet quid libet. Furore accensus Aurelianus, jussit ej caput abscindi. Cumque sententiam imperator set, venit ad eum locum in quo martyrum cor rus erat ; ubi cum genua inclinasset, ita orav Domine Jesu Christe, quem Paulus et Juliana fitentes, invicti permanent a divinitate tua ser ti, et Aureliani tyrannidem confundentes; te, quæ et animam meam accipe in cœleste regnum tuu meam, inquam, animam, qui brevissimæ hore tio nomen tuum confessus sum, præsente liano. His dictis, ille caput extendit, et cum obtruncatus est. Venerunt autem Christia ejus reliquias collegerunt.

VIII. Tunc totus in eum iram spirans Dionysius, jubet a quatuor extensum crudis boum nervis verberari : et continuo dum verberaretur (nescit enim vitium differre et cunctari) : Dic solum, aiebat, Trophime, diis sacrificabo, et illico a malo liberaberis. Ille autem verba illius existimabat, tanquam vocem spinarum sub lebete. Sciebat enim, quod quanto graviora essent sua certamina, tanto se victorem futurum clariorem, et eo splendidiorem habiturum coronam. Quid ergo facit ille ? In eum excogitat novum modum insidiarum, ut inusitato supplicio perturbaret athletam. Cum acetum sinapi contemperasset, infundit naribus martyris. Ille autem aperte ostendit se nullam omnino accepisse mutationem ex acerbissima illa temperatione. Dedecus ergo non ferens scelestus, ligno alligavit athletam per eos, qui inserviebant ejus iniquitati,

A ὅσαις τε βασάνοις ὑπ' αὐτοῦ παραδοθείη κ
Διονύσιον γράψας, ὅπως τε ἰσχυρότερος καὶ
δημίων γένοιτο, καὶ ὅπως μόνῳ Χριστῷ προσ
τοὺς αὐτῶν τε γελῷη θεοὺς, καὶ παρ' οὐδὲν
ποιοῖτο Ὑποδήματα τοίνυν σιδηρᾶ ἥλοις ὀξέσι
θέν τε καὶ ἐκ πλαγίου διαπεπαρμένα τοὺς μ
κοὺς ἑλκεινοὺς τοῦ Τροφίμου πόδας πρότερο
δεθῆναι εἰπὼν, καὶ διαπείρας τοὺς ἥλους δι
ποδῶν, εἶτα ἐπὶ Φρυγίαν ἐλαύνεσθαι κελεύε
γὰρ Διονύσιος ἐλέγετο· διατρίβειν. Ὁ δὲ, ἐ
καὶ μεθ' ἡδονῆς τοὺς ἥλους ὑποβαλλόμενος,
σθεν ἦγε παραπολὺ τῶν τε ἑφεπομένων πε
τῶν συμπαραθεόντων ἱππέων· οὐ γὰρ ἡ τῶν
ὀδύνη ἐλέγξαι τὴν τῆς ἐκείνου ψυχῆς ἰσχύν
ότητα, ἀλλὰ κοῦφον αὐτῇ μᾶλλον εἰργάσατο
B καὶ εὐτονώτερον ἐποίει.

Ζ'. Τριῶν τοίνυν ἡμερῶν τὴν μετ
ἀνύσαντες, εἰς Σύναδα πόλιν τῆς Φρυγίας
Ἐνταῦθα τὰ Ἡλιοδώρου γράμματα Δι
γνοὺς, καὶ ὅπως ἕκαστα εἶχε μαθὼν, τῷ
τὸν μάρτυρα, παραστήσας, Σὺ εἶ, φησί,
Καὶ ὁ μάρτυς, Ἐγὼ, ἀποκρίνεται, δοῦλος δὲ
στοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ, εἰς ὃν οἱ πεπιστευκ
καταισχύνονται. Τί οὖν ἐπιμένεις ἔτι τοῖς
καὶ μάταιον τοῦτον ἀνακαλεῖς Χριστὸν, ἐξ
αἴτιος θανάτου γεγένηται; Ἀλλ' εἰ καὶ μὴ
νῦν γοῦν τῆς ἐπ' αὐτὸν ἀφειμένος
θύσον τοῖς θεοῖς, τὸν θάνατον διαφυγὼν,
σον τὴν παροῦσαν ζωήν. Ὁ γενναῖος
δὼν Τρόφιμος, Θάνατον μὲν οὐδ' ἂν
νος φύγοιμι, ἔφη· εἰ γὰρ καὶ μὴ σὺ
C φύσις ἐπάξει πάντως, καὶ ταύτῃ τὰ
λειτουργήσω ἄνθρωπος ὤν· ἔξεστι δὲ
σασθαι τούτου διηνεκῆ, πολλῷ τῷ μετ
καιρον ταύτην καὶ ῥέουσαν κατάγα
λόγον καὶ τῆς μακαριότητος ὑπερ
σοῦτον, ὅσῳ μηδὲ ὀφθαλμῷ τὰ
ὁρατὰ, μηδὲ ὠσὶν ἀκουστὰ, μηδ' ἐπὶ
που ἀναβῆναι δυνάμενα. Ταύτης ἐκ
θερμότατα ἐρᾷν τῆς ζωῆς· καὶ πολλὴν
εἰδείην, οὕτω με σπεύδοντα, καὶ αὐτὸν
δι' οὗπερ ἀπειλεῖς θάνατον ἐπείγοντι.

Η'. Ἐνταῦθα ὅλος κατ' αὐτοῦ πνεῖ
κελεύει ἐκ τεσσάρων διαταθέντα
τερον τύπτεσθαι, καὶ τυπτομένῳ εὐθὺς
βάλλεσθαι οἶδεν ἡ κακία καὶ διαμέλλει
D μόνον, Τρόφιμε, ἐπὶ τοῖς θεοῖς, ὁ
καὶ τοῦ κακοῦ ἀπαλλαγήσῃ αὐτίκα. Ὁ δὲ
ἀκανθῶν ὑπὸ λέβητα, οὕτω τοὺς
ἡγεῖτο· ἤδει γὰρ ὅσῳ χαλεπωτέροις
τερος τοσούτῳ γενόμενος στεφανίτης.
νος ποιεῖ; Καινὸν ἐπιβουλῆς
ἵνα τῷ ἀμελετήτῳ καὶ
βήσῃ τὸν ἀθλητὴν· ὄξος τοίνυν
μάρτυρος ἐπιχεῖ μυκτῆρσιν· ὁ δὲ
μηδ' ἡντιναοῦν μεταβολὴν ὑπὸ τοῦ
κράματος ἐκείνου παθών. Οὐκ
αἰσχύνην ὁ πονηρὸς ξύλῳ τὸν ἀθλητὴν
ρετουμένων αὐτοῦ τῇ παρανομίᾳ

; πλευράς, καὶ βαθείας ἐν αὐταῖς τε- A et latera dilaniavit : et cum in eis profundos sulcos
αίμάτων κατήγαγε ποταμούς. Ὁ δὲ dissecuisset, sanguinis deduxit fluvios. Ille autem
ρθη τῆς γῆς, τοσούτῳ πλεῖον ἐγγίζειν quo altius sublatus erat e terra, eo magis videbatur
αὶ, Πολλοὶ αἱ θλίψεις, ἔλεγε, τῶν δι- Deo esse propinquus : et, Multæ, dicebat, afflictiones
πασῶν αὐτῶν ῥύσεται αὐτοὺς ὁ Κύ- justorum, et ex eis omnibus liberabit eos Dominus [1].
ς δὲ, τούτων ἀκούσας, Ἡ ματαία σε Dionysius autem cum hæc audivisset : Vana te spes,
ἶπε, Τρόφιμος, καὶ κενοφολογία κακῶς inquit, Trophime, et levis cogitatio male perdunt.
γάρ σοι καὶ ἀπὸ τῶν ὀδυνῶν ἕξει τῶν Quis enim ad te veniet e cœlis, a præsentibus malis
μενος ; ἀλλ' ἐάσας, παραινῶ, τὰ πολλὰ, liberaturus ? Sed multa, tibi suadeo, verba dimittens, et vanam, quam dicis, felicitatem, accedens
ν ἣν λέγεις εὐδαιμονίαν, θῦσον προσ- diis sacrifica. Sic enim tibi proderis, et non aliter.
ῖς · οὕτω γὰρ ἂν ὀνήσῃ σαυτὸν καὶ Nam hæc sunt solum strepitus, qui effunduntur in
Ἐπεὶ ταῦτα ψόφοι μόνον εἰσὶ τῶν aures. His ille auditis, irridebat præsidis improbitatem, et : Nunquam, aiebat, o Dionysi, dum ero apud
μενοι. Τούτων ἐκεῖνος ἀκούων κατε- me, meum Deum, qui est verus et vivus, negaverim.
γεμόνος κακουργίας. Καὶ οὐκ ἄν ποτε, B Si est ergo tibi facile transformare homines, et alios
τῷ, Διονύσιε, ὤν, τὸν ἐμὸν Θεὸν, τὸν facere ex aliis, exspecta fore, ut ex me aliquid forte
ηθῆ, ἀρνησαίμην. Εἴπερ οὖν σοι καὶ audias contrarium. Nam ego quidem dum sum idem, qui nunc, Trophimus, obliviscar citius esse homo, quam meum ignoraverim Dominum et Creatorem.
νθρώπους ῥᾴδιον, καὶ ἄλλους ἐξ ἄλλων
ὀκα τι παρ' ἐμοῦ καὶ τῶν ἐναντίων
ὡς ἔγωγε ὁ αὐτὸς Τρόφιμος ὑπάρχων,
ῦν εἰμι, θᾶττον ἐπιλάθωμαι τοῦ ἄνθρω-
οἰκεῖον Δεσπότην καὶ Δημιουργὸν ἀγνοή-

ιγεμών · Ὥσπερ εἰ παρῃνοῦμεν, Τρόφι- IX. Præses autem : Perinde nobis respondes, o
τῆναί σε τῆς ὁμολογίας, ἀλλὰ τοῖς αὐ- Trophime, atque si tibi suaderemus, non desistere
καὶ τοῦ Χριστιανισμοῦ περίσχεσθαι, a confessione, sed in eisdem perseverare, et amplecti Christianismum. Et conversus ad lictores :
ἄς ἀποκρίνῃ. Καὶ τοὺς δημίους ἐπι- Vehementius, inquit, si quomodo tandem ab his de-
ρότερον, ἔλεγεν, εἴ πως ὀψὲ γοῦν ταύ- sistat nugis. Ille autem patiebatur quidem, et corpus
τῆς φλυαρίας. Ὁ δὲ ἔπασχε μὲν καὶ τὸ ei consumebatur : vigebat vero ac florebat alacri
ιτο · ἤκμαζε δὲ καὶ ἀνέθαλλε τῇ προ- promptoque animi studio, et pro pietate decertabat vehementer. Eum autem ludificans præses :
θερμὸν οἷον ὑπὲρ εὐσεβείας ἔπνει. Δια- C Nondum, inquit, sensisti, o Trophime, tormenta ?
τὸν ἄνδρα ὁ ἡγεμών. Οὔπω, φησὶ, Martyr autem : Jam, inquit, scio te magis sentire
ε, τῶν βασάνων ; Καὶ ὁ μάρτυς αὐτίκα, perpessionem : aperte enim ostendis, iram in te
, ἔφη, του πάθους αἰσθάνεσθαι · δῆλος magnam exercere tyrannidem. Mihi vero quo magis
τὸ τοῦ θυμοῦ τυραννούμενος · ἐμοὶ δὲ corpus consumitur, eo magis solvitur a vinculis,
καταναλοῦται, τοσούτῳ λύεται τῶν liberaturque omnino, et fit anima divinior. Non enim
ὅλον ἐλευθεροῦται, καὶ θειοτέρα γί- manens in corpore una cum eo moritur : sed
Οὐ γὰρ μένουσα ἐν τῷ σώματι συν- transit ad ea quæ desiderat, et propriam recipit
λὰ πρὸς τὰ ποθούμενα διαβαίνει, καὶ hæreditatem. Ille quidem hæc dicebat ; lictores
ολαμβάνει κλῆρον. Ὁ μὲν οὖν ταῦτα autem se invicem alter alterum excipientes, ei graviores dolores afferebant. Ille autem : Aspice de
ιοι δὲ ἀλλήλους ἐν τῷ ξέειν διαδεχό- cœlo, et me libera, dicebat, Deus, de laqueo venantium. Quoniam tu es patientia mea, Domine [2]. Et
ας αὐτῷ τὰς ὀδύνας ἐπῆγον · ὁ δὲ, hoc solo verbo valde percussit caput præsidis, et in
ὐρανοῦ καὶ ῥῦσαί με, ὁ Θεὸς, ἔλεγεν, beatum suum caput universam vim illius movit et
ς τῶν θηρευόντων · ὅτι σὺ εἶ ἡ ὑπο- D insaniam. Itaque cum salem injecisset in acetum,
ίμνιε. Καὶ τούτῳ ψιλῷ τῷ ῥήματι et hujus acrimoniam illius temperasset salsedine,
ἡγεμόνος ἔπληττε κεφαλὴν, καὶ κατὰ jussit ea infundere in vulnera martyris, sic arbitrans
ἑαυτοῦ κεφαλῆς ὅλην ἐκείνου τὴν δύ- se expugnaturum athletam pietatis. Quod si non
μανίαν ἐκίνει. Ἀμέλει καὶ ἅλας εἰς expugnavero, aiebat, aut imbecilliorem eum reddam
καὶ τὴν ἐκείνου δριμύτητα τῇ τούτων ad futura. Sed qui comprehendit sapientes in astutia eorum, id, quod excogitaverat, convertit adversus illius malitiam. Et martyr ; Sic, dixit, o præses,
τῶν τοῦ μάρτυρος ἐκέλευε καταχέειν corpus meum non diffluet, nec peribit ; imo contra,
ύτῃ ἑλεῖν τὸν τῆς εὐσεβείας ἀγωνι- sal quidem ipsum conservabit sanum et confirmabit et corroborabit adversus tuos insultus, adeo ut
Ἂν δὲ καὶ μὴ ἕλω, φησὶν, ἀσθενέστε-
ς παρέξομαι πρὸς τὰ μέλλοντα. Ἀλλ'
τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν,
ου μᾶλλον κακίας τὸ σόφισμα περιε-
ιάρτυς, Οὕτω τοίνυν, ὦ ἡγεμών, ἕλε-
ήσεταί μοι τὸ σῶμα, οὐδὲ οἰχήσεται ·
ν οὖν ἅπαν καὶ ὑγιὲς αὐτὸ μᾶλλον οἱ

[1] Ps. xc, 20. [2] Psal. xc, 3.

ipsos superet, et calliditatem vincat adversarii. Tunc cum seipso judex evasisset sævior, jubet lampades admoveri lateribus egregii martyris: Ut quæ restant, aiebat, carnes ignis consumat. Atque igne quidem minuebatur et consumebatur caro, martyri autem magis vigebat crescebatque animi institutum. Et videbatur quidem sentire externam flammam, flagrabat autem cor ejus majore Christi desiderio.

X. Hæc postquam omnia simul fortiter tulisset Trophimus, admirationeque ac stupore totum affecisset Dionysium, e ligno quidem deponitur; traditur autem carceri, ne eum quidem benignum assecutus, sed in ligno inclusus, et nec tibias quidem valens extendere. Quidam autem Dorymedon, vir qui et colebat pietatem, et exercebat virtutem, et inter senatores primum tenebat locum, ingrediens carcerem, et curam gerebat martyris, et abstergebat vulnera, et saniem emundabat: deinde linteis involvebat et alligabat, atque ei omnem aliam adhibebat curationem, et aliquo quidem tempore latebat hæc faciens. Postea autem cum venissent Dioscoria, id est, festum Castoris et Pollucis, et Synade dies festus præclare celebraretur, festo quidem intererat universus senatus, solus autem aberat Dorymedon. Deinde cum præses eum accersisset ne sic quidem accessit, significans quod, cum esset Christianus minime eum oporteret sacrificare simulacris et dæmonibus. Cum ergo fuissent hæc renuntiata Dionysio, vel invitum eum adducit per satellites, et rogat causam, propter quam non venisset ad festum, idque ab eo accersitus. Ille autem: Ad alia quidem, inquit, o præses, in quibus nihil detrimenti acceptura est anima, nunquam non veni, si tu me vocasti, neque ullam attuli excusationem ubi autem res spectat ad detrimentum animæ, et a Deo alienationem, non ego, qui non accessi, sum causa quod non accesserim, sed is qui ad ea vocat.

XI. Cum hæc autem audiisset præses, quæ de Dorymedonte ne sperasset quidem unquam, ne si Deus quidem prædixisset, valde quidem fuit obstupefactus. Et cum propter rem inopinatam ne plures quidem potuisset cum eo conferre sermones: Interim, inquit, eum teneat custodia. Cras vero considerabimus, quomodo res ejus se habeant. Atque ille quidem venit in carcerem, tanquam in quamdam palæstram: Dionysius autem, quibusdam ex suis ad eum missis, conabatur adducere eum ad pœnitentiam. Quos torve et truculenter martyr intuens: Discedite a me, dixit, omnes qui operamini iniquitatem [3]: » et continuo tacuit, « et erat tanquam homo non audiens, et non habens in ore suo redargutiones [4]. » Die autem sequenti cum sedem judicialem ascendisset Dionysius, accersit Dorymedontem, et: Indigne, inquit, senator, quidnam

A ἄλις διατηρήσουσι καὶ ῥώσουσι πρὸς τὴ
σοῦ ἐπιβουλὰς, ὥστε καὶ περιγένεσθαι αὐτῶν, ·
τῆσαι τῆς τοῦ ἐστακειμένου κακοτεχνίας. '
χαλεπώτερος αὐτὸς ἑαυτοῦς γεγονὼς ὁ δικάζων,
δας πυρὸς κελεύει προσάγεσθαι ταῖς τοῦ γενναί
ραῖς Ὡς ἂν τὰ περιλειφθέντα, φησὶ, τῶν σαρκῶ
ἐπινεμηθείη. Ἔληγε μὲν οὖν τῷ πυρὶ καὶ ὀλ
σὰρξ, ἡ προαίρεσις δὲ τῷ μάρτυρι μᾶλλον ἐν
ἐκώει μηδὲν τῆς ἔξωθεν φλογὸς ἐπαισθάνεσθαι
τέρῳ γὰρ πόθῳ τῷ πρὸς Χριστὸν ἐκέκαυτο τ
δίαν.

Ι'. Ταῦτα ἐπειδὴ καὶ ὁμοῦ πάντα γενναί
κε Τρόφιμος, καὶ ὅλον εἰς ἔκπληξιν ἤγαγ
σιον, κατάγεται μὲν τοῦ ξύλου ὁ ἀθλητής·
σωμωτηρίῳ δὲ παραδίδοται, οὐδὲ τούτου ἐπτη
λανθρώπου, ἀλλὰ κατακλεισθεὶς ἐν τῷ ξύ
μηδὲ ἀποτείνειν τὰ σκέλη δυνάμενος. Ἐν
δέ τις ἀνὴρ εὐσέβειάν τε τιμῶν καὶ ἀρετ
καὶ παρὰ βουλευταῖς τῶν πρωτείων ἐξ
τὸ δεσμωτήριον εἰσιὼν, ἐπεμελεῖτό τε τ
ρος, καὶ τὰ τραύματα περίεπε, καὶ τοὺς
ἀπέματτεν, εἶτα καὶ ὀθονίους περιείλι
εδίσμει, καὶ πᾶσαν ἄλλην θεραπείαν
χρόνον μέν τινα ποιῶν οὕτως, ἐλάνθανε
δὲ τῶν Διοσκορίων ἐπιστάντων, καὶ τῆς
περὶ τὰ Σύναδα λαμπρᾶς ἀγομένης, ἡ μὲν
πᾶσα τῇ πανηγύρει παρῆσαν· μόνος δὲ ἐν
πτο Δορυμέδων· εἶτα καὶ μετακαλεσαμένου
τοῦ ἡγεμόνος, οὐδὲ οὕτω παρῆν, δηλώσας ἐν
στιανὸν ὄντα με, ἥκιστα θύειν εἰδώλοις
C χρή. Ὡς οὖν ἀπηγγέλη ταῦτα Διονυσίῳ,
ἄκοντα διὰ τῶν δορυφόρων αὐτὸν, καὶ
πυνθάνεται, δι' ἣν οὐκ ἀφίκοιτο πρὸς
καὶ ταῦτα μετακληθεὶς ὑπ' αὐτοῦ. Ὁ δὲ
μὲν, ἔφη, ὦ ἡγεμὼν, ὅπου μὴ λυμαίνεται
μηδὲ βλάπτειν ἔστιν, οὐπώποτε ἤδη
τός σου οὐκ ἦλθον· οὔτε ἀσχολίαν
φασισάμην· ἔνθα δὲ πρὸς βλάβος
ψυχῆς, καὶ Θεοῦ ἀλλοτρίωσιν, οὐχ
νὼς ἐγὼ, τοῦ μὴ ἀφικέσθαι αἴτιος ὁ
ΙΑ'. Ἀκούσας ταῦτα ὁ ἡγεμὼν οἷα μ
προειπόντος περὶ Δορυμέδοντός ποτε
πλήξει τε εἶχετο δεινῶς καὶ τῷ
γματος μηδὲ εἰς πλείονας αὐτῷ λόγους
νηθεὶς, Τέως μὲν, φησὶν, αὐτὸν ἐχέτω
αὔριον δὲ τὰ κατ' αὐτὸν ὅπως ἔχει
D μὲν οὖν τὸ δεσμωτήριον ὥσπερ τινὰ
παλαίστραν· ὁ Διονύσιος δὲ τῶν ὑπ' αὐτ
ἀποστειλας, μετάμελον αὐτὸν ποιεῖν
Οἷς αὐστηρὸν ἐμβλέψας ὁ μάρτυς καὶ
Ἀπόστητε ἀπ' ἐμοῦ, ἔλεγε, πάντες οἱ
ἀνομίαν· καὶ εὐθὺς ἐσιώπα, καὶ ἄνθρωπος
ἀκούων καὶ οὐκ ἔχων ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ
τῆς δ' ἐπούσης ἐπὶ τὸν δικαστικὸν θρόνον
Διονύσιος μεταπέμπεται τὸν Δορυμέδοντα,
Ἀνάξιε τῆς βουλῆς, φησὶν, τί παθὼν χθὲς,
νοηθεὶς, καὶ τοὺς θεοὺς ἐξώμνυσο, καὶ τὰ βα

[3] Matth. VII, 23. [4] Psal. XXXVII, 15.

ματα ; ἢ αἰσχρὸν εἶναί σοι δοκεῖ τὸ A
τάχθαι, καὶ κοινῇ τὰ τῶν θεῶν τιμᾷν,
; βουλῆς φαίνεσθαι πρῶτος, ἧς ἀγαπή-
καὶ ὁ σφόδρα φιλότιμος, εἰ καὶ τὸ πολ-
ς φέροιτο ; Ἀλλ' οὐ μέγα ταῦτα, φη-
τῷ Θεοῦ μόνου ἐρῶντι, καὶ τὰ παρ'
φανταζομένῳ, καὶ τὴν ἐκδεχομένην
λαμπρότητα. Τί γὰρ ἐμοὶ τυράννου
υλλαβοὶ, καὶ χλαμὺς ἀλλοτρίοις ἀνθοῦσα
αὶ τὸ παρὰ τῇ βουλῇ ὀγκῶδες, τί καὶ
γγεσθαι, καὶ Θεὸς ἄψυχος, καὶ θεὰ τούτῳ
λίθος ἴσως, ἢ καὶ χαλκὸς, χειρῶν τέ-
υργημένη, παρακαθημένη τάχα ἢ παρ-
δὲ καὶ ὁ τεχνίτης ἐθέλοι, κειμένη καὶ
ὶ ἐν ἑτέρῳ σχήματι μένουσα ; Αἰσχρὰ
μὴν ἔρχεσθαι μόνον, καὶ οὐδὲ ψόγου B
ν δυνάμενα, ἵνα τὰ ἐντεῦθεν παρασιω-
τὴν τῶν σεβομένων ταῦτα ψυχῶν ἀπώ-
ναμένουσαν αὐτὰς τοῦ πυρὸς γέενναν,
σκότος, τὸν διαιωνίζοντα σκώληκα, τὸ
ἐκεῖνο πένθος, καὶ ἀληθῆ Θεὸν ἀθε-
λῆται. Τί γὰρ ταῦτα πρὸς τὴν τῶν οὐ-
λείαν, ἣν τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν ἐπηγγεί-

heri tibi accidit, aut quid tibi venit in mentem, ut et deos abjurares, et edicta respueres imperatoria? Turpene tibi esse videtur in eumdem, in quem nos, referri ordinem, et deos honorare communiter et hujus senatus videri primus, cujus si vel minimam partem fuerit assecutus aliquis valde ambitiosus, præclare secum actum esse duxerit? Sed non sunt hæc, inquit ille, magna ei, qui Deum solum diligit, et visione apprehendit eam, quæ est apud ipsum, pulchritudinem et splendorem, qui manet sanctos. Quid enim mea refert tyranni appellatio, et chlamys flerens alienis coloribus, et in senatu elate loqui et cum auctoritate, et deus inanimus, et dea cum eo cohabitans, lapis fortasse, vel æs, artificio manuum fabricata, sedens fortasse, vel stans : quod si velit etiam artifex, jacens, et patiens, aut in alio etiam manens habitu? Sunt hæc turpia, si vel solum veniant in mentem, et quæ nec satis quidem vituperari possint pro meritis, ut sileam mala quæ hinc proficiscuntur : animarum, quæ ea colunt, interitum ; quæ-eas manet, ignis gehennam ; tenebras quæ verbis explicari nequeunt ; vermem, qui durat in æternum ; dolorem illum inconsolabilem ; et alias, quæ intentantur, minas iis qui verum Deum non agnoscunt et colunt. Quid hæc enim ad regnum cœlorum, quod idem promisit iis qui ipsum diligunt?

ταῦτα πλείονι ἐκπλήξει ληφθεὶς Διονύ-
φησὶ, τοσαύτῃ εὐπορήσας τῆς παῤῥησίας
ἢ καθ' ἡμῶν στόματι ; Ὅτι ἀψευδής, ὦ
παγγειλάμενος ἔφη· Ὅταν δὲ παραδῶσιν
βασιλεῖς καὶ ἡγεμόνας, μὴ μεριμνή- C
τε λαλήσετε· δοθήσεται γὰρ ὑμῖν ἐκείνῃ
μα καὶ σοφία, ᾗ οὐ δυνήσονται ἀντειπεῖν
ντικείμενοι ὑμῖν. Ἐπὶ τούτοις πνεύσας
νούσιος καὶ δεινῶς ἀγριώνας. Ἀλλ'
ρη, πυρὶ τὸ τῆς γλώττης ῥεῦμα ξη-
αὐτίκα κελεύει πεπυρακτωμένοις ὀβε-
τοῦ μάρτυρος πλευρὰς κατακαίειν. Τοῦ
ικρὸν ἐνδιδόντος, ἀλλὰ καὶ Χριστὸν εἰς
αλοῦντος τὸ πῦρ ἐκεῖνος οὐκ ἔστεγε τῆς
λει καὶ ξύλῳ τὸν ἀθλητὴν ἀναρτήσας
ίσας τοῖς ὀβελίσκοις πλευρὰς σιδη-
ταξαίνει, καὶ, Ἴδω, φησὶν, εἰ Χριστὸς
σων αὐτῷ. Ὁ μὲν οὖν συντονώτερον τῶν
ιὸν εἶχετο ῥημάτων, καὶ ἔτι μᾶλλον τὸ
ποθουμένου ἐπεβοᾶτο. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ
ονυσίου ἠμέλει θεῶν, ἀλλ' ὑβριζέ τε εἰς
κακῶς ἔλεγε, καὶ ἐπ' ἄλληλα ταῦτα
τραύματα τῷ ἡγεμόνι ἀντεδίδου. Διο-
υν ἠπόρει τό τε ὅλως, καὶ πολλὰ τοῖς
στρατιώταις ἐμέμφετο, κρατῆσαι μιᾶς
τῆς οὐ δυναμένοις. Ἐντεῦθεν ἐπὶ τὰς
ος παρειὰς οἱ ὄνυχες ἐβάδιζον, καὶ τὰς
ρεύνων καὶ τοὺς ὀδόντας ἀνώρυττον·
καὶ κατασεῖσαι τὸν τῆς διανοίας πύργον
Εἶτα πῦρ μὲν ὑποστρώννυται, κατ-
ὁ τῆς εὐσεβείας ὁπλίτης καὶ τοῖς μὲν

XII. His magis obstupefactus Dionysius. Undenam, inquit, tantam nactus fiduciam, et loquendi libertatem, tam audaciore in nos inveheris? Quod verax sit, o præses, is qui dixit : « Quando autem vos tradiderint regibus et præsidibus, ne solliciti sitis, quid loquamini ; dabitur enim vobis in illa die os et sapientia, cui non poterunt contradicere omnes, qui vobis adversantur [5]. Propter hæc furiose spirans Dionysius, et valde efferatus : At ego inquit, igne exsiccabo linguæ tuæ fluentum, et protinus jubet candentibus obeliscis uri latera martyris. Eo autem ne minimum quidem cedente, sed Christi auxilium invocante, ignis ille Dionysii non repressit insaniam. Itaque cum ligno suspendisset athletam, latera obeliscis assata ferreis discerpit unguibus, et : Videam, inquit, an Christus veniat opem tibi laturus. Atque ille quidem intensius Deum alloquebatur, et adhuc magis invocabat nomen ejus, quem desiderabat. Sed nec deos quidem D Dionysii negligebat ; ipsos enim contumeliis afficiebat et maledictis, hisque densis et crebris vulneribus vicissim sauciabat præsidem. Dionysius autem erat animo valde perplexus, et multum suos insectabatur milites, quod non possent unam linguam vincere. Hinc procedebant ungues ad genas martyris : et scrutabantur maxillas, et dentes effodiebant, sed non poterant etiam labefactare turrim ejus animi. Deinde ignis quidem substernitur, deducitur autem miles pietatis : et pedibus quidem in igne ingreditur, caput vero et barbam manu tenebant lictores, et pilos vellebant acer-

[5] XI, 14, 15.

ἐφύλατο, οὐκ ἄγριον εἶδεν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἕλκη, καὶ ἀπέματτε τοὺς ἰχῶρας ἣν τούτους τιμῶσα, καὶ διὰ πάσης αἰδοῦς, Γαῦτα ὁ μὲν περιεστὼς δῆμος θαῦμα ἐ διεθερμαίνοντο πρὸς εὐσέβειαν. Ὁ δὲ διαθεὶς Διονύσιος, ἐλάνθανε καθ' ἑαυτοῦ ἐτας συνειλοχώς, καὶ τῆς οἰκείας μᾶλλον θεωροὺς, οὐ τῆς τῶν μαρτύρων ἀγωνίας ρ' οἷς μᾶλλον αὐτὸς ἐξεθηριοῦτο· καὶ τῷ ν ἐπιμελητῇ βαρύτατον θανάτου τρόπον ὁ δὲ δείσας, καὶ λέοντα κατὰ τῶν μαρτύ- ν· ἀλλ' οὐδὲ οὗτος τῶν φθασάντων θηρίων νη πρὸς ἡμερότητα. Τοὐναντίον μὲν οὖν, ὶν τι κατὰ τοῦ λεοντοκόμου ἐπεδείξατο. ὁ ἠρέμα πρόσεισι τοῖς ἁγίοις, καὶ κάτω κεφαλὴν, οὐδὲ ἀντιβλέπειν αὐτοῖς εἶχεν. ρέθιζε τοῦτον ὀξὺ ἐμβοῶν, καὶ κατὰ τῶν ελεύετο. Ἀμέλει καὶ ἀθρόον ἐπιπηδήσας τῷ παραχρῆμα διασπαράττει Ἁπάντων ογνοὺς Διονύσιος, τὸν διὰ ξίφους αὐ- τον κατακρίνει, καὶ κελεύει θυμῷ τοῖς στάδιον εἰσπηδήσαντας, τὰς τῶν γενναίων ιλάς· ἦγε μὲν οὖν ἐνάτην τότε πρὸς τοῖς ίμβριος, καὶ οἱ τοῦ Χριστοῦ μάρτυρες ἅτ' αὐτὸν τέλους ἐπιτυχόντες, τὰς ἑαυτῶν ς ἐκείνου χερσὶ παρατίθενται. Τὰ μέντοι τούτων σώματα, σπουδῇ πολλῇ διὰ τὸν ος φόβον, τῶν εὐλαβῶν τινες ἀνελόμενοι, ως αὐτὰ περιστείλαντες, ἐν ἀποκρύφῳ κατατιθέασι· δοξάζοντες Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ Πνεῦμα ἅγιον, , καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A batur, et inflammabatur ad pietatem. Qui autem theatrum coegerat Dionysius, non animadverterat se eos qui aderant, contra se congregasse : et sui potius dedecoris spectatores, quam certaminis martyrum convocasse. Propter quæ ipse magis efferabatur, et ei, qui curam gerebat bestiarum, mortem minabatur gravissimam. Ille autem timore affectus, leonem quoque immisit in martyres. Sed nec is fuit minus placidus, quam priores bestiæ. Contra autem rem fecit præclaram in eum, qui illius curæ præerat. Nam ille quidem sensim, et caput deorsum inclinans, accedit ad sanctos. Is autem ipsum irritabat acriter exclamans, et exhortabatur adversus sanctos. Leo autem in eum repente insiliens, lacerat et discerpit protinus. Omni itaque spe abjecta, Dionysius eos condemnat, ut gladio eis mors afferatur: et ira percitus, jubet carnificibus, ut irrumpentes in stadium, præclarorum martyrum capita amputarent. Tunc autem erat nonus decimus Septembris. Et Christi martyres propter ipsum hunc finem assecuti, in illius manus suas tradiderunt animas. Martyrica autem eorum corpora cum magno studio, occulte tamen propter metum præsidis, quidam pii sustulissent, et ea honorifice composuissent, deposuerunt, glorificantes Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

DE S. MATTHÆO APOSTOLO

ET EVANGELISTA,

(Acta Sanctorum Bolland. ad diem 21 Septembris, tom. VI.)

—

ia Sanctii in Fastis variarum gentium di- ebus annuntiata: acta plura aliaque de ıonumento enumerantur.

loquidem pauca de gestis sancti Matthæi t evangelistæ comperta sunt et indubi- que ob causam plura de eo examinanda uam simpliciter enarranda; enumerare acet vetustiora Martyrologia, quibus san- ia legitur inserta; et mox non modo as- d etiam utcunque ponderare documenta quibus gesta sancti Matthæi haurienda ısia Latina sanctum Matthæum præcipue ie 21 Septembris, quo omnibus fere Mar- et Kalendariis Latinis memoria ejusdem . Hac enim die legitur in Martyrologiis ianis, in Romano Parvo, apud Bedam, Rabanum, Wandelbertum, Adonem, ı, Notherum, in Martyrologiis et Kalen-

C dariis plerisque particularium ecclesiarum, ac demum in Romano Martyrologio et Breviario, et in omnibus passim recentioribus. Elogia hic nulla affero, quia suis singula producam locis, ubi expedire videbitur ad prædicationem, mortem, aut alia ad sanctum spectantia elucidandum. Martyrologiis consonat liber Sacramentorum a Menardo editus, et S. Gregorio attributus, in quo ad hunc diem legitur Missa de sancto Matthæo, et pridie notatur vigilia, quemadmodum ejusdem vigilia annuntiatur in multis Kalendariis et Martyrologiis recentioribus.

2. Celebratur tamen aliis quoque diebus sanctus Matthæus in aliquot Martyrologiis Latinis Nam in Hieronymianis etiam legitur ad 1 Maii, rursum ad

D 6 Maii, et ad 9 Octobris. In aliquot etiam codicibus, videlicet in Epternacensi, Corbeiensi, aliisque sancti Matthæi fit mentio ad 21 Maii, ubi apud Flo-

ı, qui præfatas apostolorum passiones A
ɜ se certissime incerta et falsa scri-
derit. Dicit enim, quia Candacis eu-
m baptizasset Philippus in Judæa eo
ɜrit in Æthiopia, quo Matthæus ibi
ue docenti auxilium tulerit, cum ma-
Candacem nomen esse non viri, sed
est, non eunuchi, sed dominæ ejus,
ılicet Æthiopum, quæ, sicut ex vete-
nentis comperimus, omnes antiquitus
solebant. » Hæc Beda, non solum Acta
phis habens, sed eorum etiam
endacii arguens. Possent et multa alia
ıgari ad fidem iis detrahendam, cum
itio usque ad finem mirabilia magis
n credibilia ; multaque plura nugetur B
terrestri, quam observavit Hesselius;
ınem beatissimæ Virginis exponat modo
t indecenti, ut mittam alia. Verum di-
t ad omnem fidem Abdiæ personato
ı : at ex his alia mihi oritur dubitatio.
753 in bibliotheca Vaticana invenimus
hæi Acta in codice Latino 1188, eaque
curavimus, et nos ipsi cum codice
Hæc Acta carent omnibus vitiis modo
[uæ Hesselius Acta pseudo-Abdiæ re-
ımdem de rebus gestis sancti Matthæi
lationem. Quare dubitari potest, utrum
lias vetustiora sancti Apostoli Acta in-
, et multis ineptiis impleverit ; an vero
bdiæ de S. Matthæo lucubrationem cras- C
oribus voluerit expurgare, et sic Acta
stoli utcunque probabilia reddere.
eri potuit, sed secundum verisimilius
ıs rationes. Primo ex allegatis Bedæ
mus, apocrypham illam de gestis apo-
storiam certo antiquiorem esse sæculo
ɜda floruerit sub initium illius sæculi
toriam alleget, non ut novellam aut
ctam, sed ut multorum judicio apo-
x eo ulterius colligo, jam sæculo VI,
at Venantius Fortunatus, vetustam
illam Historiam, cum verisimiliter ex
corpus S. Matthæi esse in Naddaver.
non est vetustas codicis Vaticani, in
iliora exstant S. Matthæi Acta. Qua-
ɜntur in illo codice nonnihil correcta D
ısurdioribus vitiis expurgata, præser-
liqui passim codices Acta contineant,
apud Abdiam, et necdum alium vide-
n, qui consentiat cum illo Vaticano.
hoc codice præfatio vulgaris omissa
ıtituta alia, quæ cum ipsis pugnat
secundum præfationem S. Matthæus
ı Perside; secundum Acta, in Æthiopia.
ssutum est aliud principium de scri-
tthæum Evangelio, et post illud se-
ta personati Abdiæ, sed nonnihil ex-
ıque vix dubitare possim quin hæc
recentiora sint, eademque cum aliis, sed utcunque emenda.

7. Verumtamen non tanta adhibita fuit correctio, ut gesta in iis relata fierent satis probabilia, etiamsi non constaret de origine ex fonte impuro. Nam primo statim advenienti in Æthiopiam Matthæo dicitur occurrisse eunuchus reginæ Candacis, qui baptizatus erat a Philippo Act. VIII, ut auctor omnino asserat, Matthæum venisse ad urbem, in qua regina Candace regnabat, quando dictus eunuchus fuit conversus. At ibi tum dicitur fuisse rex Egyppus, regina Eufenissa. De Candace, quæ paulo ante regnasset, nulla fit mentio. Itaque nomen reginæ Eufenissa videtur contrarium verbis Bedæ mox datis, cum asserat, omnibus commune fuisse nomen Candace. Consentit Plinius, lib. VI, cap. 29 docens, « regnare feminam Candacem, quod nomen multis jam annis ad reginas transiit, » in illo nimirum Æthiopiæ regno, cujus metropolis erat Meroe. Asserit autem laudatus Plinius, ea de regnis Æthiopiæ et Meroes cognita et relata fuisse per exploratores Neronis. Regnabat igitur regina Candace Nerone imperante et diu Candace aliqua ibidem regnaverat, saltem a temporibus Augusti, ut colligitur ex Strabone, qui sub Augusto floruit. Strabo enim, lib· XVII, pag. 820, narrat bellum, quo « Candace, quæ per nostra, inquit, tempora Æthiopibus imperavit, » Romanos Ægypti dominos impetiit, imperante Augusto. Itaque regnarunt in Æthiopia reginæ, quibus nomen erat Candace, saltem ab Augusto usque ad Neronis tempora ; nec addit Plinius, alio modo suis temporibus administratum fuisse Æthiopiæ regnum. Atqui sanctus Matthæus, si prædicavit in Æthiopia, eo verisimiliter venit ante imperium Neronis, aut certe Nerone non diu imperante. Omnia igitur, quæ de statu regni Æthiopiæ traduntur in Actis, prorsus videntur fictitia, nec ullam merentur fidem.

8. Non minus fictitia videntur, quæ de progressu fidei Christianæ in Æthiopia tradunt Acta. Si quis enim Actis credere voluerit, convertit S. Matthæus regem Egyppum, reginam Eufenissam, eorumque filium, a morte prius suscitatum, qui Eufranon vocatur, filiamque Ephigeniam, modo Iphigeniam passim dictam. Ecclesia quoque constructa dicitur, in qua Matthæus sederit annis 23. Hoc tempore multas fabricavit ecclesias, « constituit presbyteros et diacones,... et per civitates et castella ordinavit episcopos. » Præterea « omnia simulacra, omniaque templa » asseruntur « destructa. » Filia regis « Ephigenia » virginitatem professa, « erat præposita virginum amplius quam ducentarum. Hæc omnia facta dicuntur, vivente rege Egyppo. Eo defuncto, occisoque S. Matthæo ob recusatum ab Ephigenia matrimonium cum novo rege Hyrtaco, res Christianorum modico tempore minus erant prosperæ. At cum punitus a se esset Hyrtacus, et proprio se gladio occidisset, frater Ephigeniæ dici-

n clero suo. Cum ibi essent, circa sex-
ım videt e longinquo episcopus sanctum
ıter duos viros ambulantem per mare:
videt crucem e mari emergentem, et
ucis arcam, in qua erat Sancti corpus.
crucem sequebatur usque ad terram.
ellecta, accurrit populus, et rex ipse,
ni incredulitate, accedit, prostratus ve-
ɜt fidem amplectitur. Quare honorifice
ı portatur corpus sancti Matthæi. Ba-
noctu sanctus Matthæus apparuit, et
'ocari jussit, et presbyterum ordinavit,
ejus diaconum, utriusque uxores dia-
ınium quoque mutatis nominibus. Rex
ɜ in regno suo jussit esse Christianos,
ı constituto, et mortuo post triennium
tus est episcopus, uti et filius ejus post
enus Acta satis prolixa, sed multo ma-
ı, quæ patienter perlegi et in compen-
ıxi, omissis tamen visionibus et aliis
non paucis, ut quilibet videre possit,
ıue fidei esse tradita apud Nicephorum,
ɜt fortasse alibi. Civitas Myrmene, quæ
Actorum loco nominatur, æque ficti-
ıor, quam reliqua omnia; et regio An-
ɔrum, etiamsi non defuerint Anthropo-
ıumana vescentes carne, similiter ab
ɜtur conficta. Plato episcopus, ejusque
'hulbanus, et hujus filius non minus
lentur commentitiæ. Certe de Platone
nihil invenio, nedum de aliis, ut om-
ɜisimile, Platonem ex his quoque Actis
ı elogio S. Matthæi, quod reperitur in
asiliano, et plura in isto elogio ex his
npta esse, licet non omnia congruant.
ırsum sancti Matthæi Acta conscripsit
ıphrastes, quæ Græca ad manum non
anti facienda sunt, ut studiose modo
xistimem: nam ea Latine edidit Lipo-
. V, fol. 137 et 138, et Surius ad hunc
ıinus fabulosa sunt, sed brevia omnino
vix quidquam afferant de Sancto, quod
sit notum. Pauca autem illa, quæ de
ɜ Sancti dicuntur, non sunt fidei indu-
tantæ solum auctoritatis, quanta solet
uctoritas Metaphrastis. Surius eamdem
hrastis lucubrationem, sed alio modo
tam, quo factum est, ut Baronius di-
ɜerit lucubrationes, cum non sit nisi
ıue Græca, quam inter Vitas a Meta-
ɔtas memoravit Allatius de Simeonum
. 126, recitans initium Actorum Græ-
μὲν τὸν παρὰ τοῦ πλάσαντος ἡμᾶς δο-
ντες ἐντολὴν, quod ita expressum est
anum: « Jam quidem nos, quod ab eo,
ɜrat, datum fuerat præceptum, servan-
Surium vero: « Si præceptum illud,
qui formavit, injunctum nobis fuit,
issemus. Utraque expositio apta est,

A et in idem recidit, sicut et reliqua omnia, duobus exceptis locis, in quibus interpres alteruter aberravit, aut codicem habuit corruptum, ut latius dicam, ubi agetur de prædicatione sancti Matthæi, ad quam locus uterque spectat, aut in Adnotatis. Dabo hæc Acta, etiamsi non sint auctoritatis summæ, quia non habemus meliora de sancto Matthæo; sequarque editionem Surii, altera planiorem, melioremque, ut existimo, imo ab ipso etiam Lipomano datam, tom. VII, ubi fol. 256 docet, interpretis esse Sirleti. Ex his autem Actis prudens lector colligere poterit, Metaphrasten non esse fabularum inventorem, ut frequenter asserunt aliqui critici, maxime Bailletus. Si enim fingere voluisset, id facere potuisset non minus de sancto Matthæo B et aliis apostolis, de quorum gestis pauca solum commemoravit, quod non reperiret plura apud antiquiores. Non confinxit igitur Vitas fabulosas Metaphrastes, sed nonnullas adoptavit, et suo stylo exposuit.

15. Orationem encomiasticam de sancto Matthæo apostolo evangelista etiam scripsit Nicetas David, aut Paphlago, qui eodem fere cum Metaphraste vixit tempore, paulo tamen videtur antiquior. Hanc Nicetæ orationem Græco-Latinam edidit Combefisius in *Auctario novissimo*, pag. 401. Illam recudere nequaquam libet, quia nihil fere habet de gestis sancti Matthæi præter vocationem et Evangelium scriptum. De prædicatione vero pauciora narravit, quam Metaphrastes, cum tamen oratio multo sit prolixior ob vagas laudationes. C Afferam itaque ex ea in Commentario, quidquid utile videbitur ad propositum nostrum. Laudatus Allatius pag. 122, inter Vitas Sanctorum, quæ non sunt Metaphrastæ, recenset. « Acta sancti apostoli et evangelistæ Matthæi, quorum tale dat principium: Ματθαῖος ἀπόστολος καὶ εὐαγγελιστὴς ἦν μὲν ἐκ πόλεως Ἱερουσαλήμ. « Matthæus apostolus et evangelista erat ex civitate Hierosolymitana. » Auctoris est ignoti, et verisimiliter posterioris Niceta et Metaphraste. Prodit ille jam allegatis verbis, quam nihili sit faciendus, dum sanctum Matthæum facit Hierosolymitanum, cum vix ullum sit dubium, quin sit Galilæus, ut suo loco dicetur; ut certe nulla sit ratio quæ persuadere possit Hierosolymitanum fuisse. Non habeo ad manum D hæc Acta, facitque allegatum initium, ut ea studiose quærenda non censeam. Exstant et plures de sancto Matthæo sermones, sed qui ad gesta ipsius examinanda aut enarranda nihil conducunt. Tres id genus sermones habet S. Petrus Damianus tom. II Operum.

16. Scriptores posteriorum sæculorum Latini, qui gesta S. Matthæi enarrare voluerunt, omnia fere hauserunt ex Actis primo loco edendis, quæ certo antiqua magis sunt, quam probabilia. Illa fere integra dat Vincentius Bellovacensis, in *Speculo*, lib. IX. cap. 74 et seqq. Jacobus Januensis cap. 135 ex iisdem Actis omnia deprompsit præter

. Cum tamen posteriora minus saltem pareant, quod scriptor hisce propinquior subinde conferam cum aliis documentis, latis ab illustrissimo Columna Marsilio, nentario studiosus lector sit inventurus, olerabile in illis scriptis apparet Ughel- /II *Italiæ sacræ* in archiepiscopis Saler- riis locis de translatione et inventione thæi agit, et multum laudat Opusculum uod ex mss., de quibus agimus, concin- t. Quapropter studiose ex scriptoribus singula suis locis examinare conabimur.

tthæiv ocatio ex Evangelio cum observa- Patrum : aliquot controversiæ ad San- ctantes.

admodum de sancto Matthæo innotuerunt io, in quo sola Sancti vocatio cum secuto et deinde electio ad apostolatum enarra- tis tamen nonnullis, quæ generatim de postolis referuntur Matthæus ipse cap. Capharnai sanatione paralytici, ℣ 9 voca- m narrat his verbis : « Et cum transiret , vidit hominem sedentem in telonio, nomine, et ait illi : Sequere me ; et cutus est eum. » Marcus cap. II, ℣ 13 idem c modo : « Et egressus est rursus (Jesus) omnisque turba veniebat ad eum, et s. Et cum præteriret, vidit Levi Alphæi ad telonium, et ait illi : Sequere me, et cutus est eum. » Uterque subjungit illa, sunt, quando in domo Matthæi accum- s. At satis erit, si de illo convivio dede- a Lucæ, qui cap. V a ℣ 27 de vocatione onvivio ita loquitur : « Et post hæc exiit, blicanum nomine Levi, sedentem ad et ait illi : Sequere me. Et relictis om- gens secutus est eum. Et fecit ei con- agnum Levi in domo sua, et erat turba icanorum, et aliorum, qui cum illis erant ites. Et murmurabant Pharisæi et Scribæ entes ad discipulos ejus : Quare cum et peccatoribus manducatis et bibitis ? lens Jesus, dixit ad illos : Non egent, qui medico, sed qui male habent. Non veni tos, sed peccatores ad pœnitentiam. » evangelistæ de vocatione.

allegata autem evangelistarum verba possumus, sanctum Matthæum fuisse prope civitatem Capharnaum ad mare ive Tiberiadis, alias lacum Genesareth in dictum, ubi erant solvenda vectigalia. us clare ait ℣ I, Jesum venisse Caphar- que sanasse paralyticum, tum rursum ssum, et Matthæum sive Levi vocasse. vero dicit, Jesum venisse in civitatem nimirum tunc habitabat, ut idem Mat- . IV ℣ 13 testatur his verbis : « Cum lisset Jesus, quod Joannes traditus esset, Galilæam : et relicta civitate Nazareth, venit, et habitavit in Capharnaum maritima, in finibus Zabulon et Nephthalim, ut adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam : Terra Zabulon et terra Nephthalim, via maris trans Jordanem, Galilæa gentium, populus, qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam ; et sedentibus in regione umbræ mortis lux orta est eis. » Recte Chrysostomus, hom. 29, aut 30 in Matthæum, de verbis allegatis dicit : « Civitatem suam hic Capernaum appellat : nam, quæ tulit ipsum Bethleem fuit : quæ educavit. Nazareth ; quæ inhabitantem habuit, Capernaum. » Habitabat igitur Capharnai Jesus, ubi Matthæus procul dubio eum frequenter viderat, multaque audierat miracula, quæ partim Capharnai, partim in locis vicinis patrata fuerant a Jesu, antequam ipsum vocabat, ut rursum observat Chrysostomus, hom. 30, aut 31. Datæ autem observationes sanatioque paralytici paulo ante facta ostendunt, quam inepte Julianus et Porphyrius vocationem Matthæi Christianis objecerint tanquam incredibilem, ut recte advertit S. Hieronymus in caput IX Matthæi, ubi illis plura respondet.

22. Vel sic tamen nihil detrahendum est promptæ obedientiæ Matthæi, de qua laudatus Chrysostomus ita ratiocinatur : « Ut didicisti vocantis potestatem, sic disce vocati obedientiam. Neque enim repugnavit, neque dubitans dixit : Quid hoc est ? Num me hominem hujusmodi fraudulenter vocat ? Nam certe intempestiva fuisset hujusmodi humilitas. Sed statim obedivit : neque petiit ut domum ire liceret, ut rem cum suis communicaret, quemadmodum etiam piscatores fecerunt. Ut enim illi retia, naviculam, et patrem, ita et hic teloniariam mensam et lucrum reliquit, ut sequeretur, ad omnia paratum animum exhibens : et a rebus omnibus sæcularibus se statim abscindens, per obedientiam perfectam testificabatur, quam tempestive vocatus fuisset ». S. Basilius in Regulis fusius tractatis, interr. 8, magis etiam exaggerat promptam sequentis obedientiam, ita scribens : « Matthæus vero, cum ab ipso telonio surrexit, Dominumque secutus est, (nos docuit :) qui non tenui solum emolumenta reliquit, sed pericula etiam contempsit, quæ a magistratibus tum sibi tum consanguineis suis impendebant, quod vectigalium rationes reliquisset infectas. Antiquus anonymus ad præsidium, cujus Epistola inter Opera S. Hieronymi editionis Martianeæ habetur tom. V, col. 146, observat etiam alia, ita loquens : « Matthæus sedens ad teloneum audit : Sequere me. Numquid prius, [illegible] putavit, et reversus domum [illegible] lacrymas, prædiorumque auct[illegible] quam potuit Domini sequi [illegible] prius onere liberaret ? » Ita [illegible] cum S. Basilio videtur [illegible] reddendas sancto Matthæo [illegible] bus pecunia, nec tamen [illegible] sollicitum. Verum [illegible]

certa et parum probabilis apparet, ac aliis jam visa est, nisi eam solum interrigamus de prompta voluntate ad faciendum quidquid jubaret Dominus, cum satis nosset posset nihil mali jussurum. Quoi vero spectat ad rationes officii magistratibus reddendas, conjecere possumus, aut obligatum non fuisse Matthæum ad eas reddendas, quod fortasse pater ipsius Alphæus etiam tum viveret, aut, si Matthæus omnino caput familiæ suæ esset, et vectigalibus præfectus, Dominum eidem post primam obedientiam mandasse, ut vel rationes cito redderet, vel eam curam alteri demandaret. Certe convivium, quod in domo sua Christo multisque publicanis exstruxit Matthæus, abunde insinuat, ipsum facile in alios transfundere potuisse, quidquid obligationis ex officio contraxerat.

23. Porro laudati Chrysostomus et Hieronymus eum laude observant candorem et humilitatem S. Matthæi, quod ipse in Evangelio professus sit, publicanum se fuisse, usuque sit nomine suo magis vulgato, cum Marcus et Lucas Levi ipsum nominent, dum scribunt vocationem : Matthæum vero, dum eumdem apostolis annumerant. Si idem fecisset Matthæus ipse, et similiter in catalogo apostolorum publicanum se non nominasset, nullus deinde ex Evangelio nescire potuisset, publicanum fuisse Matthæum, aut eumdem cum Levi. Audiamus verba sancti Hieronymi : « Cæteri evangelistæ, inquit, propter verecundiam et honorem Matthæi, noluerunt eum nomine appellare vulgato, sed dixerunt, Levi ; duplici quippe vocabulo fuit. » Ipse autem Matthæus secundum illud, quod a Salomone præcipitur : « Jesus accusator est sui in principio sermonis. » Et in alio loco : « Dic tu peccata tua, ut justificeris ; Matthæum se et publicanum nominat, ut ostendat legentibus, nullum debere salutem desperare, si ad meliora conversus sit, cum ipse de publicano in apostolum sit repente mutatus. » Eadem fere observat Chrysostomus, qui adjungit etiam sequentia : « Cur porro dixit, ipsum sedisse in telonio ? Vocantis vim ostendens, quod cum nondum destitisset, et improbo telonio hæreret, ex mediis ipsum malis extraxerit. » Et mox de officio publicanorum ita mentem suam declarat : « Hæc autem lucrandi ratio impudentia plena erat ac petulantia, quæstus iniquus ac mercatura illiberalis. » Hinc S. Gregorius, hom. 24 in Evangelia advertit, Petrum quidem aliquando rediisse ad piscationem, sed Matthæum nunquam ad officium publicani periculo plenum. « Quia aliud est inquit, victum per piscationem quærere, aliud autem telonii lucris pecunias augere. Sunt enim pleraque negotia, quæ sine peccatis exhiberi aut vix aut nullatenus possunt. Quæ ergo ad peccatum implicant, ad hæc necesse est ut post conversionem animus non recurrat. Laudatus Gregorius, lib. XVIII Moralium in Job cap. 27 de magna sancti Matthæi mutatione ita loquitur : « Annon Matthæus in terra inventus est, qui, terrenis negotiis implicatus, telonii usibus serviebat ? Sed de terra [illegible] fortitudinem ferri convalut : [illegible] quasi acutissimo gladio. Evangelii [illegible] Dominus infidelium corda transfixit : [illegible] mus prius despectusque fuerat : per [illegible] fortis postmodum factus est ad omnia [illegible] menta.

24. Quod ab Hieronymo supra [illegible] gemino nomine apostoli, qui Matthæus [illegible] et Levi, ut omnes passim animadver[illegible] Evangelia clarissime insinuant, vide[illegible] Origenes, lib. I *Contra Celsum*, [illegible] habet : « Sit et Levi publicanus, cui Jesus [illegible] sit. At non fuit ille ex apostolorum [illegible] juxta quædam Evangelii secundum He[illegible] plaria. » Novissimus editor Operum Or[illegible] rolus Delarue, tom. I, pag. 376 in Alexan[illegible] alios, ita scribens : « Levin a Matthæo [illegible] etiam Heracleon hæreticus Valentinianus [illegible] Clementem Alexandrinum IV *Strom.* pag. [illegible] inter recentiores Hugo Grotius, [illegible] Calvinianos aliosque heterodoxos nonnul[illegible] de Origene, quod « Levi eum Matthæo [illegible] prorsus hominem esse videatur [illegible] tione explanationis in Epistolam ad Romanos. Verba ipsa Origenis ex antiqua [illegible] mum IV novæ necdum habemus : [illegible] vat Origenes, multis duo aut tria [illegible] interque eos nominat Matthæum, in [illegible] « Nam et Matthæus ipse refert de [illegible] transiret Jesus, invenit quemdam [illegible] telonium, nomine Matthæum. Lucas [illegible] dicit, quia cum transiret Jesus, [illegible] publicanum, nomine Levi, et dixit. [illegible] Certum est autem, evangelistas non [illegible] minibus apostolorum ; sed quia [illegible] vel ternis nominibus uti Hebræos, [illegible] que viri diversa singuli nominum [illegible] suere. » Hic non modo Matthæum et Levi [illegible] declarant Origenes ; sed etiam ostendit [illegible] esse, cum Lucas, uti et Marcus, idem [illegible] Levi narraverit, quod Matthæus de se. Quasi Origenes, contra Celsum scribens, [illegible] alium a Matthæo credideriit, postea frequ[illegible] usu sacræ Scripturæ errorem correxit. At Origenes allegata verba solum protulit [illegible] aut dictis Celsi, contra quem de re omn[illegible] disserebat. Quod spectat ad Heracleonem [illegible] tium, relinquemus illis opinionem suam [illegible] bilem, a variis jam refutatam, et perg[illegible] aliam controversiam magis ambiguam.

25. Recentiores Græci, sive illi, qui m[illegible] floruerunt, S. Matthæum existimant fra[illegible] S. Jacobi Alphæi apostoli, sibique favent nonnullos e Patribus ; sed aliqui resistu[illegible] neoterici. Henschenius noster ad I Maii e[illegible] sententiam Græcorum in S. Jacobo, si[illegible] Maii, pag. 19, ubi pro illa sententia lauda[illegible] gium Basilianum, Synaxarium pervetus

itanum, Menæa impressa et varios
ı. Græcorum, Nicetam Davidem Paphla-
:uli IX scriptorem, aliosque. Ostendit
ırysostomum et Theodoretum ejusdem
i sententiæ, quia prior inter apostolos
ıos publicanos Matthæum et Jacobum,
nulla sit ratio cur dicamus Jacobum
sse publicanum, nisi quod videatur
r Matthæi, alter vero utrosque dicit
ıs, quod similiter nulla ratione dicere
i credidisset fratrem Matthæi, qui habi-
.rnai : neque enim ullibi in Scripturis
natus fuerit Jacobus Alphæi, aut quale
:e apostolatum gesserit. Papebrochius
. VI Maii in Alphæo, quem utriusque
uit, pag. 354, eamdem amplexus est et
sententiam. Ratio Græcorum haud du-
d Jacobus æque ac Matthæus patrem
lphæum, nec ulla sit ratio dicendi,
ɜ Alphæum patrem Matthæi, alium pa-
ıi. Tillemontius in Matthæo agnoscit,
.um, Theodoretum, recentioresque Græ-
in eam conspirasse sententiam, ut
ım et Jacobum Alphæi fratres crede-
mbo dicuntur Alphæi utique filii. Asse-
ıconica brevitate, nullam ea in re esse
n. Tillemontii Laconismum adoptavit
nitio præfationis suæ in Matthæum,
ıe dicens, et locum Operis nostri vitiose
apud Tillemontium, eodem plane modo
ıt ne legisse quidem videatur argumenta
in Opere nostro.

ıdem brevitate dixero, ineptam esse
ıontii crisim, quam adoptavit Calmetus,
;re ferre poterit, quia, sicut opinio majo-
'um visa est ipsi carere veri specie, ita et
ım istud omni videtur ratione destitu-
ue ineptissimum. Nolim tamen solum
.ihil probare. Quare rationes latius vi-
ɜ supra dictis breviter explico. Admittit
s, sancto Matthæo cognomen Alphæi
niliter a patre. Jacobus autem in omni-
r apostolorum catalogis. id est, Matth.
. Luc. VI, et Act. I constanter nominatur
phæi, nec unquam in sacris Litteris
ı designatur. Velim modo scire unde
ıen tam constanter habeat Jacobus, nisi
.rte nulla ratio dabitur idonea præter
vero adverto, Alphæi nomen nullibi in
ris reperiri, nisi ubi agitur de Matthæo
, ut minime dicere possimus, nomen
is commune : et hac de causa tanto
ɜest, eumdem fuisse Alphæum, qui pater
ɜi et Jacobi, prout Græci omnes existi-
Chrysostomum et Theodoretum. Ratio
usque cognomine petita non debebat
mbecillis videri Tillemontio, qui eadem
nota 2 in sanctum Judam Jacobi, aut-
., ubi disserit contra Chrysostomum, dis-

A tinguentem inter sanctum Judam Thaddæum apostolum, et Judam fratrem Jacobi minoris. Si eo in loco visum est argumentum idoneum et summi momenti, ubi tamen non valebat, quia adhibebatur ad fratrem inquirendum, non debebat hic videri carens specie veri, cum adhibetur ad communem utriusque patrem investigandum : pater enim istis cognomentis in genitivo positis solet significari, ut Simon Joannis, id est filius Joannis, Jacobus Zebedæi, id est filius Zebedæi, non frater ; aut certe non produxit Tillemontius ullum exemplum fratris per tale cognomen indicati.

27. Itaque minime contemnendum videri debet argumentum : nec credo, tale visum esse Tillemontio. At habuit aliam rationem negandi, fratres
B fuisse Matthæum et Jacobum Alphæi, eamque, ut existimo, noluit indicare. Sustinuerat, contra auctoritatem plerorumque Patrum, et contra satis clara, ut videtur, sacræ Scripturæ argumenta, Jacobum Alphæi eumdem esse cum Jacobo fratre Domini. Quare cum certum sit, Matthæum non esse fratrem Jacobi fratris Domini, non poterat amplius dicere, fratrem esse Jacobi Alphæi ; ideoque maluit argumenta Henschenii contemptim abjicere, quam difficili responso iis satisfacere. Verum illam quæstionem tum hac de causa, tum ob S. Cleopham cum eadem connexum, examinavi in Dissertatione prævia, credoque me satis ostendisse sententiam Tillemontii nec cum sacris Litteris conciliari posse, et Patribus certo contrariam esse, ne nihil plane
C ex illa haberi possit contra germanitatem Matthæi et Jacobi. Quæro itaque rationem idoneam cur fratres esse nequeant Matthæus et Jacobus Alphæi, et nullam plane invenio. Etenim cum Matthæus convivium Christo exstruxerit, cui cum multis publicanis interesse dignatus est Dominus ; satis est verisimile, quosdam ex convivis fuisse conversos, et ad Christi discipulatum pertractos, et nominatim Jacobum Alphæi ea occasione secutum. Murmurantibus de illo convivio Pharisæis respondit Christus : « Non veni vocare justos, sed peccatores. » Cur igitur suspicari non possumus, in illo convivio aut illius occasione vocatum esse Jacobum Alphæi, qui in catalogo apostolorum Matth. X statim post Matthæum sequitur, quemadmodum etiam
D fit Act. I ? In duobus aliis catalogis Thomas iis interponitur solus. Itaque ubique in catalogis apostolorum Jacobus Alphæi sequitur non longe post Matthæum, ut verisimillimum fiat Jacobum non diu post Matthæum a Christo ad sequendum fuisse vocatum.

28. Dicet fortasse nonnemo, Matthæum et Jacobum Alphæi nullibi in Evangelio fratres vocari, prout fratres subinde vocantur Petrus et Andreas, Joannes et Jacobus. Verum id nequit objici a Tillemontio et Calmeto, nec ab ullis qui Jacobum Alphæi dicunt fratrem Judæ Thaddæi. Si enim credant, hos fratres esse potuisse, etiamsi in catalogis apostolorum nunquam fratres vocantur :

immerito idem negabunt de Matthæo et Jacobo Alphæi. Imo non deerit ratio, qua horum germanitatem omittere potuerint evangelistæ. Nam Matthæus ex proprio Evangelio notus erat, ut publicanus. Quare si evangelistæ Jacobum Alphæi dixissent Matthæi fratrem, insinuassent simul publicanum fuisse, aut certe publicani fratrem. Atqui, ut observarunt Chrysostomus et Hieronymus Marcus et Lucas, quando narrant Matthæi vocationem, ipsum Levi vocant, ne indicent, Matthæum fuisse publicanum. Cur igitur non potuerunt omnes de honore sancti Jacobi Alphæi æque fuisse solliciti, ideoque silere fratrem fuisse publicani? Sententia igitur Chrysostomi, Theodoreti et totius Græcorum Ecclesiæ, mihi admodum verisimilis apparet et probabilis, cum quia solido nititur argumento ex utriusque apostoli cognomine Alphæi deducto, tum quia nullas patitur difficultates. Calmetus quidem in Dictionario Biblico duos statuit Alphæos, alterum sancti Matthæi patrem, alterum patrem S. Jacobi Alphæi, eumque vult alio nomine Cleopham dictum. At respondeo, nullam esse necessitatem statuendi duos Alphæos, aut dicendi, Cleopham alio nomine Alphæum dictum, nisi illis, qui contra sanctos Patres Jacobum Alphæ, cum Jacobo fratre Domini confundunt, minimeque dubitare me, quin statim agnoscerent, fratres videri Matthæum et Jacobum Alphæi, nisi hunc fratrem Domini esse vellent.

29. Annum et mensem, quo contigit vocatio S. Matthæi, non inquiro, ne cogar quæstiones alias pertractare. De ordine solum, quo inter duodecim vocatus est, pauca libet dicere. Non fuit inter primos vocatus sanctus Matthæus : nam certo præcesserant Andreas, Petrus, Jacobus, Joannes, Philippus et Nathanael sive Bartholomæus, qui in omnibus quoque apostolorum catalogis numerantur ante Matthæum. De Thoma dubitari potest, fueritne ante, an post Matthæum, discipulis Christi annumeratus. Matthæus ipse Thomam sibi præponit, et Act. I, Thomas non solum Matthæo, sed etiam Bartholomæo præponitur. Apud Marcum vero et Lucam in Evangeliis Thomas Matthæum sequitur. Itaque, cum vocatio Thomæ non sit exposita in Evangeliis, et modo præponatur modo postponatur Matthæo, plane dubium est et incertum, uter ex illis vocatus sit prior. Reliqui vero quatuor, nimirum Jacobus Alphæi, Judas Thaddæus, Simon Chananæus, et Judas Iscariotes proditor, cum constanter in omnibus catalogis post Matthæum recenseantur, etiam verisimiliter post ipsum sunt vocati, ita ut Matthæus videatur septimus aut octavus fuisse inter duodecim apostolos : in duobus enim catalogis septimus ponitur, in aliis duobus octavus. Porro electio duodecim apostolorum a tribus evangelistis refertur non diu post vocationem Matthæi, prætermissa vocatione quatuor posteriorum, uti et Thomæ. Deinde nihil particulare de S. Matthæo narratur in Evangeliis aut in Actibus apostolorum. Varia tamen referuntur apostolis omnibus generatim, videlicet quod Christus ipsos donaverit potestate expellendi dæmones infirmosque sanandi, ac præclaris instructos donis, ad prædicandum per Judæam miserit; quod in ultima cœna cum Christo fuerint, exiverint ad villam Gethsemani, et deinde, eo capto, fugerint, quod Christum variis vicibus viderint post resurrectionem, et demum in cœlum ascendentem conspexerint, quod unanimiter in oratione persveraverint cum Maria Matre Dei et aliis quibusdam, ubi et Mathias Judæ substitutus, donec omnes Spiritum sanctum acceperint. Hæc certo de apostolis generatim narrantur, et de sancto Matthæo vera sunt. Sic videtur de omnibus apostolis narrari, carceri infectos fuisse a principe sacerdotum, per angelum vero eductos; iterumque capti et cæsos, atque ita dimissos. Post quæ subditur, v. 41 : « Et illi quidem (apostoli) ibant gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati. Omni autem die non cessabant in templo et circa domos docentes et evangelizantes Christum Jesum. » Mitto autem non æque certo de omnibus dicta.

§ III. *Evangelium scriptum : spectantia ad illum examinantur.*

30. De Evangelio per sanctum Matthæum conscripto, priusquam Judæa excederet, aliis quoque gentibus prædicaturus, Eusebius, lib. III, cap. 24 ita loquitur : « Matthæus cum Hebræis primum Christum prædicasset, inde ad alias quoque gentes profecturus, Evangelium suum patrio sermone conscribere, id, quod præsentiæ suæ adhuc superesset relictum, scripto illis, quos relinquebat, supplere, innuat allegatis verbis Eusebius, Matthæum scripsisse sermone Hebraico, qualis tunc erat vulgata apud Judæos, non quidem puro et vetusta, sed vocabulis corrupto ex Chaldaico et Syriaco, ut alii jam observarunt. Innuit præterea, primum omnium a evangelistis scripsisse Matthæum; mox enim addit, postea scripsisse Marcum et Lucam, ac denique Joannem. Deinde cap. 38 hæc allegat Papiæ, qui cum discipulis apostolorum vixerat de sancto Matthæo verba : « Matthæus quidem, inquit, Hebraica sermone divina conscripsit oracula : interpretatus est autem unusquisque illa, prout potuit. Verba sancti Irenæi laudatus Eusebius, lib. V, cap. 8 de Matthæo adducit hoc modo : Matthæus, inquit, apud Hebræos propria eorum lingua conscripsit Evangelium edidit, dum Petrus ac Paulus Christum prædicarent et Ecclesiæ fundamenta jacerent. » Data verba leguntur apud Irenæum lib. III *Contra hæreses*, cap. I, ubi similiter innuit primum inter evangelistas fuisse Matthæum : in alias non careant aliqua difficultate pro tempore Evangelii a Matthæo scripti, ut postea videbimus. Adducit Eusebius, lib. VI, cap 25 etiam verba Origenis, dicentis ex traditione, « primum scriptum Evangelium scriptum esse a Matthæo,... qui ab

) sermone conscriptum Judæis ad fidem
s publicavit. »

Hieronymus in Catalogo scriptorum ec-
corum de sancto Matthæo ita habet : « Mat-
qui et Levi, ex publicano apostolus, primus
a propter eos, qui ex Circumcisione (id
Judæis) crediderant, Evangelium Christi
is litteris verbisque composuit. Quod quis
n Græcum transtulerit, non satis certum
ro ipsum Hebraicum habetur usque hodie
riensi bibliotheca, quam Pamphilus martyr
ssime confecit. Mihi quoque a Nazaræis,
ercæa urbe Syriæ hoc volumine utuntur,
ndi facultas fuit. In quo animadvertendum,
bicunque evangelista, sive ex persona sua,
persona Domini Salvatoris, veteris Scri-
estimoniis abutitur, non sequatur Septua-
anslatorum auctoritatem, sed Hebraicam. E
lla sunt: « Ex Ægypto vocavi Filium meum. »
uoniam Nazaræus vocabitur. » Chrysosto-
m. 1, in Matthæum de iisdem hæc scribit :
tur porro, Matthæum, accedentibus ro-
sque Judæis, qui crediderant, ea quæ verbis
at, litteris descripta iisdem reliquisse, et
e Evangelium scripsisse. Idem, hom. 4,
, primum ex evangelistis scripsisse Mat-
Sanctus Augustinus, lib. 1 *De consensu*
istarum, cap. 2, cæteris consentit de scripto
a Matthæo Evangelio, et de sermone, quo
nscripsit, ait : « Horum sane quatuor solus
s Hebræo scripsisse perhibetur eloquio. »
liis, qui idem affirmant, solum addo verba
anii Hæres. 51, cap. 5, ita scribentis :
æus igitur primus Evangelii scribendi pro-
nactus est, ut diximus; idque ei jure
ontigit. Oportebat enim, eum ipsum, qui
iliandam humano generi salutem advene-
que ita dixerat : « Non veni vocare justos,
catores ad pœnitentiam : « ad eorum, qui
i erant exemplum, ei homini potissimum
ndæ salutis munus injungere, qui ab innu-
eccatis conversus, et a telonio suscitans fue-
se ab omni scelere et injustitia revocarat;
o, quanta sibi esset adventu Christi huma-
ollata, mortales discerent... Hic igitur Mat-
lebraica lingua scripsit ac prædicavit Evan-
» etc.

e scripto per Matthæum Evangelio, et qui-
itequam alii evangelistæ scriberent, con-
nt posterioribus saltem sæculis ita omnes,
esse non sit plura de iis dicere. Verum,
cunque etiam sit auctoritas et antiquitas
consentientium, scriptum fuisse sermone
o, fuerunt heterodoxi nonnulli, qui illam
ommunem Patrum sententiam oppugnare
bitarunt, et existimare maluerunt, Græce
criptum fuisse Evangelium a Matthæo. In-
est Samuel Basnagius, qui in *Annalibus*
-ecclesiasticis ad annum Domini 64, num. 13

A fatetur consensum antiquorum his verbis : « Magna antiquorum omnium conspiratio est, Hebraico sermone Evangelium Matthæi fuisse vulgatum. » Tum subdit : « Quæ eruditis bene multis etiamnum arridens traditio, non æquis sane auribus a nobis auditur. » Fatetur igitur Basnagius, ne æquis quidem auribus a se audiri, quod toti placuit antiquitati. Audiamus ac de re judicium alterius heterodoxi, videlicet Guilelmi Cave in *Historia litteraria*, sæc. 1, pag. 6, in S. Matthæo : « Et quidem Historiam suam evangelicam Hebraice scripsisse, inquit, miro sane consensu tradunt veteres, adeo ut totius pene antiquitatis testimonio refragari hæc in re nefas sit. » At ego non expendam, quantæ sit temeritatis a tota antiquitate sacra recedere, cum
B noverim heterodoxos id facere solitos in rebus multo gravioribus ; sed solum examinabo, an ejusmodi sint rationes Basnagii, ut natæ sint prudens ingerere dubium : alios vero, qui ante aut post Basnagium simili modo antiquam sanctorum Patrum sententiam rejecerunt, prorsus relinquam indictos, ne disputatio fiat prolixior quam sit necesse, et quia omnium opera ad manum non habeo.

33. Accipe igitur, lector, objectiones Basnagii : Fons, inquit, traditionis hujus Papias, pertenuis ingenii credulusque scriptor.... Tenet et fama Pantænum in India Evangelium Matthæi reperisse, quod Bartholomæus Hebraicis litteris conscriptum reliquerat, quod ad prædicta usque tempora ser-
C vatum esse memoratur. Pigmentis Eusebio incognitis traditionem istam Hieronymo armari placuit : Pantænus, inquit, Matthæi Evangelium, Hebraicis litteris scriptum, revertens Alexandriam secum retulit. Hæc Basnagius pro sua in sanctos Patres reverentia, ne dicam, stulta confidentia. Omnes Patres in errorem pertrectatos a Papia innuit, Papiamque pertenuis ingenii scriptorem dicit, ut insinuet, ipsum quoque facile ea in re errare potuisse. At Papias, qui cum discipulis apostolorum vixit, ab iisque petere solebat quid Andreas, quid Petrus, quid Philippus, quid Thomas, quid Jacobus, quid Joannes, quid Matthæus, quid cæteri Domini discipuli dicere solebant, ut ipse loquitur apud Eusebium lib. III, cap. 38, saltem satis habebat in-
D genii ad interrogandum, quo sermone Evangelium suum scripsisset Matthæus, et satis bonæ fidei et judicii ad illud enarrandum, sicut ab apostolorum discipulis non raro, et subinde etiam cum filiabus Philippi conversatus, cognoscere posset, quo sermone in scribendo usus fuisset. S. Matthæus, Hebraicone an Græco, quo Papias ipse utebatur, multo tenuioris judicii merito videbitur, quam ingenii fuerit Papias. Quapropter auctoritas Papiæ nequaquam contemnenda est in re tam facilis cognitionis, sed potius maximi facienda ob viri antiquitatem, præsertim cum eidem nullus contradixerit : neque enim deerant alii scriptores ecclesiastici, qui contradicere poterant, si falsum

dixisset. Vel sic tamen existimare non debemus, ex solo Papiæ testimonio profluxisse omnia quæ de Hebraico Matthæi Evangelio Patres tradiderunt, ut infra ostendam.

34. At prius elucidabo argumentum, quod ex invento per Pantænum Evangelio habetur. Floruit Pantænus insigni eruditionis fama, et scholæ Alexandrinæ præfuit ineunte sæculo III. Hunc ad Indos profectum ait Eusebius, lib. v, cap. 10, ibique invenisse relictum a S. Bartholomæo apostolo « Matthæi Evangelium, Hebraicis conscriptum litteris. » At non addit, istud a redeunte Pantæno Alexandriam portatum, sed solum dicit: « Quod quidem ad prædicta usque tempora servatum esse memoratur, » id est, usque ad tempora Pantæni. S. Hieronymus in Catalogo scriptorum, cap. 36, plusculum asseruit, quando scripsit de Pantæno, « Quod Hebraicis litteris scriptum, revertens Alexandriam, secum detulit. » Hæc Hieronymi pigmenta Eusebio incognita vocat modestissimus Basnagius. At ego non video cur pluscula de his cognoscere non potuerit Hieronymus, quam scripta erant ab Eusebio. Certe admodum verisimile est, non relictum in India a Pantæno Evangelium Hebraicum, sed Alexandriam delatum; idque vel ex Commentariis Pantæni ipsius, vel aliunde didicisse Hieronymum. Undecunque autem id sanctus doctor intellexerit, tantæ fuit integritatis, ut dicenti fidem habere oporteat, et non nisi per summam impudentiam dicere possimus, ab Hieronymo id fuisse confictum. Jam vero si Pantænus in India invenerit « Evangelium Matthæi, Hebraicis litteris scriptum, » in hoc Eusebius Hieronymusque consentiunt; fuerat igitur Hebraice a Matthæo scriptum, ut communi consensu Patres affirmant.

35. « Multis vero de causis, reponit Basnagius, veterum ea traditio fidem a nobis non impetrat. » Causas igitur examinemus. « Primum omnium, inquit, Patrum nullus est, qui certe certoque testetur, se manibus oculisve trivisse Matthæi Hebraicum illud Evangelium, quod tamen a Christianis Hebræis descriptum ad legendum, ubique locorum, qui Hebraice sciebant, dispersum fuisset. » Hoc primum Basnagii argumentum. Objicit secundo, sancto Hieronymo in emendando Evangeliorum textu Latino non præluxisse Hebraicum Matthæi exemplar, sed Græcum. Tertio late probat linguam Græcam fuisse magis vulgarem et longe pluribus gentibus usitatam, quam Hebraicam, indeque inferre nititur Matthæum debuisse potius Græce quam Hebraice scribere, cum apostoli essent jussi docere omnes gentes. Quarto observat usum videri Matthæum lingua tunc Judæis usitata, non veteri puraque lingua, si Hebraice scripsit. Suspicatur tamen Patres cogitasse de lingua pura Hebraica: « Ex quo intelligitur, inquit, in veterum ea de re testimonio non multum esse præsidii. » Quinto suspicatur Evangelio Nazaræorum decep-

A ptos fuisse Patres, idque ab illis sumptum pro thentico Matthæi. Sexto demum ait Matthæi tographum diligentissime fuisse custodiendum Ecclesia Hierosolymitana, si in gratiam Judæo Hebraice scripsisset Matthæus; non fuisse ar conservatum, nisi Evangelium Nazaræorum, que suspicatur fuisse non nisi antiquam versio ex textu Græco Matthæi factam. Hæ sunt ratio aut imaginationes Basnagii, qui non dubitat Pa frequenter erroris arguere, ut somniis suis pro bilitatem aliquam conciliet. Itaque videam tantum fuerit Basnagii acumen, ut ipse ni perspicere potuerit, quæ doctissimis Patribus, et tempore rebus disputatis longe propinquiori in mentem non venerunt; et ad argumenta ipsa

B quæ brevitatis causa summatim tantum propo discutienda aggrediamur.

36. Respondeo igitur primum Basnagii a mentum absolute falsum esse; nam S. Hieronym num. 31 laudatus, et mox uberius laudan testatur Hebraicum S. Matthæi Evangelium a disse interpretatum esse, idemque affirmat, illud fuisse Origeni, et visum a Pantæno. Ac studiose lector, alium ex S. Hieronymo ioc ex Epistola ad Damasum de duobus filiis ia olim erat 149, in editione Veronensi est 211; ut nique Matthæus, inquit, qui Evangelium Hebr sermone conscripsit, ita posuit: Hosanna barana id est, Hosanna in excelsis. » Quomodo verba H braica Matthæi recitat, si Evangelium ipsum H braicum non viderit? Ad secundum respond

C sanctum Hieronymum non correxisse textum La tinum ex Hebraico, sed ex Græco, quia minus erat certus de integritate et puritate textus Hebraici, quam Græci. Ad tertium dico antiquam revera magis fuisse Matthæi tempore linguam Græcam quam Hebraicam, in mundo: sed linguam He braicam fuisse Judæorum. Quapropter, cum Chr stus Dominus voluerit ut apostoli primum pr dicarent fidem Judæis, deinde gentibus, ut revo fecerunt: sic erat congruum ut primum Evang lium in gratiam Judæorum scriberetur, et con quenter eo sermone quem omnes intelligebat certe in Judæa. Quod quarto irreverenter dicit Patres, certo falsum est de Hieronymo, Epiph

D nio, Origene, Pantæno, Papia, Eusebio, qui ne ignorabant, aut ignorare poterant, qua lingua u rentur Judæi, quando Evangelium scripsit sanct Matthæus. Imo nullus, opinor, Patrum existim vit, alia lingua Hebraica usum esse Matthæu quam usitata suo tempore. Quod vero dem quinto et sexto objicit Basnagius de Evangel Nazaræorum, paulo prolixius explicandum e quia ad propositum nostrum spectat, et expositione ad alias quoque dubitationes resp debo.

37. De Evangelio Nazaræorum, quod i vocat juxta Hebræos, non raro loquitur sanc Hieronymus, et varia ex illo adducit locis va

num reddidit, et post examen tam exactum, judicavit cum S. Epiphanio, ipsum esse Matthæi Hebraicum, sed aliquot locis corruptum, ideoque debita auctoritate carens ; Basnagius vero, qui nunquam illud vidit, contendit Evangelium illud meram fuisse versionem ex Græco Matthæi textu ; id, inquam, contendit contra omnium Patrum auctoritatem, et sine ullo vetusti scriptoris testimonio. Ego sane non capio quo illud judicio cogitare potuerit, qua fronte ausus fuerit edicere ; quandoquidem tantum non aperte pronuntiat, rectius judicare se potuisse de Evangelio nunquam viso : quam doctissimum Hieronymum de eodem frequenter perlecto collatoque cum Græcis et Latinis exemplaribus.

41. Ne tamen nihil videretur ex antiquis allegasse Basnagius, locum adducit ex Epiphanio Hæres. 30, cap. 3, ut probet Novum Testamentum ex Græco fuisse Hebraice redditum. Afferam ego locum integrum quem ille medium, recitavit, ut videat lector hunc ipsum esse Basnagio maxime contrarium. « Etenim, inquit Ephiphanius, vere illud affirmare possumus, unum ex omnibus Novi Testamenti scriptoribus Matthæum Hebraice ac litteris Hebraicis evangelicam historiam texuisse. Nec defuere qui de Joannis Evangelio confirmarent, illud Hebraice translatum Tiberiade in Judæorum gazophylaciis asservari et in secretioribus quibusdam penetralibus recondi : id quod nonnulli mihi, qui se ad Christi fidem e Judaismo transtulerant, accuratissime declararunt. Imo et apostolorum Actus in Hebraicum sermonem perinde conversos e Græco iisdem in thesauris haberi multorum sermone percrebruit : et qui nobis ista narrabant, indidem Christianæ amplectendæ fidei occasionem acceperunt. » Hæc Epiphanius. Ex eo autem loco discere debebat Basnagius, Patres distinxisse inter libros primum Hebraice scriptos, et illos, qui ex Græcis redditi sunt Hebraici ; et longe accuratiores esse in factis enarrandis, quam ut ipsorum auctoritatem temere abjicere oporteat. Nam ex allegato loco inferre etiam Matthæi Evangelium ex Græco Hebraicum esse redditum, id amentis potius est, quam ratiocinantis. Quale etiam est, quod addit, ex antiquissima versione Hebraica ortam esse traditionem de scripto Hebraice Evangelio. Nisi enim Patres omnes intolerabili fastu velimus contemnere, ne suspicari quidem poterimus, adeo omnes fuisse deceptos, ut neque antiquissimi et apostolorum temporibus proximi scire potuerint qua lingua in scribendo usus fuerit Matthæus, nec doctissimi illorum, linguæque Hebraicæ peritissimi, (quales fuerunt certo Hieronymus et Origines, imo et Epiphanius) deprehendere voluerint, ex Græco Matthæi usum est Evangelium Hebraicum, quod habebant Nazaræi. Verum plus quam satis de ineptiis Basnagii.

42. De anno, quo sanctus Matthæus Evangelium conscripsit, nihil certi affertur. Illud tamen cer- A tum est, primum ex omnibus evangelistis scripsi et Evangelium composuisse, priusquam ex Ju discederet ad prædicandum aliis gentibus. S. næus lib. III *Contra Hæreses*, cap. 1, vid scriptionem Evangeliorum serius figere, qu reliqui Patres, nisi verba ipsius alio sensu ho exponi valeant. Latina interpretatio in edit novissima sic habet : « Ita Matthæus in Hebr ipsorum lingua scripturam edidit Evangeli, Petrus et Paulus Romæ evangelizarent, et fund rent Ecclesiam. » Omnibus certe Patribus ant rius erit Irenæus, si ita sit explicandus ut tempore scripserit Matthæus, quo Romæ Evan lium prædicabant Petrus et Paulus. At sup noluisse Irenæum id indicare, sed solum insinu B quinam essent auctores Evangeliorum, qui vero traditionis Romanæ Ecclesiæ, eaque de sic locutum esse. Certe hæreticos in illo libr futat ex traditione primum Romanæ Eccles cujus auctores Petrum statuit et Paulum ; e Scripturis Novi Testamenti, ex quibus prim dicit Evangelium Matthæi. Et sane textus Gre non est necessario exponendus eo sensu, ut Evan gelium eodem plane tempore scriptum dicatur, Petrus et Paulus Romæ prædicarunt. Verba ex litterali explicatione subjungo : Ὁ μὲν δὴ Ματθ ἐν τοῖς Ἑβραίοις τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ αὐτῶν καὶ φὴν ἐξήνεγκεν Εὐαγγελίου, τοῦ Πετρ καὶ Παύλου ἐν Ῥώμῃ εὐαγγελιζομένων καὶ θεμελιο τὴν Ἐκκλησίαν. « Matthæus quidem in Hebrai C propria ipsorum lingua et scripturam prof Evangelii, Petro et Paulo Romæ evangelizantibus et Ecclesiam fundantibus. » Hæc verba hoc sic possunt intelligi, ut sanctus Irenæus sentiat utrumque eodem tempore factum. Hæc magis difficulter exponi posse verba Irenæi non sequentia de reliquis evangelistis, nam videtur dicere illos omnes scripsisse post mortem SS. Petri et Pauli, nisi textus sit corruptus, ut suspicatur Tillemonitus, tom. II, nota 3 in sanctum Marcum. Quidquid sit, si ea sit sancti Irenæi sententia, qualis apparet, malim credere, ipsum minus studuisse ad exactam illorum omnium chronologiam, quod illa ad propositum ipsius parum conducat, quam ad res ipsas quas sibi habebat propositas, sic reverenter ab ipso recedere, quam a reliquis D omnibus.

43. Baronius in Annalibus scriptum Matthæi Evangelium refert ad annum Christi 41 ; sed, cum illum numeret Caii imperatoris tertium, designatur ex chronotaxi Pagii, et aliorum annus ante Christianæ tricesimus nonus. Laudat Baronius pro designato anno Caii tertio Chronicon Eusebii, in quo illud legitur, prout editum Latine erat ab Baronium. At, quemadmodum observavit Tillemontius, non leguntur ea in editione Græca, nec in Latina Scaligeri, neque etiam in Chronico Latino ms. Eusebii, quod servatur in Museo nostro. Quare saltem dubitari potest an id nunquam

Evangelio scripserit Eusebius, vel etiam Hieronymus; et consequenter multo etiam est, an illo anno fuerit conscriptum. ius, tom. I in Indice chronologico tam ıem apostolorum quam Evangelium Mat- : circa annum 36. Alii malunt fateri, sse incertum, prout annus divisionis um nequit certis assignari argumentis. s ad 15 Julii de divisione apostolorum t, ibique ea fixa anno æræ vulgaris qua- secundum chronotaxim Henschenii a Christi Domini obitus figitur sub con- ıorum Geminorum, sive anno 29 æræ ta ut duodecimo post Christi Ascensionem ıtur apostolorum divisio. Videri poterunt divisione apostolorum, et Diatriba Hen- ıte tomum I Aprilis; neque enim hic locus repetam alibi disputata. Dixisse sufficiat, m tempus a Matthæo scriptum fuisse m, aut paulo ante, priusquam separati stoli.

o incertum æque est, quis primus fuerit Græcus Evangelii secundum Matthæum. i sancto Athanasio vulgo attributa, tom. II ıancti Athanasii editionis Montfauconi, hæc leguntur: « Evangelium secundum ı ab ipso Matthæo Hebraico dialecto con- est, et editum Hierosolymis, interpreta- ıst a Jacobo fratre Domini secundum ıui et primus Hierosolymorum episcopus ıs est a sanctis apostolis. Non placet hæc Tillemontio nota 2 in Matthæum. Primo ılum legi in additione Synopsi adjecta. At ıegat rationem, cur existimet, illa non esse ynopseos partem: nec ego ullam invenio tfauconum. Secundo ait, vocem Græcam posse exponi æque de nuda explica- m de translatione in aliam linguam. Vere le voce Græca libens agnosco; sed cum omnia et paulo post sequentia ostendant, nslatione in linguam Græcam, non est ata illa objectio, aut justa suspicio, vocem elligendam: nam eadem vox frequenter e translatione in aliam linguam, de eaque agitur. Tertio ait Tillemontius: « San- bus, cui cura de Judæis Hierosolymitanis nissa, is erat inter omnes apostolos, cui ıt opportunitas et necessitas transferendi ım sancti Matthæi in aliam linguam. » ın video, quis apostolorum id officium portune et commode obire potuerit. Nam manebat Hierosolymis; apostoli omnes proficiscebantur provincias, nec scire po- uandiu in singulis civitatibus aut etiam s manerent. Habitanti autem in una con- vitate commodius est librum scribere aut ıri, quam de civitate in civitatem trans- ıerpetuo peregrinanti. Itaque illa senten- ı non minus verisimilis est, quam alio-

A rum, qui aut sancto Joanni apostolo, aut sancto Paulo, aut sancto Barnabæ, aut sancto Lucæ, aut ipsi Matthæo versionem Græcam attribuerunt, teste Calmeto in præfatione ad Matthæum, pag. 26. Nam auctor Synopsis, etsi forte non sit Athanasius, saltem eruditus admodum fuit, et antiquior videtur aliarum sententiarum patronis. Verum, quisquis fuerit interpres, certum videtur, interpretationem Græcam apostolorum tempore esse factam.

45. Theodorus lector, lib. II, pag. 557 editionis Valesii in Zenone hæc scribit: « Barnabæ apostoli reliquiæ in Cypro sub arbore siliqua repertæ sunt. Super cujus pectore erat Evangelium Matthæi, ipsius Barnabæ manu descriptum... Id Evangelium B Zeno deposuit in palatio, in æde S. Stephani. » Plura de his scribit Alexander monachus Cyprius in Actis sancti Barnabæ, apud nos editis ad 11 Junii. Nam pag. 450, sanctus Barnabas dicitur apparuisse Anthemio Salaminæ episcopo, eique indicasse ubi depositum esset corpus suum cum Evangelio sancti Matthæi. Verba nonnulla, quæ sanctus Barnabas Anthemio dixisse scribitur, huc transfero: « Sub arbore siliqua effodias: speluncam enim atque arcam invenies, quoniam illic totum corpus meum conditum est, et Evangelium manu propria scriptum, quod a sancto apostolo et evangelista Matthæo excepi. » Et mox corporis inventio refertur, et de Evangelio additur: « Invenerunt etiam Evangelium supra Barnabæ pectus impo- C situm. » Deinde vero, cum Anthemius rem gestam exposuisset Zenoni imperatori, et obtinuisset, ut Cyprus non subesset patriarchæ Antiocheno, petiit vicissim Zeno, ut ad se mitteretur inventum Matthæi Evangelium. « Assensus est ejus petitioni episcopus, ait Alexander, num. 44, et quemdam ex iis, quos secum habebat (Constantinopoli), una cum fidelissimo imperatoris ministro episcopum misit, qui Evangelium illud in urbem Constantinopolim attulerunt. Erant autem libri tabellæ thyinis lignis compositæ. Evangelium illud imperator in manum sumpsit, et deosculatus est, auroque multo exornatum in palatio suo reposuit, ubi ad hodiernum usque diem servatur, et in magna quinta Paschæ feria quotannis in palatii oratorio D Evangelium ex eo libro recitatur. » Hæc lectio demonstrat, Græce scriptum fuisse istud exemplar, cum sola lingua Græca Constantinopoli esset vulgaris; indeque confirmatur, versionem Gæcam apostolorum tempore factam esse.

46. Papebrochius noster in Adnotatis ad verba jam data apparentis Barnabæ observat sequentia: « Nativus verborum sensus videtur esse, quod Barnabas Evangelium, primitus Hebraice editum, propria manu exceperit ex ore ipsiusmet sancti Matthæi, illud Græce dictantis, et secum tulerit, sicut etiam fecisse dicitur sanctus Bartholomæus (de Hebraico nimirum), plures forsitan alii, uno eodemque tenore et tempore, citra ullam differen-

ıcti Matthæi exstare habet ex tradi- A Candaces reginæ fuisse Ægypto proximum et con-
pum (et litteris missionariorum terminum, cum Candace aliquando sine transitu
n laudet) Cornelius a Lapide cap. 3 alterius ditionis in Ægyptum ex regno suo exercitum duxerit, et rursum Romani similiter ditionem
.thæum. Regnum illud Æthiopiæ, ipsius invaserint ex Ægypto. Qua igitur ratione
:, alii Sennar nominant, situm est negare potuit fidem in Æthiopia septemtrionali
et regnum hodiernum Habessiniæ. prædicatam fuisse ante sæculum IV ?
ı, in *Historia Æthiopica*, lib. I, 52. Audiamus modo, qua ratione Tillemontius
num Sennar esse partem veteris probet in Frumentio, tom. VII, nota 2, fidem non
re in Dictionario geographico Sen- fuisse prædicatam in Æthiopia septemtrionali ante
n regno Nubiæ idem facit. Verum sæculum IV. Sanctus Frumentius sæculo IV, testibus
ad propositum nostrum latius id Rufino lib. X, cap. 9, Socrate aliisque, fidem annun-
est indicasse regnum Sennar esse tiavit gentibus, quos illi vocant Indos ulteriores, et
ntrionali Æthiopiæ et proxima quibus fidem ante nunquam prædicatam fuisse
em quoque Æthiopiæ parte aposto- testantur. Ex litteris vero Constantii imperatoris
ıs regnasse Candacen reginam, cu- B apud sanctum Athanasium in Apologia ad Constan-
sancto Philippo diacono baptizatus tium, tom. I, pag. 315, ostenditur Frumentium
igitur ex dictis § 1 ; at rursum non fuisse episcopum Auxumitanum sive Axumitanum
latius aut minus late regnaret. in Æthiopia. Per Indos igitur intelligendi sunt
ı illorum, qui existimant in illa Æthiopes, et consequitur, ut his fidem nunquam
prædicasse sanctum Matthæum, ante sæculum IV prædicatam fuisse dicamus. Re-
probabilis apparet et verisimilis : spondeo totum hoc ratiocinium tolerabile futurum,
ma erat Romano imperio ex parte si Axuma esset in Æthiopia septemtrionali. Verum
ia eunuchus reginæ Candaces erat Axuma est in Habessinia, cujus olim fuit metro-
illius conversione certo constabat polis, nec est in parte septemtrionali Æthiopæ, de
uia ecclesiæ sancti Matthæi, ibidem qua disputamus. Totum regnum Sennar, ut hodie
ınt populi antiquam traditionem, ac vocatur, sive Nubiense regnum, aut regnum Me-
riptores testantur Æthiopiam fuisse roes, ubi olim regina Candace late imperabat, inter
atam ; nec ulla regio magis proprie Ægyptum et Auxumense vel Axumense regnum
ocata, quam illa, cui nomen Æthio- est intermedium, sicut modo regnum Sennar Ha-
mnes geographi antiqui. bessiniam inter et Ægyptum jacet. Quapropter tale
ıen ea opinio displicuit Tillemon- C est omnino argumentum Tillemontii, ac si quis pro-
ıta 2 in Matthæum, allegata opinione basset fidem non fuisse prædicatam in Frisia ante
le, quam Florentinius retulit potius, sæculum VII, indeque inferre vellet eamdem non
st, rotunde edicit non prædicasse fuisse ante dictum sæculum in Gallia prædicatam.
ıum in Æthiopia septemtrionali. Princeps Auxumæ, apud quem tempore Constantii
r secutus est Tillemontium. Unica et Athanasii fidem prædicavit sanctus Frumentius,
eaque ex errore nata, hæc est, poterat quidem pacem cum Romanis aut inimicitias
eptemtrionalis, et Ægypto proxima, exercere, quia dominabatur ad sinum Arabicum ;
dem Christianam, nisi sæculo IV per sed alias longe aberat a finibus imperii Romani ;
. Promittit autem uterque id se sed hæc latius examinanda venient in sancto Fru-
Vita sancti Frumenti. Verum non mentio ad 27 Octobris, ubi simul inquiretur, an
ıevitate respondere, ex sola igno- recte India vocata fuerit regio per sanctum Fru-
profectam esse utriusque objectio- mentium conversa.
num Habessiniæ confuderint cum 53. Quod argumentum Tillemontii utcumque
mtrionali ; historiam vero sancti D evincit, et latius probat Jobus Ludolfus in Historia
non obstare sancti Matthæi prædi- Æthiopica sive regni Habessinorum, lib. III, cap. 2,
ıpia septemtrionali, ut potius hæc fidem Apostolorum tempore prædicatam non fuisse
similior fiat ex illa historia. Prius- in regno Auxumitarum sive Habessinorum, magis
gumentum ipsius discutiam, lubet verisimilem facit prædicationem S. Matthæi in Æthio-
re quam belle secum ipse cohæreat. pia Ægypto contermina. Hinc laudatus Ludolfus in
ım. II in S. Philippo diacono, expo- Annotatis ad lib. III, cap. 2, pag. 280 ex Historia
ıi reginæ Candaces, quem Philippus Æthiopica Balthasaris Tellezii, quam frequentis-
Christianam docuit et baptizavit. sime laudat, hæc adducit et sequitur verba : « Quod
bi sanctum Irenæum, lib. III, cap. 12, nonnulli dicunt sanctum Matthæum Evangelium
um Hierosolymitanum Cat. 17, Hie- prædicasse in Æthiopia, res inter Habessinos nova
ıbium aliosque, docentes, eunuchum est, et fundamento caret. Cum religiosi nostri illis
ıiam fuisse missum ad prædicandum ex historiis nostris id narrarent, responderunt (et
isque assentitur, aut certe non con- quidem recte, ait Ludolfus) hoc intelligendum esse
ıntius. Atqui certum est, regnum

de Æthiopia inferiori (scilicet et proprie dicta, addit Ludolfus) quæ extenditur a Suaquena usque in Ægyptum. Quandoquidem nullam unquam notitiam habent, quod sanctus Matthæus aut apostolus alius Habessiniam intraverit (ante sanctum Frumentium, ut rursum addit Ludolfus) uti certo docent libri illorum atque viri illorum docti, qui maxime gnari sibi videntur esse antiquitatis. » Subdit Ludolfus : « Proxime igitur ad veritatem accedere videntur ii, qui Nubiæ conversionem Matthæo apostolo assignaverunt, quæ indubie Æthiopiæ antiquæ et proprie dictæ pars est. » Ex hisce igitur liquet, Æthiopiam Ægypto proximam, quæ nomine maxime proprio Æthiopia fuit dicta tempore sancti Matthæi, et ubi incolæ nigro sunt colore magis quam in Habessinia, nullo argumento exclusam fuisse a prædicatione sancti Matthæi.

54. Porro Æthiopiam fuisse conversam diu ante concilium Nicænum, videtur probari ex canonibus Arabicis concilii Nicæni, quos habemus apud Labbeum tom. II Conciliorum; nam in his cap. 36, col. 302, ita legitur : « Ut non possint Æthiopes creare nec eligere patriarcham ; quin potius eorum prælatus sub potestate ejus sit, qui tenet sedem Alexandriæ. Sit tamen apud eos loco patriarchæ, et appelletur catholicus. Non tamen jus habeat constituendi archiepiscopos, ut habet patriarcha : siquidem non habet patriarchæ honorem nec potestatem. Quod si acciderit ut concilium in Græcia habeatur, fueritque præsens hic prælatus Æthiopum, habeat septimum locum post prælatum Seleuciæ. Et quando facta fuerit ei potestas constituendi archiepiscopos in provincia sua, non licebit illi constituere aliquem ex illis : et quicumque non paruerit, synodus eum excommunicat. » Nolim tamen contendere, hunc canonem fuisse factum a concilio Nicæno ; cum non ignorem, canones Arabicos ab eruditis passim rejici. Id unum observo, canonem, si quid valet, unice valere pro Nubia, sive pro Æthiopia inter Habessiniam et Ægyptum media. Attulerat eumdem Ludolfus in Historia sua ad conversionem Habessiniæ probandam ; sed postea in Adnotatis pag. 282 vidit et indicavit anachronismum, cum Habessinia fuerit conversa post concilium Nicænum, ut ipse agnoscit Lequienus, tom. II Orientis Christiani, pag. 641 eumdem producit canonem pro conversione Habessinorum, et vel sic eorum conversionem attribuit Frumentio post concilium Nicænum ordinato. Verum nequit pro aliorum Æthiopum fide canon ille adduci, si Nicænus credatur, quam pro Æthiopibus Ægypto proximis, et eo nomine maxime notis apud antiquos. Hos autem olim fuisse Christianos constat, nec satis innotuit, a quo fuerint conversi. Eunuchum reginæ Candaces, quæ certo in illa parte Æthiopiæ regnavit, Patres multi ibidem faciunt apostolum : at certe eunuchus ille solus, cum laicus esset, ecclesias ibi instituere non potuit. Rufinus et Socrates, quibus consentiunt S. Gregorius Fortunatus, Eucherius, Ado, Usuardus et Ra[illegible] Matthæum in Æthiopia prædicasse tradunt, probabilissimum puto, si non etiam historicum dicere oporteat.

55. Verumtamen nominantur et aliæ pro[illegible] in quibus prædicaverit, aut mortem obierit [illegible] Matthæus. S. Ambrosius *in Psalmum* XLV, [illegible] ait, Matthæo Persiam patuisse, et Thoma [illegible] insinuans fidem a sancto Matthæo in Per[illegible] dicatam. Sanctus Paulinus Nolanus in P[illegible] ait : « Parthia Matthæum complectitur. » [illegible] tiunt Martyrologia Hieronymiana inferius [illegible] in quibus mors sancti in Perside figitur. [illegible] tur dicere in Parthia sanctum esse mor[illegible] censendi sunt Parthiam non distinxisse a [illegible] imperio, quod Parthi tempore Matthæi [illegible] rentur. Indiculus Hippolyti apud Combef[illegible] III, col. 831, ita habet : « Matthæus, cum E[illegible] Hebraice scripsisset, Hierosolymis edidit, [illegible] vitque Hiereæ Parthorum civitate. » Verum [illegible] potest esse auctoritas illius Indiculi, aperti[illegible] erroribus fœdati, cujus auctor est incertus; Combefisius in Annotatis : « Etiam Doroth[illegible] ropoli Parthiæ obiisse tradit. » At pseudo-D[illegible] nihilo melior est Hippolyto. Freculphus, in [illegible] nico, lib. II, cap. 4, post elogium Matthæi [illegible] Hieronymo datum hæc addit : « Is primum ab [illegible] dæa evangelizavit, postmodum in Macedonia p[illegible] dicavit ; requiescit in montibus Parthorum. » Qui de Macedonia dicitur, mihi non satis fit [illegible] quia notius id fuisset Græcis, si factum esset. [illegible] dem de causa dubito, an satis probabile sit Ma[illegible] thæi prædicatio Hierapoli in Syria, quam [illegible] Nicetas Paphlago, in eadem etiam [illegible] scribens.

56. Metaphrastes Parthos [illegible] attribuit, sed Æthiopiam ultimam [illegible] tionis Matthæi et martyrii palæstram. Apud [illegible] manum in *Bibliotheca Orientali*, tom. III, part. 1, pag. 5, Amrus, scriptor sæculi XIV, de Matthæo : « Ferunt Matthæum evangelistam Indiam p[illegible] ibique prædicasse. » Verum nec Amrus [illegible] ritas tanta est, ut persuadere nobis possit [illegible] Indiam venisse sanctum Matthæum. Assemanus, pag. 3, observat a Syris et Chaldæis [illegible] rari Matthæum inter apostolos qui prædicaverit Syria et Chaldæa ; non tamen annumerari [illegible] illarum provinciarum apostolis. Quod [illegible] cum Menæis Matthæum Mirmenæ apud Ant[illegible] phagos ait prædicasse et occubuisse, vix [illegible] retur, cum oriatur ex historia fabulosa et [illegible] dicula. Videt studiosus lector, quantum [illegible] omnia illa de Matthæi prædicatione magis [illegible] esse, quam ut aliquid tuto affirmari possit ; [illegible] tamen consentire in Persidem aut Parthiam, [illegible] provinciæ, licet distinctæ sint, facile con[illegible] tuerunt, cum quod invicem vicinæ sint, tum [illegible] tempore sancti Matthæi imperium esset apud [illegible] thos, quod postea Persæ receperunt.

) mortis aut martyrii non minus varia
ontraria reperiuntur. In Martyrologiis
iis quatuor diebus memoria S. Matthæi
; sed duobus locus omittitur, aliis vero
agitur. Ad hunc diem textus Florentinii
In Persida civitate Tarseum natalis
æi apostoli et evangelistæ. » In Cor-
. Persida civitate Tarrium. » In Epter-
s antiquiore solum legitur, « In Per-
ia civitate; uti etiam fit in Rhinoviensi
chenoviense vero consonat Corbeiensi,
itate Tarrium, quemadmodum et Cor-
ius. Reliqua Hieronymiana aut solum
icant, aut locum prorsus omittunt. Sic
In Persida annuntiatur sanctus Mat-
designato propius martyrii loco. Flo-
Annotatis ad hunc diem dat conjectu-
em : « Tarsiana urbs Carmaniæ seu
mæo est, et Tarsium Carmaniæ seu
ontorium, de quo Arrianus in Indicis. »
Persidi proprie dictæ contermina ad
um versus Indiam, eratque provincia
ci, habens ad latus septemtrionale Par-
facile sic explicari possent Martyro-
ortem Sancti ponunt in Perside aut in
rthorum, quorum tunc erat Persicum
osset similis fieri conjectura de Tariana
civitate, quam in Susiana, altera Per-
rovincia, recenset Cellarius in Geogra-
. pag. 488. Neutri conjecturæ obstabunt
runt Matthæum occubuisse in monti-
m, ut Freculphus superius, et Petrus
lib. VIII, cap. 100. Anonymus apud
, qui Matthæum scribit obiisse in
Parthiæ, teste Florentinio, pag. 159,
Hippolytus, et Dorotheus Hieropoli
minant locum plane ignotum in Par-
erio. Nec magnopere audiendos puto
ierapoli in Syria prope Euphratem
unt Matthæum, ut Nicetas Paphlago,
ologii Basiliani. Etenim non videntur
eronymus, Chrysostomus, Theodore-
atres, qui in Syria aut Palæstina flo-
ies ignoraturi aut tacituri fuisse locum
ancti Matthæi, si Hierapoli in Syria

edenda habent sanctum Matthæum
onatum esse in Æthiopia, in civitate
bidem *Natdaber*, alias *Naddaber* scri-
ntia autem hæc de prædicatione et
. Matthæi in Æthiopia plures videtur
nos et meliores, quam ulla alia. Nam
um et Socratem, sanctus Eucherius
, scriptor sæculi V, in opere *De quæ-
ni Testamenti*, tom. VI *Bibliothecæ Pa-*
ngdun. pag. 852, ita loquitur : « Bar-
Indos, Thomas tetendit in Parthos :
hiopes, Andreas Scythas prædicatione
tc. S. Gregorius in librum primum

A Regum, lib. IV, cap. 4, num. 13, sanctum Matthæum vocat Æthiopiæ prædicatorem. S. Venantius Fortunatus Gregorio contemporaneus, lib. V, cap. 2, ita canit :

Matthæus Æthiopes attemperat ore vapores,
Vivaque in exusto flumina fudit agro.

Idem rursum, lib. 8, carm. 4 :

Inde triumphantem fert India Bartholomæum,
Matthæum eximium Naddaver alta virum.

In sequenti carmine de Naddaver rursum meminit Fortunatus, insinuans Matthæum ibi mortuum et sepultum, quemadmodum Andreas Patris, Joannes Ephesi fuerunt defuncti et sepulti. Versiculus hic est :

Quos Patra, quos Ephesus, Naddaver arce tenet.

B Hæc Fortunatus, qui procul dubio credidit Naddaver esse urbem Æthiopiæ, cum loco primum allegato non alios, quam Æthiopes docentem inducat Matthæum.

59. Attamen contrariæ opinionis est Muratorius in Annotatis ad S. Paulinum col. 451, ubi dicit : « Urbem Naddaverem in Parthia positam arbitrarer, quo sancti Matthæi ossa post mortem fuerint translata. » Hoc ille, ut sanctum Paulinum conciliet cum sancto Venantio Fortunato, credens in utroque regno prædicasse Matthæum, sed in Æthiopia defunctum, corpusque ex Æthiopia in Parthiam aut Persidem a discipulis translatum. Verum cum venia viri eruditissimi, a paucis annis defuncti, conjectura illa mihi omni verisimilitudinis specie C destituta videtur, omnique carere fundamento. Si Fortunatus urbem Naddaver in Parthia positam credidisset, postquam docentem Æthiopes exhibuerat Matthæum, translati corporis etiam meminisset, ne lectores suos in errorem induceret. Facilius itaque et verisimilius dici potest, sanctum Paulinum aut solum loqui de prædicatione Matthæi apud Parthos, ubi ejusdem aqud Persas prædicationem solummodo affirmat sanctus Ambrosius; aut utrique minus perspectas fuisse regiones extra Romanum imperium positas, ideoque utrumque credere potuisse, Matthæum in provincia aliqua famosissimi imperii Persici aut Parthici occubuisse. Hoc certum est, neutrum edicere, in qua parte latissimi illius imperii fuerit sanctus Mat- D thæus : ideoque illorum auctoritatem non esse hic tanti faciendam, quanti foret, si minus vage loquerentur.

60. Ado in libello *De festivitatibus apostolorum*, pag. 34 martyrium sancti Matthæi similiter collocat in Æthiopia, dicens : « Qui primus in Judæa Evangelium Christi Hebræo sermone conscripsit. Post vero apud Æthiopiam prædicans, martyrium passus est. » Consentiunt Rabanus et Usuardus de prædicatione et martyrio in Æthiopia, recentioresque plurimi. Omnibus autem consideratis et expensis, hæc mihi sententia probabilior videtur, quam quæ in Perside aut Parthia defunctum tradit. Ratio prima est, quod Æthiopia esset Ægypto conter-

ıoricam per mercatores Britannos tem- A bentur, tom V. *Scriptorum Italiæ*, pag. 32, eadem
alomonis, qui regnavit post medium clarius et melius leguntur. Verba accipe : « In ip-
ıam pro fictitio nunc habetur alius Sa- sius principis Gisulphi temporibus inventum est
m aliquot sæculis citius in Armorica sacratissimum corpus B. Matthæi in Lucaniæ fini-
qui olim crediderunt) depositumque in bus, atque cum debito honore per jussionem jam
onensi. At non ignorassent hoc, neque fati Gisulphi principis Salernum deducitur. Sed
nnes scriptores Galli illorum temporum quot evenerint signa et miracula et quomodo fuerit
osteriorum, si factum esset. Deinde repertum, omnimodo nunc pandere omittimus :
Salomonem regem anno quinquage- postmodum, Deo annuente, innotescemus atque
latione corporis a Britannis suis occi- huic Historiæ adnectere faciemus. » Hactenus
de causa Valentinianum imperatorem, auctor, quicumque sit, quod non inquiro.
æculis ante Salomonem fuit mortuus, 66. De anno inventionis, quem 954 dixit Leo
ıtem misisse classem ad expugnandam Ostiensis, etiamsi forte non omnino sit certus, litem
et sic, capta civitate Legionensi, cor- movendam non censeo ; cum certe illo anno prin-
atthæi in Lucaniam translatum. Hæc cipatum Salernitanum obtineret Gisulphus Guai-
ssis etiam improbabilibus translationis B marii filius, sub quo inventionem contigisse ait
futasse est. anonymus Salernitanus. Ughellus, tom. X, col 157
ap. 7, fatetur auctor, omnem memo- in episcopis Pæstanis, et Antonius Mazza in Histo-
ato in Italia corpore sancti Matthæi ria urbis Salernitanæ, cap. 5, num. 15, de anno
ercedisse ; inventionemque ait conti- etiam consentiunt. De loco ait Ughellus, corpus
illesimum et quinquagesimum annum inventum esse in eversæ urbis (Pæstanæ) ruderibus.
to. Hisce de corpore diu abscondito et Mazza solum dicit, in Lucaniæ finibus inventum.
nto consentiunt scriptores fide digni, Translationem vero enarrat his verbis : « Gisulphus
llud figunt toto fere sæculo citius, ut Guaimarii filius etiam parvulus patri succedendo
n. Interea observo, priora omnia, quæ regnavit. Beati apostoli, evangelistæ ac martyris
e gemina translatione, nimirum ex Matthæi corpus, Lucaniæ finibus inventum,... e
Britanniam, et ex Britannia in Luca- Pæstana civitate anno 954, tempore præsulatus
jecturis incertis potuisse confingi ; sed Bernardi II, summa cum veneratione in urbem
ıbiliter fuisse exposita, ut malim igno- Salernitanam transtulit, cujus adventum sanctus
ıdo et quo tempore sacrum illud cor- Grammatius II Salernitanus episcopus, ultimis
ıiam pervenerit, quam vel minimum C ejus vitæ horis his prædixit verbis : « Non post
illa adoptare. De capite sancti, quod multa tempora ecclesia Salernitana cœlesti the-
nt Armorici, postea agetur suo loco. sauro decorabitur, atque ad summum honoris
s in *Chronico Casinensi*, lib. II, cap. 5, apicem ducetur. Festum vero dictæ translationis
m nostrum hæc scribit : Quinto hujus singulis quibusque annis pridie Nonas Maii solem-
erni) anno, qui est a Nativitate Domini niter per octo dies hymnis, rosis et floribus, ma-
us quinquagesimus quartus, beatissimi ximo populi concursu celebratur : universusque
angelistæ Matthæi corpus, quod primo clerus, abbates, ac comprovinciales cuncti episcopi
ıiam, ubi et passus fuerat, postmodum primis vesperis, nec non missæ solemni interesse
Britanniam per tempora diversa quie- compelluntur. » Hæc Mazza. Quod autem spectat
m ejusdem sancti evangelistæ revela- ad prædictionem sancti Grammatii, eam etiam
ım, atque in Salernum translatum est. refert Ughellus, in *Archiepiscopis Salernitanis*, sive
ıi data Leonis verba allegavit ad an- tom. VII, col 352 in sancto Grammatio, qui ibidem
ım. 2, in margine notavit, pro vocibus, dicitur coli die 11 Octobris ; ad quem diem latius
ıiam, alias legi, apud Bithyniam. apud nos examinari poterit. De reliquis similiter
mus Salernitanus in Chronico cap. 143, Mazzæ assentitur Ughellus in Bernardo II, col 362,
Scriptorum Italiæ, part. II, col. 280, D additque corpus delatum esse in ecclesiam majo-
e ita loquitur : « In ipsius temporibus rem sanctæ Mariæ. Gaspar Musca in Compendio
t sacratissimum corpus B. Matthæi in Vitæ sancti Matthæi de his ait : « Anno vero 954
ibus, atque cum debito honore per jus- sub Agapito secundo (*papa*), Bernardus secundus
fati principis Salernum deducitur. Sed hujus nominis episcopus, ac Gisulphus princeps
et miracula, et quomodo fuerit reper- Salernitanorum die sexta Maii, corpus apostoli ex
ıodo nunc pandere omittimus. Postmo- Pæstana civitate Salernum, in cathedralem eccle-
nnuente, fideliter innotescamus, atque siam sub vocabulo Sanctæ Mariæ Angelorum
e annectere faciamus : Hæc anonymus, transferri curarunt, in qua requievit annos 121. »
o principe Salternitano memorans in- De hac translatione itaque non videtur dubitan-
icet id non appareat loco allegato, quia dum.
, in quo de Gisulpho agitur, est eo loco 67. Attamen alia nonnulla veniunt examinanda,
ı Excerptis quæ Heremperti nomine ha- quæ in corporis inventione et ante translationem

Salernitanam narrat Marsilius, et breviter laudatus Musca perstringit his verbis : « Quo tempore beatissimus apostolus Pelagiæ cuidam moniali vetulæ in somnis corpus suum manifestans, ipsa filio Athanasio monacho, qui in altari quodam a barbaris diruto, et vepribus undequaque contecto, sacrum corpus reperiens, exinde ad parvam ecclesiam prope Pæstanam civitatem locavit. Hinc vero Joannes Pæstanus episcopus ad cathedralem vocabulo Sanctæ Mariæ eximia pompa deportavit. » Marsilius cap. 7 una cum relatione ms. habet, Pelagiæ apparuisse sanctum Matthæum tribus consequenter noctibus, eique varia indicasse signa, quibus sacrum corpus reperiretur, jussisseque omnia eam indicare Athanasio filio, et cum eo corpus quærere. Tertia autem nocte, si rem recte enarravit auctor, eadem visio apparuit etiam Athanasio monacho, et utrique pœnam minitatus est apparens apostolus, nisi ad sacrum corpus quærendum se accingerent. Quapropter mane simul egrediuntur per viam indicatam, quærunt data indicia, et cito reperiunt. Fodiendo igitur altare detegunt, amotaque mensa marmorea, sacrum corpus inveniunt. Hoc vero defert Athanasius ad matris domum, ibique asservari jubet, inquit Marsilius, « quandiu divina quapiam revelatione moneatur, quid de eo sit deinceps ab ipsis agendum. » Nihil in ms. legitur de exspectata hac revelatione, nihil quoque de mandato apostoli, quod Marsilius astruit, cap. 8, ut corpus transferretur Salernum.

68. Post apparitiones Pelagiæ et Athanasio factas, in quarum ultima minæ erant adjunctæ, in ms. inventio sic refertur : « Qua comminatione compulsus Athanasius, falcastrum (instrumentum falcis instar ad rescindendum vepres) arripiens, prædictum sibi locum curiosa indagatione cœpit inquirere. Sed is locus tanta erat veprium densitate contectus, ut nullus, qua ingredi posset, pateret aditus. Et cum veprium densitatem toto nisu succideret, tandem eversa ecclesia, ut sibi per revelationem ostensa fuerat, oculis illius apparet : sed altare, quia congerie spinarum atque urticarum admodum erat contectum, minime poterat intueri. Tunc cæsis, quæ supererant, spinis ac sentibus, ad quod jam flagrandi desiderio intendebat, ipsum etiam altare invenit : inventum cum magna cautela reserare tentavit : et ut marmor, quo idem altare erat opertum, ex suo loco movisset, illico locus quadris contextus lateribus, in quo corpus sanctissimi apostoli et evangelistæ quiescebat, apparuit. Inde Athanasius tremebundus corpus apostoli detegens, cum multa diligentia sindone munda involvit, suisque imponens humeris ad proprium habitaculum remeavit, et pretiosum thesaurum matri custodiendum dedit . » Mox in ms. sequitur, voluisse Athanasium primo Constantinopolim, deinde Romam, cum sacro corpore navigare; sed ab utroque itinere impeditum. Eadem narrat, cap. 8, Marsilius, sed non sine adjunctis aliquot, quibus facta in ms. relata magis improbabilia, et magis, quam necesse est, [illegible] Athanasius.

ἐρει Θεῷ. Καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ σατρά-
πρώτους. Ἐξῆς δὲ εἴκοσιν ἡμέρας
εἰς πλείους τῆς μιᾶς πρὸς ταῖς δέκα
ίου βαπτίσματος ἀξιοῖ. Ἑβδόμῃ τοῦ Ὀκ-
ἣν ἄγειν κελεύσας (ἐν αὐτῇ γάρ που καὶ
οῦτο πρῶτον ἱερώσατο τῷ Θεῷ), ἱερεῖς τε
Λευΐτας· καὶ τὴν περίχωρον πᾶσαν
εσβυτέροις καὶ διακόνοις διαλαμβάνει.

XXXIV. Hac accepta epistola. Leontius magnum Gregorium et legatos accepit honorifice, et cum eum, simul adhibitis aliis, qui aderant, episcopis, consecrasset (7), cum pari humanitate dimittit et honore. Illinc ergo reversus divinus Gregorius, quos in prope viam sitis civitatibus vidisset dignos, qui fierent sacerdotes, et aptos, quorum fidei crederetur verbum doctrinæ, eis ea suasit, quibus erat opus: et illos assumens, adduxit in pietate sibi opem laturos, futurosque sacerdotes ipsius Armeniæ et propinquarum urbium. Cum autem jam ingressus esset fines Armeniæ, nuntiatur ei relictura esse quoddam templum Herculis, situm super flumen Euphratem, et in eo esse aram, in qua dæmonibus et Herculi fiunt sacrificia. Cum ergo ad hoc templum venisset, sola oratione (neque enim ei humanas quispiam admovit manus: qui in eo erant dæmonibus, machinis omnibus et spectris depugnantibus adversus eversionem) ab ipsis evertit fundamentis, et alterum excitat Domino, quod ei ex adverso responderet, et in eo deponit reliquias Præcursoris et Baptistæ, et martyris Athenogenis: eæ enim inferebantur. Postmodum etiam aram consecrat, et in ea Deo incruenta offert sacrificia. Tum eos quidem, qui secum erant, primos baptizat satrapas. Deinde autem cum viginti dies illic esset moratus, plures quam undecim myriades divino impertit baptismate. Cum igitur septimo Octobris eis jussisset festum agere (in eo enim die aram illam Deo consecraverat), sacerdotes constituit et Levitas: et universam, quæ est circumcirca, regionem ornat munitque ecclesiis, presbyteris, et diaconis.

τῶν Ἀρμενίων βασιλεὺς Τηριδάτης,
η τὸν ἀρχιερέα μαθῶν, σὺν ταῖς πα-
εσι, καὶ τῇ συζύγῳ, καὶ τῇ ἀδελφῇ,
παρὰ τὴν τοῦ Εὐφράτου ὄχθην, καὶ
ους ὁρῶσι, καὶ σὺν ἡδονῇ ἀσπάζονται
φροσύνης ἦσαν. Ἀλλ' ὁ μὲν τὴν τῶν
τεδείκνυτο διδασκαλίαν, οἱ δὲ σπού-
ον, καὶ θερμότατα περὶ τὴν ἀκρόασιν
άκοντα τοίνυν ὅλας ἡμέρας νηστείαν
σευχὴν ἐπιτρέψας, ἀπ' αὐτοῦ τε ἄρ-
, τῆς βασιλίδος τε καὶ τῆς ἀδελφῆς,
ν τέλει καὶ διὰ πάντων ἐλθὼν, ἐν τῷ
ίζει πάντας, καὶ φωτὸς υἱοὺς ἀνα-

XXXV. Armeniorum autem rex Teridates, cum jam accepisset appropinquare pontificem, cum iis, quæ aderant, et conjuge, et sorore, procedunt ei obviam propter ripam fluvii Euphratis: et se jucunde invicem intuentur, et cum gaudio complectuntur: et erant pleni lætitia. Sed ille quidem apostolorum ostendebat doctrinam: ipsi autem diligenter audiebant, et in auscultando erant attentissimi. Cum totos ergo triginta dies eis jejunium imperasset et orationem, ab ipso rege incipiens, et regina, et sorore, et per eos postea, qui magistratus gerebant, et per cæteros demum pervadens, baptizat omnes in Euphrate, redditque fi-

nsecrationis meminit S. Nicon in Epist. ad Enclystium, quæ exstat tom. I. Biblioth. SS.
nium ad an. 311.

lios lucis et diei. Deinde aliud templum excitat propter Euphratem, et in eo divina celebrat mysteria, atque ut par est, sacrificat. Deus vero ne hic quidem in eos suorum obliviscitur miraculorum. Sed illi quidem baptizabantur in Euphrate (8), ejus autem retinebatur fluentum: et videbatur columna lucis, tanquam super basim, posita super aquas, ipsos solis radios, quod ad splendoris attinet rationem, longo intervallo superans. Simul autem cum ea crux quoque oriebatur in capite. Et erat id quidem visu mirabile. Toto autem illo die cernebatur oculis eorum, qui fuerant baptizati. Ipsius autem multitudinis plenus et perfectus numerus, erat quindecim myriades. Cum septem vero dies pontifex esset cum eis versatus, et aliam multitudinem baptizasset innumerabilem (si autem credendum est famæ, quæ in vulgus manavit, quadringentas myriadas), octavo die illinc recedens, et ecclesias ædificavit per universam Armeniam, et sacerdotes in eis constituit.

XXXVI. Communibus autem usibus ecclesiarum rex etiam inserviit Teridates, non parce nec socorditer, sed et sufficientes eis providit redditus, et latissimas possessiones larga et liberali manu eis præbuit. Non hactenus autem sistit pontifex suum studium et diligentiam, sed etiam ludos litterarios construxit per omnes civitates, eisque doctores et magistros constituit, rege ita jubente, et ad hæc adjuvante, et pontificis animo magnam opem ferente, publice quidem per civitates prædicatum fuit a pontifice, ut filii Armeniorum undique ad eos ventitarent, et sacras docerentur Litteras. Dehinc non solam Armeniam complexus est prædicatione Evangelii: sed etiam Persarum, et Assyriorum, et Hunnorum, et Medorum non paucos benigno et facili Christi jugo subjunxit. Sed enim ut ad agnitionem quidem veritatis homines deduceret, erat adeo velox, ut a nulla eorum, quæ accidebant, difficultate prohiberetur: ut autem iis, qui male patiebantur, opem ferret, minime socors erat et otiosus, et minorem adhibebat curam et diligentiam, imo omnibus qui laborabant corporibus, promptum suppeditabat auxilium: et medebatur iis quoque, qui laborabant animis, eorumque intestinas sedabat seditiones, et ad prius dandam curationem erat celerior, quam ad petendam infirmi ut acciperent, et illo ipso erat pastor ille bonus, qui nec ipsi quidem, si opus esset, animæ suæ parceret pro ovibus. Exinaniebantur certe carceres, debitorum vero rumpebantur schedulæ, et profunda pace fruebatur Armenia. Sic ergo citra offensionem et æquabiliter procedente pietate, et universa virtute, et gratia circa eos choros ducente, multi quidem vitam eligebant monasticam, et in diversis locis exstruebant monasteria, et amplectebantur quietem.

(8) Citantur hæc ibidem apud Euthymium.

A δείκνυσι καὶ ἡμέρας, εἶθ' ἑξῆς, ναὸν παρὰ τῷ Εὐφράτῃ ἄλλον ἐγείρει, καὶ τὰ μυστήρια ἐπ' αὐτῷ τελεῖται τὰ θεῖα, καὶ τὰ εἰκότα ἱερουργεῖ. Θεὸς δὲ, οὐδὲ ἐνταῦθα τῶν οἰκείων περὶ αὐτοὺς ἠμέλει θαυμάτων. Ἀλλ' οἱ μὲν ἐβαπτίζοντο ἐν τῷ Εὐφράτῃ, τὸ ῥεῖθρον δὲ αὐτῷ ἐπείγετο, καὶ φωτὸς βεβηκέναι στῦλος ἐπὶ τῶν ὑδάτων ἐδόκει, αὐτὴν τὴν τοῦ ἡλίου ἀκτῖνα κατά γε τὸν τῆς λαμπρότητος λόγον, πολλῷ τῷ μεταξὺ παριών. Συνανέτελλε δὲ αὐτῷ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς καὶ σταυρὸς, καὶ ὅσα μὲν οὗτος εἶδε, θαῦμα ἦν. Παρ' ὅλην δὲ τὴν ἡμέραν ἐκείνην, τοῖς τῶν βαπτισαμένων ὀφθαλμοῖς ἐωρᾶτο, τὸ δὲ πλῆθος αὐτὸ, πέντε πρὸς ταῖς δέκα μυριάδας ὁ ἀκριβὴς εἶναι λόγος ἔχει. Ἑπτὰ δὲ διατρίψας ὁ ἀρχιερεὺς ἐπὶ τοῦ τόπου ἡμέρας καὶ πλῆθος ἄλλο βαπτίσας ἀριθμοῦ κρεῖττον, (εἰ δὲ χρὴ πιστεύειν τῷ εἰς πολλοὺς διαφοιτήσαντι λόγῳ, εἰς μυριάδας τετρακοσίας ὄντας), τῇ ὀγδόῃ ἐκεῖθεν ἀπάρας, ἐκκλησίας τε ἀνὰ πᾶσαν ᾠκοδόμει τὴν Ἀρμενίαν, καὶ ἱερεῖς ἐν αὐταῖς καθίστα.

B

Λς'. Ὑπηρετεῖτο δὲ ταῖς κοιναῖς τῶν ἐκκλησιῶν χρείαις, καὶ ὁ βασιλεὺς Τηριδάτης, οὐδὲ μικρολόγως οὐδὲ ῥᾳθύμως, ἀλλὰ προσόδους τε αὐταῖς διαρκεῖς ἐπενόει, καὶ κτήματα τῶν ὀνομαστοτάτων δαψιλεῖ τῇ χειρὶ καὶ φιλοτιμοτέρᾳ παρείχετο. Οὐ μέχρι δὲ τούτων ἵστησι τὴν ἐπιμέλειαν ὁ ἀρχιεράς· ἀλλὰ καὶ μουσεῖα, καὶ παιδευτήρια, ἀνὰ πᾶσαν κατεσκευάσατο τὴν πόλιν, καὶ παιδευτὰς αὐτοῖς κατεστήσατο καὶ διδασκάλους, τοῦ βασιλέως καὶ πρὸς τοῦτο τὸ μέρος συλλαβομένου, καὶ τῇ τοῦ ἀρχιερέως γνώμῃ συντελέσαντος τὰ μεγάλα, κηρυκεύετό γε μὴν ἀνὰ τὴν πόλιν ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως, τοὺς τῶν Ἀρμενίων παῖδας ἑκάστοτε παρ' αὐτοῖς φοιτᾶν. καὶ τὰ ἱερὰ παιδεύεσθαι Γράμματα. Ἐνταῦθεν οὐ τὴν Ἀρμενίαν μόνον τῷ τοῦ Εὐαγγελίου κηρύγματι περιέλαβεν, ἀλλὰ καὶ Περσῶν καὶ Ἀσσυρίων καὶ Οὔννων καὶ Μήδων οὐκ ὀλίγους, τῷ χρηστῷ τοῦ Χριστοῦ ζυγῷ προθύμως ὑπήγαγεν. Ἀλλὰ γὰρ οὐχ ὥστε μὲν πρὸς ἐπίγνωσιν ἀγαγεῖν, οὕτω ταχὺς ἦν, καὶ οὐδενὶ τῶν ὡς εἰκὸς συμβαινόντων δυσχερῶν κωλυόμενος. ὥστε δὲ κακῶς πάσχουσιν ἀμῦναι, ῥᾴθυμον ἔβλεπε καὶ ἀργὸν καὶ ἥττονα τὴν πρόνοιαν καὶ τὴν σπουδὴν εἰσεφέρετο, ἀλλὰ καὶ τὰ σώματα κάμνουσιν, ἕτοιμον τὴν ἰατρείαν ἐπήρκει, καὶ τὰς ψυχὰς νοσοῦντας, ἰᾶτο καὶ τὰς ἐμφυλίους αὐτοῖς ἐκοίμιζε στάσεις, καὶ ἦν τοῦ αἰτῆσαι λαβεῖν, ἢ φθάσαι δοῦναι τὴν θεραπείαν [ὀξύτερος, καὶ τοῦτο ἐκεῖνο, ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς ὑπῆρχε, μηδὲ αὐτῆς ἂν εἰ δέοι τῆς ψυχῆς ὑπὲρ τῶν προβάτων φειδόμενος. Ἀμέλει καὶ δεσμωτήρια μὲν ἐκενοῦντο, χρεῶν διερρήγνυτο γραμματεῖα, καὶ εἰρήνης ἀπέλαυον ἡ Ἀρμενία βαθείας. Καὶ ἡμερώτατα ἔζων οὕτω τοι γαροῦν ἀπταίστως καὶ ὁμαλῶς ὁδευούσης τῆς εὐσεβείας, καὶ ἀρετῆς ἀπάσης καὶ χάριτος περὶ αὐτοὺς χορευούσης, πολλοὶ μὲν τὸν μονότροπον ἐπανῃροῦντο βίον, καὶ ἀσκητήρια κατὰ διαφόρους ἵδρυον τόπους, καὶ τὴν ἡσυχίαν ἠσπάζοντο.

C

D

[illegible] ῶν πρότερον ἀπίστων πα-
[illegible] ος, καὶ ἀγωγῆς ἀμείνονος
[illegible] ερας ἀξιώσας, καὶ τοῦ πνευ-
[illegible] ς χάριτος μεταδοὺς, εἰς τοῦτο
[illegible] τῶν ἤγαγεν, ὡς καὶ εἰς αὐτοὺς
[illegible] λους τῶν ἐπισκόπων ἀναβιβάσαι
[illegible] μὲν τὰ παρὰ τὸν Εὐφράτην ἐγχει-
ὄνομα ἦν, τῷ δὲ (Εὐθάλιος οὗτος
Βασινῶν περίχωρον. Καὶ τριτος δὲ
ος, καὶ μέχρι τοῦ δεκάτου προῆλθεν ὁ
λοῖς μέντοι καὶ ἄλλοις γένους ἑτέρου
ἐπισκοπὴν ἀνέθετο. Καὶ πάντας εἰς τε-
βραχεῖ τῷ χρόνῳ γενέσθαι λέγεται.
Ἀλκῖνον ὅσα πρὸς ἀρετῆς ἄσκησιν ἄκρον
λως ἐπιεικῆ καὶ μέτριον, ἡνίκα ὁ μέγας
ὑψηλότατα τῶν Ἀρμενικῶν ὀρῶν ἀπαί-
φίλῃ συνεσόμενος ἐρήμῳ, τοῖς βασιλείοις
Ἀλκῖνον ἐφίστη, ἐκεῖνα ποιεῖν ἐντελ-
ερ ἂν καὶ αὐτὸς εἰ παρῆν, καὶ τοι γε
τῇ ἐκδημίᾳ μετὰ τοῦ ποιμνίου ὁ βασι-
ηγορίῳ προσκείμενοι, μηδαμῶς αὐτῶν
ὺ διαστῆναι, ἀλλ' ἐνίκα ὅμως ὁ τῆς ἡ-
τὴν δέησιν, καὶ ἀπιέναν ὅσον οὐδέπω
. . . . σὺν ὀλίγοις τῶν μαθητῶν πέτραις
κήσει χρήσαιτο, καὶ κατιδίαν ὁμιλήσει
ῳ, μηδὲ ὀλίγα τῇ τοῦ σώματος θερα-
λλώμενος. Ἄρτου γὰρ ἢ τῶν ἄλλων
ἐπιτηδείων παρ' ὅλας τεσσαράκοντα ἡμέ-
ίετο.

ιεὺς, δὲ Τηριδάτης ὀλίγῳ ὕστερον, ἐπειδὴ
ου χωρισμῷ ἤχθετο, καὶ βαρύτατα τὴν
ασιν καὶ τὴν ἀποδημίαν ἐπένθει, ἀνα-
αῖδας ἐξ αὐτοῦ τε καὶ γυναικὸς γνησίας
ου νεότητος ἔτι καὶ ἀκμῆς γεγεννῆσθαι,
ρθάνης ὄνομα ἦν, τῷ δευτέρῳ δὲ Ἀρω-
ς ἀρετῆς ἄμφω καὶ φύλακας εὐσεβείας.
ν γε τοῖν δυοῖν παίδοιν τὸν μὲν καὶ εἰς
καταλεγῆναι βαθμὸν, (Ὀρθάνης οὗτος ὁ
) Ἀρωστάνην δὲ τὸν ἐρημικὸν βίον καὶ
ἐξ αὐτοῦ γάλακτος ἔτι κομιδῇ παῖδα ἐλέ-
ίτωνά τε γὰρ ἐπὶ τῆς ἐρημίας διατρίβειν
ει καὶ θάλπει παλαίοντα, καὶ λάχανα
α, παννύχους δὲ στάσεις καὶ ἀγρυπνίας
ινὰς προσευχὰς, καὶ Γραφῶν θείων ὁμι-
δὸς καὶ ταῦτα τῷ Ἀρωστάνᾳ συνηυξή-
οὖν ταῦτα ὁ βασιλεὺς, ἐπειδὴ ἀρετὴν
οὗτος ἐτίμα, μεταμέλειά τε αὐτὸν ἐπὶ
ις κακοῖς εἶχε, καὶ δῆλος ἦν ἀπονίψα-
τοῖς τελευταίοις φιλοτιμούμενος, τρεῖς
τάτων ἄνδρας κατὰ ζήτησιν τῶν τοῦ
αίδων πρὸς Καισάρειαν ἀποπέμπει. Πα-
τοίνυν οὗτοι, καὶ τὸν μὲν ἐκκλησιάζοντα
, τὸν δὲ ἀνὰ τὴν ἐρημίαν φιλοσοφοῦντα,
ὖν μόχθῳ τὸν Ἀρωστάνην πείσαντες
τὸν βασιλέα. Ὁ δὲ, χαριέστατα τούτους
ινῇ ἀποδεξάμενος, ἐκλιπαρεῖ τὸν ἱερὸν
ετὰ τοῦ πλήθους, καθάπερ τινὰ εἰκόνα
ον ἑαυτοῦ, τὸν Ἀρωστάνην τούτους κα-
ὶ ἀναβιβάσαι τε αὐτὸν ἐπὶ τὸν θρόνον,

A XXXVII. Porro autem cum nonnullos quoque filios illorum, qui prius erant infideles, sacrosanctus assumpsisset Gregorius, meliusque educandos curasset et erudiendos, vitaque spiritali et gratia eos impertiisset eo perfectionis deduxit et virtutis, ut etiam in ipsas magnas episcoporum sedes eos provexerit : et uni quidem eam tradiderit regionem, quæ est ad Euphratem : ei autem nomen erat Alcinus : alteri vero (vocabatur is Euthalius) Basinorum, quæ est circumcirca, regionem. Porro autem tertius quoque fuit Bassus : et ad decimum usque processit numerus. Jam vero multis quoque aliis alterius generis, Ecclesiarum mandavit episcopatus. Dicunturque brevi tempore fuisse omnes quadringenti. Alcinum autem, qui pervenerat ad
B summam virtutis exercitiationem, et erat alioqui mitis et moderatus, quando magnus hic Gregorius erat ad altissimos montes Armeniæ profecturus, ut in chara degeret solitudine, ipsum, inquam, Alcinum præficit regiæ, jubens ut illa faceret, quæ ipse, si adesset. Quanquam vero dum esset recessurus, rex cum grege a Gregorio vehementer contendit, ut ab eis nequaquam discederet : vicit tamen eorum preces amor quietis et silentii : et mox eo voluit abire, ubi cum paucis discipulis in petris subterraneis uteretur habitatione, et cum eo, quem desiderabat, seorsum haberet consuetudinem, ne minimum quidem vacans curando corpori. Panem enim aut alia esculenta, quadragesimo quoque die semel gustabat.

XXXVIII. Rex autem Teridates paulo post, qui Gregorii ægre ferebat separationem, illiusque disjunctio-
C nem et absentiam lugebat gravissime, cum rescivisset duos filios ex ipso et legitima conjuge in flore illius juventutis esse natos, quorum uni quidem nomen erat Orthaes, secundo autem Arostanes, ambos amicos et custodes pietatis : sed ex his quidem duobus filiis alterum fuisse relatum in numerum gradus presbyteratus (Erat autem is Orthanes major natu), Arostanem autem vitam solitariam, et cui cum nullo intercedit congressio, ab ipso lacte et adhuc plane infantem elegisse : nam et unica indutus tunica, dicebatur versari in solitudine, cum algore et calore decertans, et solis vesci oleribus, nocturnas autem stationes et vigilias et diurnas precationes, et cum divinis Scripturis familiaritatem ab inuente ætate ei coaluisse. Cum hæc, inquam,
D rex rescivisset, quoniam is jam et virtutem habebat in honore, et priorum malorum ducebatur pœnitentia, et aperte ostendebat se contendere, ut prima ultimis factis elueret, tres viros maxime insignes mittit Cæsaream ad quærendos filios Gregorii. Cum ii ergo profecti essent, et alterum quidem invenissent concionantem, alterum autem philosophantem in solitudine, cum vix et non sine magno labore persuasissent Arostani, eos ducunt ad regem. Ille autem cum eos gratissime et cum voluptate accepisset, sacrosanctum per nuntios obsecrat Gregorium simul cum populo, ut sui veluti quamdam imaginem et exemplar arche-

Arostanem eis relinqueret, et eum in sedem proveheret, et ei pontificalem traderet rectionem. Ille autem non leviter et temere hoc facit : sed quoniam sciebat omnem virtutem plantatam in anima illius, cito sacras illi manus imponit. Cumque eum consecrasset, et universam circumcirca regionem cum eo obivisset, et verbo fidei eos amplius confirmasset, in eam, quam jam olim parturierat, revertitur solitudinem.

XXXIX. Ejus autem tempore Constantinus quoque Constantii filius, renuntiatur imperator Romanorum : qui cum virtute crucis, et in Christum pietate tyrannos dejecisset, ipse solus obtinet imperium Romanorum. Eum inter imperatores dixerim etiam Christi discipulum, et ipsius præconem pietatis, ut qui exsecranda dæmonum templa et altaria diruerit : et sacras ædes Deo exstruxerit, et puram in Christum confessionem, et rectum dogma litteris regiis et edictis, universæ, quæ ejus dictioni parebat, regioni exposuerit : et pro pietate tantum studium posuerit, ut trecentos decem et octo Patres convocaverit, et sacrum illud concilium congregaverit, ut et quæ exorta erant zizania exscinderet, et a frumento rectæ fidei segregaret. Erant autem hi, Constantinus, inquam, et Teridates, tanquam lucidæ stellæ, alter quidem Occidentem, Constantinus scilicet, alter autem Orientem lustrantes, honesteque et suaviter resplendentes. Evaseratque Teridates jam in pietate ferventissimus, et nulli jejuniis cedens et oratione, ne monachis quidem, qui se in his exercent in monasteriis. In hac ergo sacra synodo, et alter alterum juverunt reges, et cum alio honore se invicem affecerunt, tum etiam per litteras collætati sunt sententiæ communione in vera pietate. Porro autem accessit etiam Armeniæ episcopus Arostanes, cum imperator Constantinus eum accersisset, qui ipse quoque fuit pars sacri cœtus. Et cum quæ communi sententia fuerant scripta, dogmata accepisset, reversus est in suam civitatem, jucundissime et libentissime visus a suis post peregrinationem : religiosissimumque regem Teridatem, et omnem Armeniorum regionem gaudio implevit propter dogmatum consensionem. Quæ etiam longo tempore sic manserunt, semper pietate in populo crescente, et per omnia Deo pacis glorificato, in Christo Jesu Domino nostro : cum quo Patri simul cum sancto Spiritu gloria, potentia, et honor nunc, et in sæcula sæculorum. Amen.

A καὶ τούτῳ τὴν ἀρχιερατικὴν ἀρχὴν ἐγχειρίσαι. Ὁ δὲ οὐ παρέργως τοῦτο ποιεῖ, ἀλλ' · ἐπειδὴ πᾶσαν τὴν ἀρετὴν ἐν τῇ ψυχῇ τοῦ παιδὸς πεφυτευμένην ταχάως ἐπ' αὐτῷ τὰς ἱερὰς ἐπιτίθησι χεῖρας. χειροτονήσας τοῦτον. καὶ τὴν περίχωρον αὐτῷ περιελθὼν, καὶ τῷ λόγῳ τῆς πίστεως ἐπιπλείους τους στηρίξας, εἰς ἣν ἐκ πολλοῦ ὤδινεν ἐστι καὶ αὖθις ἀναχωρεῖ.

Αθ'. Ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους καὶ Κωνσταντῖνος ὁ Κωνσταντίου παῖς βασιλεὺς Ῥωμαίων ἀγορεύεται, καὶ τῇ τοῦ Σταυροῦ δυνάμει καὶ τῇ τοῦ Χριστὸν εὐσεβείᾳ, τοὺς τυράννους καταβαλὼν, καὶ μόνος τὴν Ῥωμαίων ἐξουσίαν καὶ τὴν ἀρχὴν ἀναβάλλεται. Τοῦτον ἐν Βασιλεῦσι καὶ Χριστοῦ μαθητὴν εἴποιμι ἂν ἔγωγε, καὶ αὐτῆς κήρυκα εὐσεβείας, τά τε μιαρὰ τῶν διαμόνων τεμένη καὶ τοὺς βωμοὺς καθελόντα, ἱεροὺς τε τῷ θεῷ ἀνεστηκότας οἴκους, καὶ τὴν εἰς Χριστὸν καθαρὰν ὁμολογίαν, τὸ ὀρθόδοξον δόγμα καὶ γράμμασι βασιλικοῖς καὶ προσταγμασι τῇ ὑπὸ χεῖρα πάσῃ ἐκθέμενον, καὶ τοιαύτην ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας εἰσενεγκόντα σπουδὴν, ὡς καὶ δέκα καὶ ὀκτὼ ἐπὶ τοῖς τριακοσίοις συγκαλέσαι θείους Πατέρας, καὶ τὴν ἱερὰν ἐκείνην σύνοδον συγκροτῆσαι, ἐφ' ᾧ τὰ ὑπαναφυόμενα ζιζάνια ἐκτεμεῖν, καὶ τοῦ τῆς ὀρθῆς πίστεως διακρῖνα σίτου. Καὶ ἦσάν γε οὗτοι, Κωνσταντῖνος καὶ Τηριδάτης, κατὰ τοὺς διαφανεῖς ἀστέρας, ὁ μὲν τὴν Ἑσπέρια, ὁ Κωνσταντῖνος, φημὶ, ὁ δὲ τὰς Ἕω περιπολοῦντες καὶ καλὸν καὶ ἡδὺ λαμπρυνόμενοι. Ἐξαμύτατός τε γὰρ ἦν καὶ Τηριδάτης τὴν εὐσέβειαν, καὶ οὐδενὸς τά γε εἰς νηστείαν καὶ εὐχὴν ἀπολειπόμενος, οὐδὲ αὐτῶν τῶν τὰ τοιαῦτα ἐν ἀσκητηρίοις μοναχῶν ἀσκουμένων. Ἐν τῇ ἱερᾷ τοίνυν ταύτῃ συνόδῳ ὠνήσαντο ἀλλήλους οἱ βασιλεῖς, καὶ τῇ τε λοιπῇ τιμῇ τὸν ἕτερον ἕκαστος ἐδεξιοῦντο, καὶ δὴ καὶ τῇ περὶ τὴν εὐσέβειαν κοινωνίᾳ τῆς γνώμης συνήδοντο. Παραγίνεται μέντοι καὶ ὁ Ἀρμενίας χιεπίσκοπος Ἀρωστάνης, τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου τοῦτον μεταπεμψαμένου, καὶ μέρος τοῦ ἱεροῦ συλλόγου καὶ οὗτος γενόμενος. Τὰ κοινῇ ψήφῳ κρατήσαντα δόγματα γεγραμμένα λαβὼν, εἰς τὴν ἰδίαν ἐπανήκει πόλιν, γλυκεῖά τις ὄψις καὶ ἡδίστη τῆς ἀποδημίας τῇ ποίμνῃ ἐπιφανείς· καὶ αὐτὸν τὸν φιλοθεώτατον βασιλέα Τηριδάτην, καὶ πᾶσαν τὴν Ἀρμενίαν εὐφροσύνης ἐπὶ τῇ τῶν δογμάτων συμφωνίᾳ πληρώσας. Ἃ δὴ καὶ διέμεινεν οὕτω χρόνον ἐπὶ μακρὸν, τῆς εὐσεβείας ἐκάστοτε εἰς πλεῖστον ἐπιδιδούσης, καὶ τοῦ τῆς εἰρήνης, Θεοῦ διὰ πάντων δοξαζομένου, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν· μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, τιμὴ, κράτος νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

MENSIS OCTOBER.

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ
ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΧΑΡΙΤΙΝΗΣ.

MARTYRIUM
SANCTÆ CHARITINÆ.

(Græce et Latine in Actis SS. Bolland. ad diem 5 Octobris (*).)

ἴτει ποτὲ τὰ τῆς ἀσεβείας, καὶ βασιλεῖς ἐπὶ ρριστιανῶν φρονοῦντας ἐξέμαινεν. Ὑπασπιστοῖς καὶ ὑπηρέται τὴν τοῦ Χριστιανῶν γον ἐποιοῦντο, καὶ πολυειδεῖς τοῖς εὐσε- ίληντο βάσανοι. Μηνύεται οὖν κόμητι τινὶ ιαιοτάτη Χαριτίνη, ὅτι μὴ μόνον τὰ Χρι- πάρχει τιμῶσα, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς πρὸς θρησκείαν ὑπάγεται, καὶ δὴ καὶ τοὺς τὰ ν ἑλομένους ἀσφαλεστέρους ἐπὶ τὸ οἰκεῖον ασκευάζει. Ἐφίσταται οὖν ὁ κόμης αὐτῇ ι κατοικούσῃ καὶ κατὰ μόνας ἑαυτῇ τε ῃ καὶ τῷ Θεῷ. Ἐφίσταται δὲ καὶ θυμοῦ καὶ παραυτίκα πληγὰς αὐτῇ ἐντείνει, κλοιόν ῶν περιτίθησι, καὶ τὴν δικαίαν ὑπατικῷ πάντα ἀδίκῳ δικαστῇ παραδίδωσιν. Ὁ δὲ κολάσεων εὐθὺς προτίθησιν ὄργανα, τὴν ε τῷ αὐτοῦ βήματι παραστήσας, Οἴκτειρον, τῆς τῶν κολαστηρίων πείρας σαυτὴν, σώφ- αμένη τῷ λογισμῷ, καὶ τοῖς ἀθανάτοις θυ- σένεγκε. Τρία γὰρ ἂν οὕτω τὰ μέγιστα τό τε τῶν θεῶν κράτος ἐξιλεώσῃ, τήν τε τούντων εὐμένειαν ἐπισπάσῃ καὶ τὸ ἀπαν- ῶρας οὐ βασάνων δριμύτητι μαρανεῖς.

I. Dominatum aliquando obtinuit impietas et imperatores furore concitavit adversus eos, qui Christianorum tenebant opinionem (1). Satellitum autem et ministrorum erat officium scrutari Christianos; et piis intentabantur minæ multiplicium tormentorum. Ad quemdam ergo comitem (2) generosa quoque defertur virgo Charitine, quod non solum in honore habeat Christianos, sed etiam multos inducat ad suam religionem; quin etiam eos, qui opinionem susceperunt Christianorum, tutiores reddat ad suum cultum. Ad eam ergo accedit comes (3) in spe habitantem, et seorsum secum, et cum Deo versantem. Accedit autem ira plenus et statim ei plagas infligit, et ferreum ei collare (4) imponit; et eam tradit consulari injustissimo judici. Ille vero et statim proponit instrumenta suppliciorum; et cum martyrem curasset sisti ad suum tribunal; Miserere, inquit, tui, antequam periculum facias suppliciorum, sapienti utens consideratione; et immortalibus offer sacrificium. Sic enim tria lucrifacies maxima. Nam et deorum potentiam tibi reddes propitiam; et imperatorum attrahes benevolentiam; et florentem speciem acribus tormentis non facies flaccescere.

a hæc, quæ ex Græco Latine versa Aloyomanus, Veronensis episcopus, anno 1558 enuinum esse Symeonis Metaphrastis Opus, i Leoni Allatio in Diatriba de Symeonum pag. 124 et 126, consentiunt, quantum novi, eruditi ad unum omnes.

le, quæ de epocha martyrii S. Charitinæ ctura diximus in Commentario num. XI, c. 12. nc alia Græcorum monumenta Domitium, itianum vocant. Consule num. 13 et sequens ım.

sonat nonnihil hæc Metaphrastis narratio a ii Basiliani et Menæorum verbis. Sed forte sic utraque narratio concilianda est, ut Domitius comes, et Amisenorum, ut nobis videtur, judex consularis, prius ad Claudium Charitinæ dominum; scripserit, quo hic eam ad se mitteret, ac mox comite quemdam ex administris suis legarit, qui eam ad se vinctam perduceret, suoque sisteret tribunali.

(4) De plagis ante juridicam ullius criminis probationem Charitinæ inflictis, videsis quæ in Commentario sub initium numeri 15 dicta sunt: Collare autem, quod Christi martyri injectum fuisse narratur, erat vinculi genus, quo captivorum collum constringebatur, ne e satellitum aut lictorum manibus elabi ullo modo possent.

II. Hæc cum audisset martyr, ad cœlum quidem tollit oculos, quod illinc proficiscitur, evocans auxilium ; signo autem Christi munita (5) : Es moribus quidem, ait, varius, o consularis, vaferque et callidus ; sed ad nullam utilitatem aperte tibi redibit hæc perversitas ; neque enim me capies adulans, nec me minans perterrefacies, nec consulens me poteris in aliam traducere sententiam, nec mollire id, quod est in me promptum propter Christum patiendi studium. Confido enim in solo et vero Deo, et in eo omnem vitam meam reposui. Si mihi ergo credas, miserere potius tui erroris. Consule tibi ea, quæ sunt utiliora, nempe surda non colere simulacra ; de quibus alicubi dixit noster propheta in spiritu : « Dii, qui cœlum et terram « non fecerunt, pereant (6) : » et : « Dii gentium « dæmonia, Dominus autem cœlos fecit [2]. » Et rursus : « Simulacra gentium argentum et aurum, « opera manuum hominum. Similes eis fiant, qui « colunt ea [3] (7). »

III. Postquam hæc audivit judex, ira rursus repletus, jussit quidem ejus capillos radi in superficie (8). Illud autem factum est, et maximum consecutum est miraculum. Caput enim rursus fuit comatum. Ex quo judex majore ira motus, jubet prunas ardentes imponi ejus capiti, deinde etiam acetum ei infundi, dolores sic præbens acriores. Propter quæ generosa virgo, Domine Jesu Christe, dixit, eorum, qui in te fiduciam posuerunt, certum et firmum auxilium, qui tuos sanctos tres pueros in medio flammæ ardentis incombustos conservasti (9), tu quoque nunc mihi adsis, et ad ea, quæ propter te suscipiuntur, confirma supplicia, ne quando de me liceat dicere inimicis veritatis : « Ubi est Deus eorum [4] ? » Post preces autem relaxata fuit martyr a doloribus, et Deum laudabat ei agens gratias. Quæ quidem statim ægre ferens consularis, ferreos candentes obeliscos (10) jubet infigi uberibus martyris. Hoc ergo gravi ei illato tormento, carnes quidem ferreis illis obeliscis consumebantur ; cordis autem ejus amor in Christum magis accendebatur ; deinde etiam jubet lampades ignis ejus admoveri lateribus. Illa vero, etiam dum lampades

A Β'. Τούτων ἡ μαρτυς ἀκούσασα πρὸς οὐρανὸν μὲν αἴρει τὰ ὄμματα τὴν ἐκεῖθεν ἐκκαλουμένην βοήθειαν, τῷ δὲ τοῦ σταυροῦ φραξαμένη σημείῳ, Ποικίλος μὲν εἶ τὸν τρόπον, ὑπατικὲ, καὶ τὸ ἦθος ὕπουλός τε καὶ ἀπατηλὸς, ἔφη· ἀλλ' εἰς ἀνόνητόν σοι τὸ σκολιὸν τοῦτο σαφῶς ἀποδήσεται. Οὔτε γάρ με κολακεύων αἱρήσεις, οὔτε ἀπειλῶν καταπλήξεις, οὐ συμβουλεύων μεταπεῖσαι δυνήσῃ, οὐδὲ μαλαξαι τὸ ἐν ἐμοὶ τοῦ διὰ Χριστὸν παθεῖν πρόθυμον· ἐπὶ τῷ μόνῳ γὰρ καὶ ἀληθεῖ Θεῷ πέποιθα, καὶ ταύτῳ τὸ πᾶν τῆς ἐμῆς ζωῆς ἀνατέθεικα. Εἰ τι οὖν ἐμοὶ πείθῃ, σαυτὸν μᾶλλον οἴκτειρον τῆς ἀπάτης. Σαυτῷ συμβούλευσον τὰ χρηστότερα· ὅπερ ἐστὶ τὸ μὴ ξοάνοις κωφοῖς προσανέχειν περὶ ὧν εἶπέ που ὁ ἡμέτερος προφήτης ἐν πνεύματι· « Θεοὶ, οἱ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν οὐκ ἐποίησαν, ἀπολέσθωσαν. » καὶ « Οἱ B θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια. » καὶ πάλιν· « Τὰ εἴδωλα τῶν ἐθνῶν ἀργύριον καὶ χρυσίον, ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων. » Ὅμοιοι αὐτοῖς γένοιντο οἱ τιμῶντες αὐτά.

Γ'. Ἐπειδὴ τούτων ἤκουσεν ὁ δικάζων, θυμῷ πάλιν ὑποπλησθεὶς, αὐτὸς μὲν ἐκέλευεν ἐν χρῷ τὰς τῆς κεφαλῆς τρίχας ἐκτεμεῖν· τὸ δὲ ἐγίνετο, καὶ τούτῳ θαῦμα μέγιστον ἠκολούθει· αὖθις γὰρ ἡ κεφαλὴ κατάκομος ἦν· καὶ ὁ δικαστὴς πλείονι τῷ θυμῷ κινηθεὶς ἀνθρακιὰν ἐπιτεθῆναι τῇ κεφαλῇ προστάττει· εἶτα καὶ ὄξος αὐτῆς καταχέεσθαι, τὰ τῶν ἀλγηδόνων οὕτω δριμύτερα παρέχόμενος. Ἐφ' οἷς ἡ γενναία, Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, εἶπε, τῶν ἐπὶ σοὶ πεποιθότων ἡ ἀσφαλὴς βοήθεια, ὁ τοὺς σοὺς ἁγίους τρεῖς, παῖδας ἐν μέσῳ καιομένης φλογὸς ἀφλέκτους διατηρήσας, αὐτὸς μοι καὶ νῦν παραστὰς πρὸς τὰς διὰ σὲ πλάσεις ἐνίσχυσον, μήποτε τοῖς τῆς ἀληθείας ἐχθροῖς C εἰπεῖν ἐπ' ἐμοὶ γένοιτο· « Ποῦ ἐστιν ὁ Θεὸς αὐτῶν ; » Καὶ μετὰ τὴν εὐχὴν τῶν ὀδυνῶν ἡ μάρτυς ἐνίεται, καὶ ἦν οὕτω ῥήμασιν εὐχαριστηρίοις δοξάζουσα τὸν Θεόν. Πρὸς ἅπερ αὖθις ὁ ὑπατικὸς χαλεπήνας σιδηροῦς ὀβελίσκους ἐκπυρωθέντας κατὰ τῶν μαστῶν τῆς μάρτυρος ἐμπαγῆναι προστάττει. Τῆς οὖν χαλεπῆς αὐτῇ προσενεχθείσης βασάνου, αἱ μὲν σάρκες τοῖς σιδηροῖς ἐκείνοις ὀβελίσκοις ἐδαπανῶντο. τὸ δὲ τῆς καρδίας τοῦ πρὸς Χριστὸν διάπυρον ἔρωτος ἐπὶ πλέον ἀνήπτετο· εἶτα καὶ λαμπάδας πυρὸς κελεύει

[1] Jerem. x, 11. [2] Psal. xcv, 5. [3] Psal. cxiii, 8. [4] Psal. cxiii, 2.

(5) Quam fuerit ab omni retro tempore Christianis usitatum ac solemne, præsertim, dum quid grande inceptarent, se crucis signo munire, seu ut Lactantius *De mortibus persecutorum* cap. x, ait, suis frontibus immortale crucis signum imponere, patet tum ex hoc S. Charitinæ exemplo, tum etiam ex Tertulliano libro *De corona militis* cap. iii, ubi is ita loquitur : « Ad omnem progressum atque promotum, ad omnem aditum et exitum, ad vestitum et calceatum ; ad lavacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, quacunque nos conversatio exercet, frontem crucis signaculo terimus. »

(6) Voces, quæ respondeant his Latinis : Dominus autem cœlos fecit, a Græco textu absunt.

(7) Prior textus reperitur apud Jeremiam cap. x, ℣ 11 ; posteriores Psalmo xcv, ℣ 5 et Psalmo cxiii, ℣ secundo 4 et 8. Porro non esse a veri specie alienum, quod duriora hæc in tyrannum verba a D Christi martyre congesta fuerint, ostendi in Commentario num. 15.

(8) Summæ ignominiæ nota mulieribus inuritum temporis credebatur, si eis summa capitis superficies decalvaretur. Vide Galonium tractatu *De instrumentis martyrum eorumque cruciatibus*, pag. 140 et 142.

(9) Legesis Danielis caput iii.

(10) Obelisci illi ferrea erant instrumenta, ex crassiore sui parte in acutam cuspidem desinentia, cerdonum subulis non absimilia, quæ et acumine suo et igneo ardore non poterant non in tam teneris virginei corporis membris vehementissimos cruciatus excitare, dum carnes ita lente torrebant.

ταῖς πλευραῖς αὐτῆς ἐπικαίεσθαι· ἡ δὲ, καὶ τῶν λαμπάδων ὑφαπτομένων, τῶν εὐχῶν ἐκτενέστερον εὔχετο, καὶ τῆς τιμωρίας ἀνεθεῖσα πρὸς τὸ θῦσαι τοῖς θεοῖς ἠναγκάζετο.

Δ'. Ἐπεὶ δὲ καὶ καρδίᾳ καὶ χείλεσιν ἀμετάθετος ἦν τὴν ὁμολογίαν, ἐπίσης αὐτῇ καὶ ὁ δικάζων, τὴν ἐπὶ τῷ κακῷ ἔνστασιν ἀνένδοτος ὤν, κελεύει ταύτην λίθον τοῦ τραχήλου ἐκδεθῆναι, καὶ οὕτως αὐτὴν κατὰ βυθοῦ θαλάσσης ἀποῤῥιφῆναι· οὗπερ δὴ γενομένου, Εὐχαριστῶ σοι, Κύριε, ἡ μάρτυς ἔβόα, ὅτι με διελθεῖν δι' ὕδατος θαλαττίου διὰ τὸ σὸν εὐλογητὸν ὄνομα, ὥστε καὶ καθαρὰν εὑρεθῆναι κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς ἀναστάσεως. ἀλλά σου δεῖξον, ὡς ἀεὶ καὶ νῦν ἐπ' ἐμοὶ τὰ θαυμάσια, δι' ὧν ἐπὶ πλέον δοξασθήσεται τὸ μέγα σου ὄνομα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Ταῦτα οὕτως ἐκείνη τε προσηύχετο, καὶ τὰ δεσμὰ διελύετο, μόνος τε ὁ λίθος τῷ βυθῷ κατεδύετο. Ἡ δὲ (ὦ τοῦ θαύματος!) ἀτρόμῳ ποδὶ τοῖς τῆς θαλάσσης νώτοις ἐφίστατο καὶ τῶν ὑδάτων οἷα στερεᾶς ἐπιβαίνουσα πρὸς τὸν αἰγιάλὸν ἐπορεύετο. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ τὸν ὑπατικὸν ἰδοῦσα προσμένοντά τε καὶ τὸ τοῦ πράγματος πέρας ἰδεῖν, ὅπερ ἂν γένοιτο, ἐκδεχόμενον, Χαίροις, ὑπατικὲ, λέγει· οὐδὲ μέχρι καὶ νῦν συνῆκας τὴν εἰς ἐμὲ τοῦ ἐνεργοῦντος ἐν ἐμοὶ Χριστοῦ δύναμιν; Ἦ τυφλώττειν ἔτι φιλονεικεῖς, καὶ πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀπομάχεσθαι; Εἰ μὲν οὖν, τοῦ σκότους ἀφέμενος τῷ ἀληθινῷ προσδράμῃς φωτὶ, σεαυτῷ πραγματεύσῃ τὴν σωτηρίαν· εἰ δὲ καὶ ἔτι τοῖς προτέροις ἐμμεῖναι θελήσεις, ἐμοὶ μὲν πολλῶν αἴτιος ἀγαθῶν, τῇ δὲ σῇ ψυχῇ ἀπωλείας πρόξενος ἔσῃ. Ταύτην ὁ κατάρατος τὴν παῤῥησίαν οὐκ ἐνεγκὼν, ἔτι δὲ καὶ τὸ περὶ αὐτὴν θαῦμα καταπλαγεὶς ἐξίστατό τε ἑαυτοῦ, καὶ ἀφωνίᾳ κατείληπτο. Ὀψὲ δέ ποτε καὶ μόλις ἀνενεγκὼν συνιέναι μὲν οὐκ ἐβούλετο· φησὶ δὲ· Μεγάλην οἴεσθαί με τοῦ Γαλιλαίου τὴν δύναμιν πειθουσι τὰ γεγενημένα, ἀλλ' ἔγωγε γοητείᾳ μᾶλλον ἐξειργασμένα διαλέξαι ταῦτα πειράσομαι. Οὕτως ἔφη, καὶ τοῖς παρεστῶσιν αὐτίκα τας ὄψεις ἐπιβαλὼν γυμνῶσαί τε τὴν μακαρίαν εὐθὺς καὶ περιαγκωνῆσαι προστάττει τροχῷ τε

A accendebantur (11), intensius perseverabat in orationibus. Sed a cruciatu relaxatæ vis fiebat, ut diis sacrificaret.

IV. Cum autem et corde et labris in confessione esset immutabilis, judex, qui æque atque ipsa in tormentis constans, ad malum erat obstinatus, jubet lapidem collo ejus alligari et sic eam dejici in profundum maris (12). Quod quidem cum factum esset, Ago tibi gratias, Domine, clamabat martyr, quod ut per aquam marinam transirem, propter sanctum tuum nomen, tibi visum sit, quo inveniar munda in die resurrectionis; sed tua ostende, ut semper, nunc quoque in me miracula, per quæ magnum tuum nomen magis glorificetur in sæcula B sæculorum. Amen. Hæc illa sic oravit, et dissoluta sunt vincula, et solus lapis fuit in profundo demersus. Illa autem (o miraculum!) firmo ac stabili pede stabat super dorsum maris, et per aquas, tanquam per terram solidam ingrediens, proficiscebatur ad littus (13). Interim vero cum vidisset manentem consularem et exspectantem, quisnam futurus esset rei exitus, dicit: Salve, consularis. Ne nunc quidem intellexisti virtutem Christi, qui in me operatur? An adhuc contendis cæcutire et repugnare veritati? Si ergo relictis tenebris ad veram lucem accesseris, tibi procurabis salutem. Quod si persistere velis in prioribus, mihi quidem eris causa multorum bonorum, tuæ autem animæ interitum conciliabis. Hanc dicendi libertatem cum non ferret vir exsecrandus, eo autem, quod in eam acci- C derat, miraculo esset obstupefactus, a se discessit, eumque vox et sermo defecit. Cum autem vix tandem ad se rediisset, nolebat quidem intelligere. Dixit autem: Ut magnam Galilæi (14) putem esse potentiam, persuadent ea, quæ facta sunt; sed ego conabor ostendere, ea potius facta esse præstigiis (15). Sic dixit, et in eos, qui astabant, statim oculos conjiciens, jubet eos statim nudare sanctam et manibus post tergum vinctis eam rotæ (16) alli-

(11) Incensas faces, non tantum lateribus martyrum, sed et singulis eorum membris admotas quandoque fuisse, testatur Lactantius *De Mort. persecut.* cap. XXI. Lampades autem illæ, ut ex Galonio et Laurentio de Rebus publicis docet Pitiscus in suo *Lexico Antiquitatum*, fiebant hoc modo: « Desumebantur, inquit laudatus Pitiscus, vasa quædam lata unius palmi longitudinis, vel aliquantulum majoris, quæ deinde a summo ad arctiorem formam paululum præposteræ perversæque pyramidis instar contrahebantur atque adstringebantur. Erant autem vasa, vel terrea, sicuti indicant illa, quæ ex ruinis hujusce Urbis (Romæ) nonnunquam eruuntur; vel ferrea, ut innuit Colum. XII, 18, ... Postea vero vasa hæc hastulis quibusdam quadratis et simul colligatis septa, quæ ad vasorum similitudinem et ipsæ a summo paulatim astringebantur, igne flammam emittente repleri solebant. Porro has hastulas, si ad ea, ad quæ lampades usui erant, animum referamus, intelligemus, quinque aut sex palmis plus minusve exstitisse oblongas. » Harum effigiem exhibet Galonius citato Tractatu pag. 75. Cæterum, ut Lactantius, supra laudatus, innuit cap. 21, nonnunquam tortores lampades illas quantum ad flammantia lumina, haut vero quantum ad calorem, paulo ante exstinguebant, quam martyrum corporibus eas admoverent, ut sic lentiori igne cremandis martyrum membris aptiores essent.

(12) Mare istud fuisse Pontum Euxinum, Amiso urbi proximum, ex conjectura docui num. 13. D

(13) Ita S. Petrus, ut testantur evangelistæ, divina virtute ambulavit super aquam, quod et aliis sanctis contigisse, perhibent Ecclesiasticæ Historiæ.

(14) Hoc nomine impius judex per blasphemiam Christum Dominum vocat, sceleris sui imitatorem pessimum postea nactus Julianum Apostatam, qui et victricem Dei ultoris manum agnoscere coactus fuit.

(15) Nempe cum prodigia illa, tota quandoque civitate inspectante patrata, negare non possent iniquissimi judices, ne Christianos veri Dei cultores esse, fateri cogerentur, per summam insaniam miracula illa dæmonum præstigiis ascribebant.

(16) Hujusmodi fere rotam exhibet Gallonius pag. 27 littera B, nisi quod ardentium carbonum

μερας τόν νεκρὸν εἶχεν ἡ θάλασσα, A
ιn ἐκείνην ?] φυλάξασα καὶ μηδὲν
η, ἀλλὰ τὸ τὸν κοινὸν Δεσπότην θε-
καὶ αὐτὴ πάντως καταιδεσθεῖσα,
χέρσῳ προσφιλῶς παραδίδωσι, καὶ
ύδιος ὄνομα ἐπιεικὴς τὸν τρόπον καὶ
:ὴν μάρτυρα ἐκ πρώτης τριχὸς ἀνε-
; ἀνελόμενος, λαμπρῶς τε μυρίσας
λαμπρότερον ἔν τινι τιμίῳ τόπῳ
αὐτῇ σχεδιάσας, οὐχ ὡς ἐκείνῃ
ὺς ὁ καιρὸς ἐδίδου, καὶ ὁ τῶν τότε
ς ἤπειγε. Τοιοῦτον τῇ Χριστοῦ μάρ-
ὶ τέλος, πέμπτην τὸ τηνικαῦτα τοῦ
ὸς ἄγοντος ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ
ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας
ήν.

totos dies corpus tenuit mare, pulchre servatum, et nullo penitus detrimento affectum. Deinde corpus idem, quod communem coluit Dominum, ipsum quoque omnino reveritum, amice tradit propinquæ cuidam terræ. Vir autem quidam, cui nomen Claudius (20), moribus mitis ac moderatus, qui martyrem aluerat ab ineunte ætate, cum id fideliter sustulisset, et præclare condiisset, in quodam venerando loco id deposuit, ei raptim constructo sepulcro, non ut illam decebat, sed ut tempus dabat, et eorum, qui tunc rerum potiebantur (21), præscribebat metus. Hic fuit finis Christi martyris Charitines, quinto mensis Octobris, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et potentia in sæcula sæculorum. Amen.

B

um Sirmondianum Claudium hunc
ero S. Charitinæ, quem Claudianum
ı facit. Ego Metaphrastem aliosque
inæ herum Claudium vocavi, quem
ır domesticos suos habuisse virum
m, cui Charitinæ a teneris unguicu-
et instruendæ ac demum ejus corpo-
ugustiæ patiebantur, sepeliendi cu-
ram demandarit.

(21) Hi nobis videntur fuisse Diocletianus, Maximianus Herculius et Galerius Maximianus, quos Lactantius cap. 16, tres acerbissimas bestias vocitat, quosque, ne martyrum corpora rite sepelirentur, omni modo præcavisse, innuit Eusebius supra citatus.

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ

ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΜΑΡΤΥΡΩΝ

ΕΡΓΙΟΥ ΚΑΙ ΒΑΚΧΟΥ.

—

MARTYRIUM

SS. MARTYRUM

SERGII ET BACCHI.

(Acta SS. Bolland, ad diem 7 Octobris.)

—

ινοῦ βασιλεύοντος τοῦ τυράννου, καὶ C
; σχεδὸν ἀπάσης ὑπὸ βαθεῖ σκότῳ τῆς
ης, λίθους τε καὶ ξυλα τῶν ἀνθρώ-
θεοὺς ἀναγκαζομένων, καὶ μιαρωτά-
εύεσθαι θυσιῶν. Σέργιος καὶ Βάκχος,
νος ἄμφω, τῇ περὶ τὸν Χριστὸν ὁμο-
τει κατὰ τοὺς διαφανεις ἀστέρας ἐν
, τὸ τηνικαῦτα διέλαμπον, οὐ τῶν πολ-
ἀσήμων, ἀλλὰ μὲν πριμικήριος τῆς
σχολῆς ὁ Σέργιος, σεκουνδουκήριος
ἀκχος ἦν· μεγάλα μὲν παρὰ Βασιλεῖ
ονάμενοι, μείζονα δὲ τὴν παρὰ τῷ

I. Cum Maximianus tyrannus imperaret, et universus fere orbis terræ jaceret in profundis tenebris ignorantiæ, lapidesque et ligna cogerentur homines adorare tanquam deos, et maxime exsecranda (proh dolori), gustare sacrificia, Sergius et Bacchus, ambo Romani genere, in Christum confessione et fide, non secus ac lucidæ stellæ, tunc refulgebant in regia. Non erant autem plebeii, nec obscuri: sed Sergius quidem erat primicerius scholæ Centiliorum, secundicerius autem hujus, Bacchus: qui multum quidem poterant apud imperatorem Maximianum, majorem autem sibi paraverant fiduciar

apud Regem et Deum immortalem, ut qui tabernaculum quidem et incolatum, et exsilium, et si quid aliud est his vilius, hanc vitam existimarent. Cum essent autem boni mercatores suæ salutis, et, quæ est in futuro, vitam compararent per præsentia, velutiquamdam artem ad illam acquirendam, divinas exercebant Scripturas, et eas semper habebant præ manibus. Quocirca hæc non potuit tolerare invidia : et cum quidam alii, tum alias quoque virtutes, tum apud ipsum imperatorem fiduciam, viris præclaris inviderent, apud illum ipsum eorum fiduciæ auctorem, nempe imperatorem, eos accusant : quod illius quidem contempserunt amicitiam, deorumque cultum quoque neglexerunt : jam autem ad aliam declinarunt religionem, se Christianos et Dei servos vocantes.

II. Maximianus autem, etiamsi sciret, quod sæpe multi calumniæ invidiam causam habent, non veritatem, maxime autem eum non ignoraret, quanta esset eorum in ipsum benevolentia : quinetiam animo versaret suam sævitiam et acerbitatem (ea enim vel maxime aliis contendebat antecellere) et quod si forte deorum benevolentiam, et illius amicitiam statuissent despicere, periculum quidem certe timuissent : existimaretque esse non probabilia, sed falsa, quæ dicebantur : ea tamen admittenda non esse citra examinationem, ut consentaneum erat, considerabat. Quid ergo facit ? Cum splendidum et magnificum parasset sacrificium, et quicunque erant clari et illustres, in templum convenire, et sacrificii cum eo esse participes prius jussisset, rem deinceps examinare constituit. Atque ipse quidem primus ingreditur : simul autem cum eo ingreditur etiam magna multitudo, et erat universa in templo congregata. Et alii quidem diligenter peragebant sacrificium, et præsentem observabant Maximianum. Sergius vero et Bacchus viri generosissimi, ne templi quidem portam ingressi, foris stabant alicubi, ipsi Deo potius purum et verum peragentes sacrificium, et pro aliis rogantes : Domine, Domine, dicebant, Deus Rex singulorum, exaudi vocem nostræ orationis, et propitius esto hæreditati tuæ. Parce, Domine, et ne eos dederis ad gloriandum adversario. Sed illumina, Domine, illumina oculos cordium eorum, et eos deduc ad tui agnitionem, qui nunc in tenebris ambulant ignorantiæ, et « mutaverunt gloriam tuam, qui es solus Deus, et alienus ab interitu, in similitudinem bestiarum, quadrupedum, et serpentium [1], » et a te defecerunt, et sacrificarunt eorum sculptilibus et nomen sanctum tuum contemptui habuerunt. Converte eos, Domine, et cognoscant mirabilia tua, et unigenitum tuum Filium, et Salvatorem nostrum, qui voluntaria cruce et morte nostram procuravit salutem. Porro autem nos quoque conserva alienos a reprehensione in via testimoniorum tuorum, et in custodia tuorum mandatorum. Atque quidem foris stantes extra portas templi, hæc precabantur, et sic Deum placabant.

[1] Rom. I, 23.

A ἀθανάτῳ βασιλεῖ καὶ Θεῷ παῤῥησίαν κ[illegible] ἄτε σκηνὴν μὲν τὸν τῇδε βίον καὶ παροι[illegible] τι ἄλλο τῶν εὐτελῶν ἡγούμενοι, ἔμποροι [illegible] τῆς ἑαυτῶν γινόμενοι σωτηρίας, καὶ τὴν ἐ[illegible] λοντι ζωὴν διὰ τῶν παρόντων πραγματε[illegible] ὥσπερ τινὰ πρὸς τὴν ἐκείνης κτήσεως [illegible] καὶ τέχνην τὰς θείας μετιόντες Γραφ[illegible] διὰ χειρὸς ἔχοντες. Ὅθεν οὐδὲ ἀνεκτὸ[illegible] φθόνῳ κατέστη, ἀλλὰ τινες τοῖς γεννα[illegible] ἄλλης ἀρετῆς καὶ δὴ καὶ τῆς εἰς αὐτὸ[illegible] παῤῥησίας χήναντες πρὸς ἐκεῖνον τὸν τῆς [illegible] αἴτιον βασιλέα, τοὺς ἄνδρας ἐνδιαβάλλο[illegible] ὠλιγωρήκασι μὲν ἐκείνου φιλίας, ἠλόγη[illegible] τῆς πρὸς θεοὺς θεραπείας, καὶ πρὸς ἑτέρ[illegible] σκείαν ἀπέκλιναν, Χριστιανοὺς ἑαυτοὺς κ[illegible]

B δούλους ἐπιφημίζοντες.

Β΄. Μαξιμιανὸς μέντοι καὶ αὐτὸς εἰδὼς [illegible] πολλάκις αἱ διαβολαὶ φθόνου αἰτίαν ἔχο[illegible] ἀλήθειαν, ἄλλως τε δὲ καὶ τὴν τῶν ἀλλ[illegible] ὁπόση μὴ ἀγνοῶν, ἀλλὰ καὶ τὴν οἰκείαν [illegible] καὶ αὐστηρίαν ἐπὶ νοῦν ἔχων· τοῦτο [illegible] μάλιστα διαφέρειν τῶν ἄλλων αὐτοῖς [illegible] καὶ ὡς εἰ τάχα καὶ τῆς εὐνοίας ἐκεῖνο[illegible] τῆς φιλίας ὑπεριδεῖν ἔκριναν, ἀλλὰ τὴ[illegible] ἐφοβήθησαν· ἀπίθανά τε ἡγεῖτο καὶ [illegible] μενα, καὶ ὅτι μὴ ἀβασανίστως τα[illegible] δεῖ, κατὰ λόγον ἐσκόπει. Τί οὖν [illegible] λότιμον καὶ πολυτελῆ παρασκευασ[illegible] θεῖν εἰς τὸ ἱερὸν ὅσον περὶ αὐτὸ [illegible] κοινωνῆσαί τε αὐτῷ τῆς θυσίας [illegible] γείλας, ἐντεῦθεν δοκιμάσαι τὸ [illegible]

C βουλὴν διεσκέψατο. Εἴσῃει μὲν οὖν [illegible] εἰσῃει δὲ αὐτῷ καὶ πολύ τι [illegible] τὸ ἱερὸν ἤθροιστο. Καὶ οἱ μὲν [illegible] διετέλουν, καὶ παρόντα τὸν Μαξιμιανὸν [illegible] Σέργιος δὲ καὶ Βακχος οἱ γενναιότατοι, [illegible] τοῦ ἱεροῦ προσβαλόντες, ἔξω [illegible] αὐτοὶ μᾶλλον Θεῷ τὴν καθαράν τε καὶ [illegible] τες θυσίαν, καὶ ὑπὲρ ἐκείνων δεόμενο[illegible] λέγοντες, ὁ βασιλεὺς τῶν αἰώνων, ἐπάκου[illegible] νὴν τῆς δεήσεως ἡμῶν, ἱλάσθητι τῇ κλη[illegible] Φεῖσαι, Κύριε, καὶ μὴ δῷς αὐτοὺς εἰς κα[illegible] ἀντικειμένῳ, ἀλλὰ φώτισον, Κύριε, [illegible] ἀφθαλμοὺς τῶν καρδιῶν αὐτῶν, καὶ εἰς [illegible] γνωσιν αὐτοὺς καθοδήγησον, οἱ ἐν σκότει [illegible] ἀγνοίας πορεύονται, καὶ ἠλλάξαντο τὴν δό[illegible]

D τοῦ μονογενοῦς καὶ ἀφθάρτου θεοῦ, ἐν ὁμοι[illegible] θηρίων, καὶ τετραπόδων καὶ ἑρπετῶν ἀπε[illegible] ἀπὸ σοῦ, καὶ ἔθυσαν τοῖς γλυπτοῖς αὐτῶ[illegible] ὄνομα τὸ ἅγιόν σου ἠθέτησαν. Ἐπίστρεψο[illegible] Κύριε, καὶ γνώτωσαν τὰ θαυμάσιά σου, κα[illegible] νογενῆ σου Υἱὸν καὶ Σωτῆρα ἡμέτερον [illegible] σταυρῷ καὶ θανάτῳ τὴν ἡμῶν ἐκραγμπ[illegible] τηρίαν. Καὶ ἡμᾶς δὲ ἀμώμους ἐν τῇ ὁδῷ [illegible] τυρίων σοῦ καὶ τῇ τῶν ἐντολῶν σου φυλ[illegible] ρησον. Οἱ μὲν οὖν ἔξω πρὸ τῶν πυλῶν τοῦ [illegible] τῶτες τοιαῦτα προσηύχοντο.

ιμιανὸς δὲ εἰσελθὼν, καὶ τῇδε κἀκεῖσε μενος, ὡς μόνους ἐκείνους Σέργιον οὐκ ἄκχον εἴσω τοῦ ἱεροῦ μετὰ τῶν ἄλλων πα- ε δὴ πίστιν ἀκριβῆ τὸ γενόμενον τῆς κατ' ὅλης ἐποιεῖτο. Καὶ εὐθὺς ἡ συνήθης ἀπή- αὶ ἀγριότης καὶ ἡ ὀργή· καὶ τί μέλλετε, παρεστῶτας· καὶ πολὺ ἀχθήτωσαν οἱ κα· μετὰ φοβεροῦ τοῦ κλεύσματος. Ἄγονται μακάριοι στολαῖς αὐταῖς καὶ χλανίσι καὶ τὸ μιᾷ γλώττῃ τὴν γλυκεῖαν ἐκείνην εὐ- ρέφοντες. Εἶτα τὴν ἀρχικὴν ἄρας ἀφρὺν ὁ καὶ σοβαρὸν αὐτοῖς καὶ ἄγριον ἐνιδὼν, ἔφη, παῤῥησίας οὐ κατὰ καιρὸν ἀπολαύ- ; ἐμῆς, ἄλλως τε δὲ καὶ τῇ πολλῇ ταύτῃ ἧς ἐκέχρήμεθα, εὐμενείᾳ, πολλὴν εὐήθειαν ις ἡμῶν, καὶ διὰ τοῦτο κατεπαρθῆναί τε ρου κράτους, καὶ ἀνόσιοι μὲν τὰ περὶ τοὺς οὺς, ἀχάριστοι δὲ περὶ ἡμᾶς ὀφθῆναι καὶ λλ' εἰ μὴ θύσετε καὶ θεοῦς ἅμα καὶ ἡμᾶς , ἐγὼ τὴν ἐμὴν ἱκανῶς ἰάσομαι μέμψιν· αὐτίκα χανερῶς εἴσεσθε, οἷας ἡμερότητος ῃνείας οὐκ ἐθέλοντες ἀπολαύειν, οἷόν μου ν ἄρτι καθ' ὑμῶν κεκινήκατε. Τούτων ; οἱ γενναῖοι, καὶ γνόντες ὅτι δῆλοι πάν- τῷ βασιλεῖ γεγόνασι, καὶ ὅτι κρύπτειν ἔτι ιαν ἥκιστα χρὴ καὶ τὸν καιρὸν παριέναι, ιοσιεύειν μᾶλλον ὡς οἷόν τε, καὶ πολλὴν ῖς εἰσφέρειν τὴν παῤῥησίαν ἐλευθέρᾳ καὶ γλώττῃ. Θεὸν μὲν ἀληθῆ τὸν Χριστὸν ὡμο- Εἴδωλα δὲ τοὺς αὐτῶν θεοὺς καὶ χειρῶν ἀν- ἔργα πνοῆς ἔρημα καὶ κωφὰ καθαρῶς ἀνεῖ- δὲ ὑμῶν, λέγοντες, ἀργύριον καὶ χρυσίον ῶν ἀνθρώπων, » καὶ ὅσα ἑξῆς ἐπιλέγοντες, Ἡμεῖς, ὦ βασιλεῦ, τοῦ τόσοι μόνον ὀφείλο- εἰς τὴν ἐπίγειον ταύτην στρατείαν εὐγνωμο- ῃτεῖν, καὶ τὴν ἀνήκουσαν ἑκατέρῳ τάξιν ν. Οὔτε δὲ τοῖς κωφοῖς τούτοις καὶ ἀψύχοις μεν, οὔτε τοῦ ἡμετέρου καὶ ἀληθῶς Θεοῦ στησόμεθα, κἂν εἰ καὶ χαλεπώτερον ἀγριά- εἰ μηδὲν εἰς ἡμᾶς φιλάνθρωπον ἐπιδείξῃς. σιδήρῳ καὶ πυρὶ καὶ ταῖς ἄλλαις παρα- ίσεσι. Τί γὰρ ἰσχυρότερον εὐσεβείας ἢ τοῦ ς πάσχειν μακαριώτερον;

; ταῦτα ὀξύτερον καὶ Μαξιμιανὸς κινηθεὶς, κι μὲν αὐτοὺς τὰ παράσημα τῆς ἀρχῆς λεύει· ἐσθήματα δὲ γυναικεῖα μεταμφια- καὶ σιδηροῖς κλοιοῖς ἅμα περιαυχενι- ιὰ μέσης τῆς ἀγοιᾶς μέχρι τῶν βασιλείων εσθαι. Ἤγοντο μὲν οὖν εὐθὺς οἱ μακάριοι ρέαν ὄντως ἐκείνην ὁδὸν καὶ εἰς Χριστὸν ουσαν, οὐκ αἰσχύνην εἶναι τὸ πρᾶγμα νο- ἀλλ' ὡς τὴν εὐσέβειαν μᾶλλον ἐν ἑαυτοῖς οντες, περιφανῶς βαρυνόμενοι. Καὶ τοὺς ἡ πορεία, τὰ χείλη δὲ εὐχαριστία εἶχε ὸς Θεὸν ὁμιλία καὶ δέησις. Ἔλεγον γάρ, ὶ πορευθῶμεν ἐν μέσῳ σκιᾶς θανάτου, οὐ ιεθα κακά, ὅτι σὺ μεθ' ἡμῶν εἶ, Κύριε. »

A III. Maximianus interea templum ingressus, cum huc et illuc circumspexisset, solos vero illos, Sergium et Bacchum, non vidisset templo adesse cum aliis, tunc id, quod fiebat, statuit aperte probare eam, quæ in ipsos intendebatur, accusationem : protinusque exarsit consueta illius sævitia, feritas et ira : et, Quid cunctamini? dixit iis qui astabant : et frequenter repetiit illud. Ducantur exsecrandi, cum jussu terribili. Ducuntur ergo martyres cum iisdem vestibus, tunicis, et zonis, una lingua versantes illam dulcem precationem. Deinde imperator principis extollens supercilium, superbeque et torve eos intuens : Videmini, inquit, non in tempore mea esse abusi fiducia, et propter hanc, qua in vos usi sumus, benevolentiam nos magnæ damnasse stultitiæ, et contra nostram insurrexisse potentiam, et impii quidem esse in deos ipsos, ingrati autem in nos et injusti. Sed nisi sacrificaveritis, et deos, et nos simul placaveritis, ego meæ satis medebor querelæ; et vos statim aperte scietis, summa benignitate et mansuetudine frui nolentes, qualem meam in vos iram nuper movistis. Hæc cum viri illi præclari audiissent et cognovissent se jam omnino manifestos, evasisse imperatori, et non oportere amplius celare pietatem, et occasionem præterire, sed potius quam possunt maxime publicare et pro ipsa magnam afferre fiduciam et dicendi libertatem, libera anima et lingua Christum Deum verum sunt confessi : simulacra autem eorum deos, et humanarum manuum opera, spiritu carentia et surda, manifesto ostenderunt : « Dii vestri, dicentes, argentum et aurum, opera nanuum hominum [2] : » et subjungentes ea, quæ deinceps sequuntur : et, Nos, o imperator, hoc solum tibi debemus, ut in hac terrena militia tibi grato animo inserviamus, et quod utrique mandatum fuit munus, impleamus. Neque vero his surdis et inanimis diis sacrificabimus, neque a nostro et vero Deo solo deficiemus, etiamsi supra modum effereris, etiamsi in nos nullam ostendas humanitatem : sed et ferro, et igni, et aliis tradideris suppliciis. Quid est enim pietate fortius, aut quam pro ipsa pati beatius?

IV. His vehementius motus, Maximianus jubet eis quidem statim auferri insignia magistratus : mulieribus autem vestibus indutos, et collaribus ferreis simul in collo circumdatos, per mediam duci civitatem usque ad ipsam regiam. Atque statim quidem ducebantur sancti ad beatam illam, quæ vere est, viam, et quæ ducit ad ipsum Christum, non eam rem existimantes esse dedecus; sed tanquam impietatem dedecore magis afficerent, aperte gloriantes, et sibi placentes. Et ingrediebantur quidem pedes, labra autem versabantur in gratiarum actione, et cum Deo consuetudine et precatione. Dicebant enim : « Etiamsi ambulaverimus in medio umbræ mortis, non timebimus mala,

quoniam tu nobiscum es, Domine [3]. » Propterea exsultabit anima nostra in te, quoniam induisti nos vestimento salutaris, et tunica lætitiæ circumdedisti nos. Sed exsurge. Domine, in adjutorium nostrum, et redime nos propter nomen tuum. Nondum finitæ erant preces, et producti fuerunt coram imperatore, qui e templo redierat in regiam. Ille ergo cum assentationem cum consueta contemperasset sævitia, et vellet simul lenire pudorem, quo affecti erant, ut videbatur, ex hac eis illata ignominia : Grave est, et valde grave, o vos qui adestis, dicebat, maximos honores tam leviter et inconsiderate prodere. Solent enim ea, quæ immeritis feliciter succedunt, stultos non tam incitare ad benevolentiam, quam erigere ad temeritatem adversus benefactores. Isti enim, ut videtis, magnam apud nos gloriam consecuti, nostramque adepti amicitiam, et maximam fiduciam, et nobiscum loquendi potestatem, adeo ut non solum ipsi primas partes ferrent in familiaritate, sed alios quoque nobis possent facere familiares, beatosque brevi reddere, et suspiciendos, horum omnium obliti, postremo maximis quoque diis, et ipso Jove contempto, qui omnium quidem opifex, omnium autem deorum et hominum pater esse dicitur, Jesum prætulerunt, qui dicitur fuisse filius mulieris et fabri, et ad crucem cum duobus maleficis fuit damnatus a Judæis, et subiit mortem revera acerbissimam. Sed ego sum omnino causa omnium, qui cum vellem esse supra modum benignus, eos feci amicos et socios felicitatis.

V. Cum hanc tam vehementem intendisset orationem, eos rursus blandis verbis conans illicere, eosque benigne ac amice intuens : Sed si iidem, inquit, nunc quoque estis Sergius et Bacchus, neque vestram mentem invidus occæcavit dæmon, revereamini magnam auctoritatem, revereamini puram et non falsam amicitiam, neque conspiciamini vos in deos tam impie gerere, novam et insolitam inducentes religionem, et in eorum cultu a nobis discidentes, quos oportet etiam usque ad ipsam mortem in amicitia nobiscum conspirare. Nam ego quidem cum gravioribus uti possem suppliciis, et tyrannice vobis, o amici, vim inferre : (adhuc enim consueta utar appellatione) attamen, o dii, revereor amicitiam, et propterea retardo cruciatus, et vim lubens differo.

VI. Hæc cum audiissent viri egregii, scite, placite et plane dixerunt : Quod tuæ quidem non simus obliti amicitiæ, nec fuerimus ingrati in tua beneficia et honores : sed te et amemus, si ullum alium, et dominum existimemus, et tu sis nobis omnia, signum est manifestum, quod et fideliter hucusque servivimus, et tecum diligenter rempublicam sustinuimus, neque ulla in re, nec parva, nec magna, conspecti sumus ingrati, neque aliquid prodidimus, aut negleximus, eorum quæ oportet.

[3] Psal. XXII, 4.

φροσύνης ἐδέχοννο, καὶ ψυχρὸς
ἐδείκνυτο, καὶ ἀπαθεῖς κακῶν
ρας. Καὶ οὐ μέχρι τούτου τὸ
καὶ τῶν περιεστηκότων οὐκ ὀλίγους
ὑπηγάγετο, καὶ αὐτὸν δὲ τὸν
C καθαρῶς πρὸς θεοσέβειαν εἷλκυσε,
γισμοὺς ἐκείνου διέσεισε, καὶ
ἐπιδοιάζειν πεποίηκεν. Ὅμως,
εἰπεῖν, ὁ Αἰθίοψ οὐκ ἐλευκάνθη
ὀρθὰ βαδίζειν οὐκ ἐδιδάσκετο. Ὃς
μὲν οἱ ἀθληταὶ, ἡττᾶτο δὲ ὁ δυσσεβὴς,
αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων. Καὶ τῆς εἰς Χ
γίας οὐχ οἷός τε ἦν, ἐπὶ τὰ οἰκεῖα
ήθη χωρεῖ καὶ κατὰ μόνου τοῦ
ὁπλίζεται, καὶ τὰς τῶν ὀμμάτων
κοπῆναι προστάττει (φεῦ ὁ τοὺς τῆς
φλώττων ὀφθαλμοὺς), καὶ τὰ ὄμοι
διὰ τῆς τιμωρίας ταύτης
καὶ τῆς ὀμαίμονος ἐντεῦθεν διαχαυνῶσαι τὴν εὐτολμίαν, μηχανώμενος, ἀλλ' ἠλέγχθη
κενὰ καὶ μάταια κατὰ τῶν τοῦ Χριστοῦ δούλων ἐπινοῶν.

XI. Postridie autem jubet martyrem Eulampiam sublime suspendi capillis. Est autem hoc gravissimum supplicium, sed Christi ancillæ deliciis suavius existimabatur. Unde etiam ei preces admiscens dicebat : Ago tibi gratias, Deus meus et creator, quod me tuam ancillam dignatus sis pro te susceptis ornare tormentis. Cum autem per omne genus supplicii oporteret athletas pervadere, etiamsi tanquam tela infantium reputabantur, quæ eis inferebantur, fornacem accendi jubet præses, illa Chaldaica nihilo inferiorem, et ad eam ducta est materia quæ erat alitura sic accensam, lictoribus omne studium ad hoc conferentibus. Cum autem

D ΙΑ'. Τῇ ἑξῆς οὖν τὴν μάρτυρα τῶν
ωρεῖσθαι κελεύει. Δεινὴ δὲ τιμωρία
δεινὰς κατά τε μηνίγγων καὶ ἰνῶν
ένιεῖσα τὰς ἀλγηδόνας· ἀλλὰ τῇ τοῦ Χ
τρυφῇ ἡδίων ἡ βάσανος ἐνομίζετο, ὅθεν
αὐτῇ προσαναμιγνῦσα, Εὐχαριστῶ σοι,
μου καὶ δημιουργὲ, ὅτι με τὴν σὴν δ
ταῖς ὑπὲρ σοῦ τιμωρίαις ἐγκαλλωπίζεσθ
δὲ καὶ ἔδει διὰ πάσης τιμωρητικῆς
ἀθλητὰς διελθεῖν, κἂν ὡς νηπίων βέλη
ἐπαγόμενα ἐλογίζετο, κάμινον ἐκκαῆναι
ἡγεμὼν, οὐδὲν τῆς Χαλδαϊκῆς ἐκείνης
καὶ ἤγετο πρὸς ταύτην ὕλη τρέφειν

μένην, παντοίαν τῶν δημίων εἰς τοῦτο καταβαλλομένων. Μετεώρου δὲ τῆς νης ὡς μακρόθεν καταπλήττειν τοὺς εσθαι τοὺς μάρτυρας ὁ δικαστὴς κε- ῆς καμίνου μέσον ὠθεῖσθαι. Προσ- μάρτυρες, ὁ μὲν θεῖος Εὐλάμπιος, διὰ λμοὺς ἐκκεκόφθαι, ὑπό τινων διαβα- ή δὲ γενναία Εὐλαμπία καὶ μετὰ ήρσους προτρέχουσα ὡς εἰς θάλαμον, ν ἐλευσομένη, ὡς δὲ καὶ τῷ πυρὶ παρ- ρλὸξ αὐτοὺς οὐδὲν ἐλυμήνατο, ἀλλ' ἀψίδος κυρτωθεῖσα, καὶ πολλῇ τῇ τὸ μέσον ἀπολαβοῦσα, καθάπερ ἐν ιστάδι τοὺς ἀθλητὰς ἐθαλάμευε, καὶ ς καυστικὸν, εἰς αὔραν δροσίζουσαν οἱ μάρτυρες ὡς ἐν λειμῶνι δροσώδει χορεύοντες, τὴν ᾠδὴν ἐκείνην τὴν καὶ θεοδίδακτον τῶν παίδων ᾖδον.

αὖτα πάλιν ὁ τύραννος, καὶ ἔτι διη- τῇ τοιαύτῃ τερατουργίᾳ, παρεῖτό τε καὶ πρὸς ἐσχάτην ἀμηχανίαν ἐξέπι- ῖς ὅλοις ἀπαγορεύσας, τὴν ἐσχάτην ν τοῖς ἀθληταῖς ἐπιψηφίζεται τιμω- ιοῦ ξίφους φημὶ τελευτήν. Εὐθὺς οὖν ιτῳ δεσμῶται ἀπάγονται, καὶ ὁ μὲν ιμως τὴν διὰ τοῦ ξίφους τελείωσιν οὐρανοὺς στεφανίτης ἀνήγετο. Ἡ δὲ καὶ κοινωνὸς τῶν ἀγώνων, τελειοῦται ξίφους καὶ μάρτυς ἀπηρτισμένη κατὰ ιεται, οὐκ ἀπεικὸς τοῦτο τῆς τοῦ Θεοῦ μησάσης, ἀλλ' ἵνα μηδὲ σώματος κα- παθῶν ἐπιμιξίαις ἀνεπάφου, χεῖρες ίσωσι, μᾶλλον δὴ τῆς ἑαυτῶν σφαλῶ- κείνης ἀποτυχόντες τῆς τιμωρίας δι' ήν μάρτυρα ᾤοντο. Ταῦτα τῶν ἀητ- ων Χριστοῦ τὰ παλαίσματα· τοῦτο ιν τὸ πολύευκτον πέρας· τούτους ἐν αἱ νοεραὶ πᾶσαι δυνάμεις, ἐπευλό- τριάρχαι, ἀπόστολοι ᾖνεσαν, καὶ μάρ- ιμίλλους τῶν πόνων, καὶ τῆς αὐτῶν ιολογίας, ἱερὰν προσθήκην ἐδέξαντο. Ἀγωνοθέτης ὑπὲρ οὗ τὸ πάσχειν προεί- ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων μαρτυρι- ησαν, καὶ αὐτὸς ἐνώπιον τοῦ Πατρὸς γγελμα ἀνεκήρυξε, καὶ κοινωνοὺς τῆς τῆς βασιλείας εἰργάσατο. Ὅτι αὐτῷ δόξα, τιμὴ καὶ κράτος, μεγαλωσύνη τε ρέπεια, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας Ἀμήν.

A flamma esset adeo in altum sublata, ut etiam eos qui procul cernebant stupefaceret, jubet judex adduci martyres, et trudi in medium fornacem. Adducti sunt ergo martyres: divinus quidem Eulampius, propterea quod fuerant ei eruti oculi, a quibusdam portatus; generosa autem Eulampia cum magna accurrens audacia, tanquam thalamum, non fornacem ingressura. Cum autem igni fuissent traditi, flamma eos nihil læsit, sed statim, instar absidis, incurvata et diligenter cavens ne medium interciperet, tanquam in jucundissimo thalamo athletas continebat, et naturæ suæ ardorem in auram irrorantem convertebat. Martyres vero tanquam in prato roscido et amœno choreas agentes, illud descriptum et divinitus edoctum, puerorum, B inquam, canebant canticum.

XII. Ad hæc rursus tyrannus et magis dubitabat, et hoc prodigio plane evaserat solutus et imbecillis, et redactus erat ad extremam consilii inopiam. Deinde cum omnem spem penitus abjecisset, in athletas ultimum statuit supplicium, nempe ut vitam finirent gladio. Protinus ergo vincti abducuntur ad mortem. Et martyr quidem cum prompto et alacri animo sublisset gladio consummationem, in cœlos coronatus extollitur: ejus autem soror et socia certaminum, etiam ante gladium consummatur, propositoque et animi instituto fit perfecta martyr. Hoc autem non ab re providit Dei sapientia, sed ut corpus mundum et a vitiorum consuetudine inta- C ctum manus immundæ non tangerent, atque ut sua spe impii frustrarentur, cum ab eo inferendo excidissent supplicio, per quod putabant se punituros martyrem. Hæc sunt invictorum Christi martyrum certamina et hic est optandus finis insignium athletarum. Illos bearunt quidem omnes virtutes intelligentes, benedixerunt patriarchæ, laudarunt apostoli et martyres, ut eis pares in laboribus et æquales in confessione sacrosanctum acceperunt additamentum. Ipse autem Agonotheta et Dominus, pro quo pati constituerunt, et quem coram hominibus martyrice confessi sunt, ipse, inquam, coram Patre eos præconio honoravit, sicut est pollicitus, gloriæque et regni cœlorum socios fecit: quoniam eum decet omnis gloria, honor et adora- D tio, nunc et semper, et in sæcula sæculorum Amen.

—

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ

ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΜΑΡΤΥΡΩΝ

ΠΡΟΒΟΥ, ΤΑΡΑΧΟΥ

ΚΑΙ ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΥ.

—

MARTYRIUM

SS. MARTYRUM

PROBI, TARACHI ET ANDRONICI.

(Latine apud Surium ad diem 11 Octobris, Græce ex cod. ms. Paris. n. 1480.)

—

I. Diocletianus tenens Romanorum imperium, vir qui errori cultus dæmonum erat mirum in modum addictus, volebat quemlibet Christianum abjurare pietatem veramque religionem, litteris et edictis per universum orbem terræ spargens hanc impiam vanitatem. Ea de causa multis quidem ex fidelibus labefactabatur animus : alii autem metu tormentorum, quorum minæ fuerant intentatæ, in solitudinibus latebant et montibus. Piis enim ubique erant tensa retia et laquei. Tunc vero fortissimi Christi milites, qui tres quidem erant numero, et genere solo et differentia patriæ dividebantur (Taracho enim primo martyrum, patria erat urbs Claudii Cæsaris ; Probo vero, quæ ad Orientem sita est, Pamphylia ; Andronico autem ætate tertio, insignis metropolis Ephesiorum), in Deum autem charitate et fide unum esse aperte cognoscebantur : cum vel solum versari cum impiis, reputassent sese abnegare pietatem, seipsos separantes a communi multitudine, tacite, et per se alebant suum in Christum desiderium. Cæterum vel ipsam vitam non putabant vitalem, nisi essent Christi passionum propter Christum participes. Scopus autem erat eis suæ ad Deum orationis, a martyrio minime excidere, et non facere Christi jacturam, quem pro omnibus habere delegerant.

II. Cum versarentur in his beati athletæ, mittitur in partes illas quidam præses ab imperatore, nomine Maximus, vir qui ad extremam processerat in dæmonibus colendis superstitionem, et cujus crudelitas jactabatur vulgi testimonio. Is cum ad Tarsensium venisset civitatem, protinus ad examinationem sedit in excelso tribunali judicans, aut

A Α'. Διοκλητιανὸς τὴν αὐτοκράτορα [illegible]
πων ἀρχὴν ἀνὴρ σφόδρα περὶ τὴν [illegible]
νην ἐπτοημένος πάντα Χριστιανὸν [illegible]
εὐσέβειαν ἐδιάζετο, γράμμασί τε [illegible]
ἀνὰ τὴν οἰκουμένην πᾶσαν, τὴν [illegible]
ἐξαπλοῦν ματαιότητα· ταύτητοι καὶ τῶν [illegible]
πιστῶν τὴν διάνοιαν ἐσαλεύοντο, ἄλλοι δὲ [illegible]
ἠπειλημένων βασάνων, ἐν ἐρημίαις [illegible]
κρύπτοντο, παρρησιάζεσθαι μὴ δυνάμενοι [illegible]
βειαν, πανταχοῦ γὰρ τοῖς εὐσεβέσι [illegible]
παγίδες περιεπήγνυντο. Τότε δὴ καὶ τ[illegible]
γενναιότατοι στρατιῶται, τρεῖς μὲν τ[illegible]
ὄντες, καὶ γένει μόνῳ καὶ πατρίδος [illegible]
μενοι, τῇ δὲ πρὸς Θεὸν ἀγάπῃ καὶ [illegible]
διαφανῶς γνωριζόμενοι· Ταράχῳ γὰρ [illegible]
B τῶν μαρτύρων, ἡ Κλαυδίου Καίσαρος [illegible]
ἐγνωρίζετο, Πρόβῳ δὲ ἡ πρὸς ἕῳ [illegible]
λία, καὶ Ἀνδρονίκῳ τῷ τρίτῳ καθ' ἡλικ[illegible]
σίων περιφανὴς μητρόπολις. Οὗτοι καὶ [illegible]
ἀσεβῶν διαγωγὴν μόνην, εὐσεβείας ἀρ[illegible]
μενοι, τοῦ κοινοῦ πλήθους ἑαυτοὺς [illegible]
ἡσυχῇ καὶ καθ' ἑαυτοὺς τὸν πρὸς Χρ[illegible]
ὑπέτρεφον, οἷς καὶ ὁ βίος ἀβίωτος ἐνομίζ[illegible]
τῶν τοῦ Χριστοῦ παθημάτων διὰ Χρ[illegible]
σουσι. Σκοπὸς δὲ τῆς πρὸς Θεὸν αὐτοῖς [illegible]
τὸ μὴ τοῦ μαρτυρίου διαμαρτεῖν καὶ [illegible]
Χριστὸν, ὃν ἀντὶ πάντων ἔχειν προείλοντο.

B. Ἐν τούτοις τῶν μακαρίων ἀθλητῶν [illegible]
φομένων στέλλεταί τις παρὰ βασιλέως [illegible]
ματι Μάξιμος, ἀνὴρ, εἰς ἔσχατον [illegible]
C ἑλληλακὼς, καὶ πολλὴν ἔχειν τὴν ὠμότητα [illegible]
μενος. Ὃς τῇ Ταρσέων ἐπιδημήσας, [illegible]
καὶ τὴν ἡγεμονίαν κεκλήρωτο, εὐθὺς πρὸς [illegible]
ἐπὶ μετεώρου καθῆστο τοῦ βήματος, [illegible]

να διατιθεὶς ὡς οἷόν τε χαλεπώτατα, τι πλῆθος παρειστήκει δημίων, τοῖς κσι καὶ σχήμασι τὸ εὐπειθὲς ὑποφαί- ῶν τοῖς τηνικάδε δεισιδαίμοσιν οἱ σεβείᾳ δῆλοι γεγόνασι, καὶ θεσμοῖς συνελαμβάνοντο, οἱ τὴν τούτων φυ- μένοι, τὰ κατ' αὐτοὺς τῷ δικάζοντι δὲ κοινῇ μὲν αὐτοὺς παραστῆναι ἕνα δὲ μᾶλλον εἰσάγων, τὴν ἐξέτα- κούργῳ σκέψει περὶ τοῦτο διατε- ι μᾶλλον ἑλεῖν τοὺς ἀηττήτους αὶ πρῶτος μὲν ὁ καθ' ἡλικίαν ἦν, παρελθὼν εἰς μέσον, ἐρωτηθεὶς Χριστιανὸν ἑαυτὸν ὡμολόγησεν, μο- ρὸς τὸν ἄδικον δικαστήν, ὡς Ὅπερ σὺ λημα, τοῦτο κόσμος ἐμοὶ καὶ ὄνομα δὲ καὶ τὸ ἐκ τῶν γονέων ἐπικληθὲν μαθεῖν καὶ τοῦτο φιλονεικεῖς, Τάρα- ι, στρατιώτης δὲ ὤν, ἠρνησάμην τὸ θαι, ἐπείπερ τὰ ὅπλα τῶν Χριστια- σαρκικά, ἀλλὰ δυνατὰ τῷ Θεῷ καθὰ πρὸς καθαίρεσιν τοῦ ἀντικειμένου ούλει· ἔσομαι γάρ σοι διὰ τὸν ἐν ἐμοὶ ὶ Τάραχος, καὶ μήτε τοῦ γήρως ἐμὲ ὑπομίμνησκε τῇ προθυμίᾳ νεάζοντα, ίαν τῶν σῶν βασιλέων, πατρῷον ἀπο- ῖς γὰρ ἡμῶν καὶ ἀληθὴς Πατήρ, ὁ ῖς το εἶναι παρήγαγεν, οἱ δὲ σοὶ θεοὶ ὄντες, βδελύγματά εἰσι· τοιαῦτα γὰρ ιλέως σεβάσματα.

τὴν ὀργὴν ἀνάψας τοῦ δικαστοῦ, ὡς ούς τε καὶ τοὺς βασιλεῖς παροινῶν, ὰ τῶν σιαγόνων ὕβριν ὑφίσταται, εἶτα αὐχένος ἐπὶ πολλαῖς ταῖς ὥραις ἐτύ- τὴν θέαν μόνην οἱ παρεστῶτες ἠδύ- ν, διὸ καὶ νουθετεῖν ἐπεχείρουν, ἵνα ις ὡς αὐτοῖς ἐδόκει μετάθηται, πρὸς καὶ σφόδρα γε εὐφυῶς, Ἓν ἑξήκοντα ν μωρίαν ταύτην φιλοπόνως ἀσκήσας χρονίως κτηθὲν, οὕτω ῥᾳδίως ἀπώσο- ὸν ὑπὲρ εὐσεβείας τοῦτον ἀγῶνα, καὶ ὃν τὸν ἀληθινὸν Θεόν μου πεποίθησιν, λλος Μάξιμος ἀπειλῇ, τούτου πολλῷ καὶ χαλεπώτερος. Τῶν μαρτυρικῶν ὁ παράνομος δικαστὴς τὸ πεπαῤῥη- ἐνεγκὼν, ῥάβδοις ὠμῶς καταικίζε- ητὴν ἐπιτάττει. Ὡς δὲ μετὰ τὰς πλη- λλον τὴν ψυχὴν ἀκλινέστερος, βαρυτέ- ον περισχεθεὶς τοῖς διὰ σιδήρου δεσμοῖς ν ἀπήγετο.

ὁ καθ' ἡλικίαν δεύτερος παρήχθη τῷ ητὶ καὶ συνηγμένος πάντα εἰπὼν ἵνα ῃ παθεῖν, ἔφη γὰρ τὴν μὲν θείαν καὶ οσηγορίαν καλοῦμαι Χριστιανὸς, τὴν ε, Πρόβος. Θρᾷξ εἰμὶ τὸ γένος ἰδιώτης τῶν βασιλέων καὶ τὰς σὰς, ὦ δικαστὰ,

A certamen potius parans longe difficillimum. Illi autem assistebat magna multitudo lictorum, qui illius nutibus et gestibus se prompte parituros esse significabant. Cum ergo iis qui tunc erant cultores dæmonum martyres propter veram religionem evasissent manifesti, et jam comprehensi fuissent, iis quibus hoc incumbebat officium, judici de illis significarunt. Ipse autem vetuit quidem eos sisti communiter, sed singulatim potius introducens, eos examinabat, maligno hoc agens consilio et cogitans fore ut invictos sic facilius expugnaret. Et primus quidem, videlicet ætate, Tarachus in medium accedens, cum rogatus esset quisnam vocaretur, seipsum confessus est esse Christianum, intrepide dicens injusto judici: Quod tu, tanquam B crimen, persequeris, hoc est mihi ornamentum et nomen proprium. Quoniam vero id quoque quod a parentibus mihi fuit impositum vis scire, vocor Tarachus. Cum autem essem miles, inferne abnegavi militare, quoniam arma nostra, qui sumus Christiani, non sunt carnalia, sed « Deo potentia (ut dicit Paulus) ad destructionem adversarii [1]. » Fac ergo quod velis; ero enim tibi per Deum qui est in me stimulus et perturbatio. Et nec me senectutis et canorum admoneas, qui sum juvenis animi alacritate: neque quod inconsiderate et præter rationem fit a tuis imperatoribus, id voces legem patriam. Unus est enim noster et verus Pater, Deus, qui nos etiam produxit ad essentiam. Tui vero dii cum sint ligna et lapides, sunt abominationes. Talia sunt quæ a tuo imperatore coluntur simulacra.

C III. His accendens iram judicis, ut qui diis insultaret et imperatoribus, in maxillis protinus subiit injuriam: deinde etiam in collo multis horis fuit verberatus. Quod spectaculum ne poterant quidem ferre ii qui aderant: quocirca aggrediebantur etiam admonere, ut stulte loqui, sicut eis videbatur, desisteret. Quibus martyr scite admodum et apposite: Cum sexaginta, inquit, totos sex annos diligenter hanc stultam exercuerim locutionem, hora una, quod tam longo tempore est acquisitum, expellam? Nequaquam per hoc, quod pro pietate suscipio certamen, et per meam in Christum verum Deum fiduciam, neque si nobis alius minetur Maximus, hoc longe gravior et importunior. Harum martyris vocum libertatem non ferens iniquus ju- D dex, jubet ipsum virgis cædi crudeliter. Cum autem post plagas maneret animo immobilis, gravioribus quam prius ferreis adstrictus vinculis, abductus est in carcerem.

IV. Deinde is quoque qui erat secundus ætate productus est ad tribunal. Ille autem citra moram et paucis dixit omnia, ne differret pati. Divina quidem, inquiens, et præcipua appellatione vocor Christianus, humana autem Probus. Sum Thrax genere, homo privatus, imperatorum et tuas adversus

ων λαβὼν, πάλιν αὐτοὺς καθ' ἕνα τῇ
ι καὶ νῦν χρώμενος παρῆγε τῷ βήματι·
Τάραχος παραστὰς μετὰ πολλῆς τῆς
ὸν ἡγεμόνα, τοὺς αὐτοκράτορας, τοὺς
ιστάτους θεοὺς, ἐξελέγχει καρτερικώτα-
ὶ λίθοις τὸ στόμα συνθλάττεται, καὶ
αῖς χερσὶν οὐκ ἀγεννῶς δέχεται. Εἶθ'
ιλοῦ κατὰ κεφαλῆς ἀναρτηθεὶς, μετέω-
ῦ καπνοῦ πικρότητα τῶν ῥινῶν διαδυο-
ται βάσανον, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ προσθή-
ῷ τούτῳ ἐπιτιθέντες, ὄξους καὶ ἁλῶν,
ν σπερμάτων μίξεσι δριμυτέρου κρά-
ου, τὸ ἐντεῦθεν συγκραθὲν, ὠμοτάτως
ου διηθοῦσι ῥινῶν. Ὁ δὲ τῇ ἀνυποίστῳ
ἐγκαρτερῶν, καὶ τὸν πῦρ ψυχρὸν ἐν
τοῦ αἰωνίου πυρὸς, γλυκεῖαν δὲ λογι-
ριμεῖαν ποιότητα, οὕτω τῷ δεσμωτηρίῳ
ετος παραδίδοται.

ερος μετ' αὐτὸν ὁ Πρόβος τῷ δικαστῇ
ωμῳδῶν τοὺς ἐκείνου γελοίους θεοὺς
Ἕλλησι μυθολογουμένων, τῶν αὐτο-
ς ἐπίσης τὰ ἄθεσμα καὶ διαπραττυ-
αὶ ἐγκελευομένων. Μὴ δὲ τὸ βραχὺ
πτόμενος δὲ καὶ αὐτὸς τὸ στόμα καὶ
ίτῃ καθαπερεὶ σκιρτῶν τε καὶ ἐναλλό-
πὶ σιδήρου πεπυρακτωμένου στάσιν
Ἐπεὶ δὲ εὐφραίνειν ἐῴκει μᾶλλον
βάσανος αὕτη τὸν μάρτυρα, πυρωθῆ-
ιον ὁ δικαστὴς τὸν σίδηρον ἐπιτάττει,
τούτῳ τὸν ἀθλητὴν ὅτι τάχιστα, ἐξ
διακονουμένων οὐκ ἐκ θειοτέρας ἄνωθεν
τοῦ μάρτυρος εἶναι καρτερίαν ὑπολα-
ον τοῦτον ἀποκαλοῦντες τοῦ ἀθλητοῦ,
οιῶν ὡς ἀνοήτου καταγελῶντος τοῦ
κατὰ τούτου πληγὰς ὁ γελώμενος ἐμ-
ει, καρῆναί τε τὴν κόμην αὐτῷ καὶ
τάφων ἄνθρακας πορὸς ἐντεθῆναι, καὶ
αθῆναι πρὸς ἐκτομὴν ἐγκελεύεται. Τοῦ
ἑτοίμως ταύτην προτείναντας, ἤκουε
ς παρ' αὐτοῦ, ὡς Ἔστί μοι γλῶσσα
πεφυκυῖα, καὶ ἄλλως ἀθάνατος,
καὶ τῆς φωνῆς τοῦ αἵματος Ἄβελ
ῦτον παρέπεμψεν.

τὸν θεσπέσιον Ἀνδρόνικον μεταβὰς
πεισθεὶς, ὡς πᾶν εἶδος βασάνου αὐτῷ
καὶ ἀνήνυτον, ἐπὶ τὴν ἀπάτην ἐτρά-
ς αὐτὸν ἔφη. Πρᾶξόν τι συνετὸν, καὶ
τῶν ἀνηκέστων παθεῖν. Τί γὰρ καὶ οἱ
ῆς ἐνστάσεως αὐτῶν ἀπώναντο τῆς
αὶ μόγις μετὰ τὰς πολλὰς βασάνους,
φέρον μεταμαθόντες, καὶ τοὺς θεοὺς
; Ὁ δὲ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς πρὸς ταῦ-
ὲ, φησὶ, ἔπεισας, κακείνους πεπεῖσθα,
ἀπειθὴς ἐγὼ (μὴ γὰρ ἄν ποτε ἐκ-
ῦ, μηδὲ οὕτω μανείην), τὴν ἐμὴν
τῆς ἐκείνων εὐσταθείας ἐνέχυρον. Εἷς
ὁ εὐσεβὴς λογισμὸς, ἐπεὶ καὶ πάντες
Χριστῷ Ἰησοῦ. Πρὸς ταῦτα πάλιν ὁ
βοώσης ἀκούειν εἰπών· ταύτην ἐκτεμὼν ἐκεῖνος, τῷ

A rum hanc pulcherrimam sumpsisset experientiam, rursus eos singulatim, priori quoque tunc utens ordine, produxit ad tribunal. Rursusque assistens Tarachus cum maxima dicendi libertate, præsidem, imperatores, ipsorumque deos esse maxime imbecillos arguit fortissime. Unde etiam corpus confringitur lapidibus, et ignem manibus accipit non pusillo et abjecto animo. Deinde sublimis præcepsque suspensus ex fumo nares acerbissime permeante excipit tormentum. Quinetiam huic rei tam gravi adjungentes accessionem, cum aceti et salis et acerrimorum seminum mistionibus facta esset acrior temperatio, quod hinc fuerat contemperatum, per illius nares crudelissime percolant. Ille autem hoc intolerandum tormentum fortiter ferens, et

B ignem quidem frigidum, si cum igne æterno conferatur, reputans, dulcem autem illam acerbam qualitatem, sic rursus ferro vinctus conjicitur in carcerem.

VII. Secundus post eum Probus sistitur ante judicem, ridiculos quidem illius deos ludificans ex iis quæ Græci de ipsis fabulantur, imperatores autem, ut qui ex æquo nefaria simul facerent et juberent. Verberatus vero ipse quoque in os, et hoc tormento veluti exsultans et exsiliens, condemnatur stare super ferrum candens. Cum autem hoc tormentum videretur potius lætitia quam molestia afficere martyrem, jubet judex ferrum magis candefieri, et super id quam primum imponi athletam, et ex negligentia ministrorum, non ex divino auxilio, existimans esse martyris fortitudinem. Illud

C autem frigidum vocabat athleta, et judicis inventa tanquam stulti irridebat. At in dorso plagas is qui irridebatur, contra furiose imponit, jubetque ei tonderi comam, et carbones ignis immitti in tempora, et linguam extrahi ut amputaretur. Martyr autem, cum prius judici dixisset: Est mihi lingua, quæ non potest exscindi, et alioqui immortalis, quam audit Deus, qui etiam se vocem sanguinis dixit audire clamantem eam protinus porrexit. Quam cum ille secari fecisset, eum transmisit in carcerem.

VIII. Cum vero ad divinum transiisset Andronicum, et experientia persuasum habuisset, quod

D omne genus tormenti esset apud eum inefficax, conversus est ad deceptionem, et ei dixit: Gere te hac in re sapienter, et sacrifica, priusquam gravissimum, et cui nullum erit remedium, quippiam patiaris. Quid enim commodi acceperunt amici tui ex vana sua constantia, qui tandem post multa tormenta conversi didicerunt quod sibi expediebat, et deos coluerunt? Ad hæc autem Christi martyr: Si mihi quidem, inquit, persuasisti, illos quoque credo fuisse persuasos. Sin autem ego non sum persuasus (absit enim ut ego unquam ita a me discedam et adeo insaniam!) habeo meam sententiam pignus illorum constantiæ. Una est enim

omnibus pia cogitatio, quoniam omnes quoque unum sumus in Christo Jesu. His tyrannus rursus ira percitus, minatus est se eum in intolerabilia conjecturum tormenta. Et statim duris simul nervis vehementer est flagellatus, et perpetua plaga factus per totum corpus, tunc ridens, dixit athleta: Falsa fuerunt, o judex, ea quæ es minatus, cum non potueris aliquid novi excogitare ad superandum potens, sed rursus circa paria verseris supplicia. Existimans itaque judex se sanctum majori dolore affecturum, jubet plurimum muriæ effundi in plagas illius. Ei autem dicit martyr: Etiamsi acrem salem jubes meis plagis inspergi malo animo, scias tamen te non ideo acriorem mihi inferre dolorem, sed reddere meum corpus alienum a putredine. Nam ipse quoque vides quod, cum sim totus vulneratus a prioribus plagis, alius nunc appareo, ne minimam quidem notam in me ferens, Christi mei virtute mutatus admirabiliter.

IX. His verbis, veluti quodam stimulo, punctus judex, sæviebat in ministros, nec poterat contineri. Existimabat enim medicos, latenter ingressos, curam gessisse martyrum. Ipsis autem sua capita amputanda porrigentibus, si quid tale factum fuerit deprehensum, illorum defensionem arbitratus sui accusationem, judex gravius angebatur, non ferens videre vim veritatis, cui ipsi inimici ferebant testimonium. Quamobrem in minas desinens (quod solum quid agant nescientibus relinquitur confugium), jubet eum conjici in carcerem, reliquum certamen reservans in diem sequentem. Quænam ergo sunt deinceps consecuta? Congregatur rursus aliud theatrum hominibus frequentissimum, et tertio sedens judex in excelso tribunali, duxit martyres ad tormenta, veluti in orbem choream circumagentes. Et cum nullam prius prætermisisset aut illiberalem assentationem, aut obscuram calliditatem, neque proficeret, egressus est ad modum belluinum, et ejus plane qui cædem spirat; et singulis tormentis, tanquam quædam fera agrestis, sanctorum carnes mandidit; ut qui Tarachi quidem capitis pellem excoriaverit, et id ardentibus carbonibus consperserit, et aures novacula exsecuerit, et labra mutilaverit: Probo autem oculos effoderit, et vinum aræ cruore permistum, ori ejus infuderit, et involuntaria hac participatione hoc maxime tyrannicum invenerit supplicium. Cum autem carnes exsecrandis pollutas sacrificiis in os tertii injecisset, et vinum inquinatorum libaminum admittere coegisset, postremo oculos ei jubet effodi. Cum omnium autem similiter mamillas, latera, tibias et digitorum intermedia candentibus verubus transfixisset et ad ossa usque combussisset, vidisset autem omnia convicta, et periisse machinas suppliciorum, Probo et Andronico carnium in ara sacrificatarum, et profanorum libaminum gustum miser irridens exprobrabat.

X. Tunc Andronicus valde ridens illius amentiam, respondit pro se Proboque: Post multa tua

A τύραννος, ὑπὸ τῆς ὀργῆς ἐκμανεὶς, [illegible] ἐμβαλεῖν βασάνοις αὐτὸν ἠπείλει. Καὶ [illegible] ἀπασκληκόσιν ἐπὶ πολὺ σφοδρῶς μαστιζόμενος, ὁλοσώματος πληγὴ γεγονὼς, γελάσας ἐπε[illegible] τής· Ἐψεύσω τὰς σὰς ἀπειλὰς, ὦ δικαστὰ, [illegible] ρον ἐπινοῆσαί τι μὴ δυνηθεὶς, ἀλλὰ περὶ [illegible] πάλιν καὶ ἴσα περιχωρεῖς κολαστήρια. Νομ[illegible] ὁ δικάζων πλείονι περιβαλεῖν ὀδύνῃ τὸν ἅ[illegible] ἅλμην πολλοῦ κράματος γενομένου, τῶν [illegible] ἐκείνου καταχεθῆναι καλεύει. Ὁ δὲ μα[illegible] πρὸς αὐτόν. Ὡς εἰ καὶ τοὺς δριμεῖς [illegible] πληγαῖς ἐπιπάττεσθαί μου κελεύεις πονη[illegible] ἀλλ' ἴσθι μὴ δριμύττειν μᾶλλον οὖσα πονη[illegible] ἄσηπτόν μου τῷ σώματι προξενῶν· ὁρᾷς [illegible] αὐτὸς ὡς ὅλος ὢν τραυματίας ἐκ τῶν [illegible]

B πληγῶν, ἄλλος φαίνομαι νῦν, οὐδὲ βραχ[illegible] φέρων ἐν ἐμαυτῷ, τῇ τοῦ ἐμοῦ Χρι[illegible] παραδόξως μεταβληθεὶς.

Θ'. Τούτοις τοῖς ῥήμασιν οἱονεὶ κέντ[illegible] ὁ δικάζων, χαλεπὸς ἦν κατὰ τῶν ὑπηρετ[illegible] ἥκιστα καθεκτός. Ἐνόμισε γὰρ ἰατρὸ[illegible] λῃθότως ὑπεισελθόντας ἐπιμελείας ἕνε[illegible] μάρτυρας, αὐτῶν δὲ τὰς κεφαλὰς τῇ [illegible] νόντων, εἴ τι τοιοῦτον γενόμενον [illegible] ἐκείνων ἀπολογίαν, κατηγορίαν ἑαυτοῦ [illegible] δικαστὴς, δεινῶς ἠνιᾶτο, τὴν ἰσχὺ[illegible] ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν μαρτυρουμένην [illegible] Ὅθεν εἰς ἀπειλὰς καταλήξας (τὴν [illegible] μόνην τοῖς ἀποροῦσι βοήθειαν), [illegible] κελεύει καὶ τοῦτον ἐγκαθειρχθῆναι, [illegible]

C λοιπὰ τοῦ ἀγῶνος ταμιευόμενος. Τ[illegible] θεν; Θέατρον αὖθις ἄλλο συνίσ[illegible] καὶ τρίτον προκαθεσθεὶς ἐφ' ὑψη[illegible] δικάζων, ἦγε τοὺς μάρτυρας ἐπ[illegible] νους, καθάπερ ἐν κύκλῳ χορεύ[illegible] μηδὲν παραλιπὼν τῶν ὅσα θωπείας [illegible] πανουργίας ἀσυμφανοῦς, πρὸς θη[illegible] ἐξέδη καὶ φονικόν· καὶ ταῖς κατὰ μέ[illegible] οἱονεί τις θὴρ ἄγριος τὰς τῶν ἁγίων [illegible] μαστήσατο, τοῦ Ταράχου μὲν τὸ δέρμα [illegible] ἀποδείρας, καὶ ἀνθρακιὰν αὐτῇ κατα[illegible] μενος, ξυρῷ τε τὰ ὦτα περιελὼν, καὶ [illegible] τὰ χείλη· τῷ Πρόβῳ δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς [illegible] τῷ τε στόματι αὐτοῦ τῶν ἐπιβωμίων [illegible] ἐγχέας, καὶ τῇ ἀκουσίῳ ταύτῃ μεταλήψ[illegible]

D νικωτάτην ἐξευρὼν τιμωρίαν. Τοῦ δὲ [illegible] κρέα φεῦ μιαραῖς θυσίαις ἠλισγημένα [illegible] ἐμβαλὼν, καὶ οἴνου τῶν μεμολυσμένων [illegible] σέσθαι καταναγκάσας, τέλος αὐτῷ τοὺς [illegible] ἐξορυχθῆναι προστάττει. Πάντων δὲ ὁμοίως [illegible] μαζοὺς, τὰς πλευρὰς. τὰς κνήμας, τὰ μέσα [illegible] κτύλων πεπυρωμένοις ὀβελοῖς ἐπελθὼν, [illegible] ἄχρι καταχαύσας, ὡς εἶδεν ἅπαντα ἐλεγ[illegible] καὶ φροῦδα τὰ τῶν κολάσεων μηχανήματα [illegible] καὶ Ἀνδρονίκῳ μόνοις τήν τε τῶν ἐπινωμίων [illegible] καὶ τὴν τῶν ἀνιέρων σπονδῶν γεῦσιν.

Γ'. Ἐπιτωθάζων ὁ δείλαιος κατανεύιζ[illegible] γενναῖοι μακρὰ τὴν ἄνοιαν ἐκείνου γελάσα[illegible]

sere, S. Andreas similiter suam annuntiationem obtinet, die itidem XVII Octobris.

3. Hic prætermitti non debet Papebrochii Tabulas earumque explicationes, in Supplemento Thesauri Goriani Diptychorum mutuatas esse modo, ut lenissime dicam, valde singulari. Passerius enim, qui præclaro huic operi partem quartam se adjecisse testatur, ait se Diptychi Cpolitani ectypum consecutum (10), at cum ex Bollandiano opere lumen quæreret, nomina multa Sanctorum omissa se advertisse asseverat, alia perturbata, Commentarios item nullo ordine conscriptos, ita ut non in lumen, sed in caliginem irruens, ipse per se omnia extricare debuerit. Atqui ex his omnibus, ne una quidem assertio vero proxima est, nec quidquam emendavit ille scriptor aut ectypon consecutus est, sed effigies Papebrochianas conatus referre, errores non leves admisit. Testatur enim Papebrochius, cum totum Diptychon pagina capere non posset, se artificem rogasse ut icones æri inciderentur ordine leviter immutato; sed eum, postulatione non rite intellecta, plusculum a vera Diptychi dispositione aberrasse; quam tamen Papebrochius, dum Sanctorum nomina (nitidius multo in ectypo suo quam in Goriano supplemento prolata), Commentariis illustravit, ad rigorem secutus est (11). Si igitur ectypon habuisset scriptor ille, sculptoris sphalma non exacte retulisset, neque ubi Papebrochius Triptychi Moschi capsam rescidit, quia eam iterum pagina non capiebat, ille similiter rescidisset, nec denique tam accurate Bollandianam effigiem descripsisset, ut ne vel levissima diversitas deprehendi possit. Sed Papebrochius mutatum esse ordinem indicavit, ac in iconum recensione ipsius prototypi servatus est ordo; ille vero horum neutrum fecit, et quia singulis nominibus commentariolum annectere voluit, ubi Hagiographicum nostrum ducem non habuit, errores gravissimos admisit. Ita S. Stephanum Juniorem (12), martyrem notissimum, non sub Copronymo sed sub Leone Isauro passum affirmat, quod Papebrochius profecto nunquam scripsisset. Eodem modo procedere videtur dum Triptycha Moscha explanat, sed non vacat rem diligentius indigare (13). Ne quisquam hic objiciat in editionem Venetam Bollandiani Operis prædicta gravamina prolata fuisse. Nam primo Antverpiensem citat, dein in utraque editione iidem sunt Commentarii, quos si immerito arguere et immutare ausus est, in eo dignam arrogantiæ pœnam tulit ut tibi gravissimos errores ex calamo excidere sit passus.

4. Colitur S. Andreas non tantum prædictis diebus, verum etiam XXVIII Novembris cum S. Stephano Juniore. Andream enim, qui in fastis sacris una cum hoc Stephano prodit, eumdem esse ac Cretensem nostrum ostendere conabor inferius g n. Atque hic tantum notabo hæc pauca. Passus quidem est S. Stephanus XXVIII Novembris, sed cum sit præcipuus persecutionis Copronymianæ martyr, iis diebus quibus abi ejusdem persecutionis martyres annuntiantur, sæpe ipse simul comparet. Conjunguntur itaque frequenter S. Stephanus, S. Andreas, S. Petrus et S. Paulus sub Copronymo passi, quanquam simul ad martyrium, ut ex singulorum Actis patet, non processerunt. In Menæis Mss. Ambrosianis seu Mediolanensibus hi quatuor SS. martyres simul colendi assignantur XX Octobris; dein S. Andreæ in Crisi Synaxarium, id est brevis vitæ et passionis historia subjungitur. Idem in aliis Menæis Mss. ut in codice quodam Mazarinæo quo sæpe decessores nostri usi sunt, videre est. Synaxarium autem Mediolanense, quoniam nonnihil differt ab illo quod ad XVII Octobris in Menæis vulgaribus excusum est, et mirabiliter cum Actis nostris prioribus consonat, ita ut ex his desumptum illud merito conjicias, hic integrum ex codice Ms. proferimus. Datur vero sicuti est, sphalmatis et locutionibus Græcorum infimæ ætatis ubique retentis, de quibus, si lubet, aliqui videri possunt apud Cl. Hase in editione Leonis Diaconi (14).

5. Μηνὶ ὀκτωβρίῳ κ' τῶν ἁγίων νεοφανῶν μαρτύρων Στεφάνου, Παύλου. Πέτρου καὶ Ἀνδρέου, τῶν ἐπὶ Κοπρωδύμου μαρτυρησάντων. Οὗτος ἦν ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῦ καβαλλίνου ἐν ἀσκήσει διάγων, ἐν τῇ νήσῳ Κρήτῃ. Ἀκούων δὲ τὸν τύραννον τιμωρήσαντα τοὺς ὀρθοδόξους, ἀνέπλευσε πρὸς Κωνσταντινούπολιν ἐλέγξων αὐτὸν, καὶ εὑρὼν αὐτὸν πέραν ἐν τοῦ ἁγίου Μάμαντος παλατίοις τιμωροῦντα τοὺς μὴ ἄρνουμένους τὰς θείας εἰκόνας, ἔφη· Ἄρα χριστιανὸς εἶ, βασιλεῦ; Ὁ δὲ πρὸς αὐτὸν μετ' ὀργῆς στραφεὶς ἐκέλευσε πρὸς αὐτὸν ἄγεσθαι· οἱ δὲ τῶν τριχῶν σύροντες. ἄλλοι τὸν χοιτῶνα ῥηγνύντες. καὶ ἐκ τῶν ὄπισθεν τύπτοντες, ἔσυρον τὸν ἅγιον, καί φησι πρὸς αὐτόν· Οὕτως ἐδιδάχθης ἀτιμάζειν βασιλέα; Ὁ δέ· Οὐδεὶς ἁμαρτάνει βασιλέα ἐλέγχων παρανομοῦντα· ὁ δέ· Τοὺς παρανομοῦντας μᾶλλον ὑμεῖς κολάζομεν, τοὺς ὡς θεοὺς προσερχομένους καὶ λατρεόντας ταῖς εἰκόσιν ὁ δέ· Ἀγνοεῖς, ὦ βασιλεῦ, τί μὲν τὸ σχετικῶς προσκυνεῖν, τί δὲ τὸ λατρευτικῶς. Ὁ δὲ τείνεσθαι τοῦτον ἐν μαστίγας ἐκέλευσε, βουνεύροις κατὰ τοῦ νότου καὶ τνῦ στήθους φραγελλῶν· εἶτα λίθου τὸ στόμα προσέταξε τύπτεσθαι. Τῇ δὲ ἐπαύριον ἐκβαλὼν, ὡς οὐκ ἔπεισεν ἀρνήσασθαι τὸν Χριστὸν καὶ τὰς ἁγίας εἰκόνας, τύψας πάλιν, κατὰ κεφαλῆς σύρεσθαι τοῦτον τῶν ποδῶν τοὺς σχοίνους ἐξαψάντες, ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει θεατρίζεσθαι προστάσσει. Οἱ δὲ τάχιστα περανιωθέντες, καὶ τὸν ἅγιον σύροντες ἔβαπτον τὴν γῆν τοῖς αἵμασιν· ὡς δὲ εἰς τὴν τοῦ Βοὸς ἀγορὰν πεφθάκασιν, εἰδὼν αὐτούς τις ἄρτι τοὺς ἰχθύας ἀποφορτισάμενος, ἠρώτα

(10) Gorii Thesaurus veterum diptychorum. Florentiæ 1759, part. IV, p. 1 et seqq.
(11) Acta SS., t. I Maii, p. LX, n. 4.
(12) Loc. cit., p. 8.
(13) Ibid., p. 10.
(14) Leonis Diaconi Historiæ e recens. C. B. Hase, Bonnæ 1828, p. XXIV et passim.

fuerint definiri nequit; nihil enim reperimus, præter minimi momenti notam chronologicam ex qua constaf scriptorem satis diu post Copronymum vixisse. Locus, qui num. 3 sub finem occurrit, is est : Iste vero erat Constantinus... quem fideles ejus temporis (οἱ ἐν τοῖς τότε χρόνοις) merito sub cognomine Copronymi infamarunt. Sed ex eo Acta illa priora commendantur, quod locum Sancti natalitium, diem passionis aliaque adjuncta plurima minute proferunt, et quanquam prolixioribus verbis interdum S. martyr loqui videtur, eadem tamen fere in aliis Actis occurrunt, sæpe vocibus iisdem aut similibus expressa. Conferri in eam rem possunt numeri potissimum 7 et 10. Ex locorum designatione, ut infra uberius disserimus, et ex iis quæ in fine Actorum scribuntur, ut itidem inferius dicetur, arbitramur ea Cpoli conscripta non fuisse. Scimus tantum maximam partem sacrorum codicum Bibliothecæ Coislinianæ, ut in præfatione testatur laudatus Montfaucon, ex monasteriis montis Atho prodiisse, et illic olim brachium S. Andreæ Cretensis, qui idem est fortasse ac Sanctus noster, asservatum fuisse. Qua de re plura vide num. 37.

9, Metaphrasten, cujus Acta secundo loco prodeunt, priora illa non vidisse satis certo nobis constat. Ipse enim nec ortus locum, nec diem obitus, quem usque diligenter inquisivisse vel ex Vita S. Theoctistes Lesbiæ constat (21), in narratione sua consignavit. Nec præterea dum vitam satis accurate scriptam nactus erat ordinem aut stylum multum immutare consueverat; cumque apud ambos scriptores plerumque similia obvia sint, existimamus utrumque ex Actis antiquioribus, sed nunc deperditis, suam narrationem excepisse, iis additis quæ aliunde colligere potuerant. Metaphrastes tamen ætate posterior videtur ex eo quod in ejus collectionibus S. Andreæ Vita diem XIX Octobris occupat, noster autem scriptor, ubi refert Sanctum die XX passum esse, nihil de immutato cultus die commemorat ; sed cum levis ea ratio videri queat, id aliter adstruimus, Metaphrastæ nempe collectiones adeo post scriptionem illico pervulgatas fuisse ut priorem scriptorem illum fugere non potuerint. Quæ igitur apud eum de S. Andrea in Creta monasticam vitam amplexo narrantur, dein de miraculis quibus eum Metaphrastæ etiam temporibus, ipso teste, in urbe Cpoli Deus glorificabat, scriptor idem ille prior non omisisset. Quibus positis, cum notum sit Metaphrasten medio sæculo X floruisse, hinc deducere licet Acta quæ priori loco edimus, illa ætate antiquiora esse.

18. Sicuti ex Anonymi Actis Synaxarium Mediolanense, quod num. 5 retulimus, desumptum est, ita illud quod in Menæis excusis occurrit. ex Metaphrastæ narratione evidenter profluxit. Ex quo, sicut ex Sancti Officio quod ibidem legitur, celeberrimum fuisse S. martyrem jam a sæculo IX, miraculis multis claruisse colligitur. Josephus enim hymnographus quem, ex Actis a Papebrochio in lucem datis (22), eo sæculo floruisse constat, decem diversis locis in suo Canone miracula celebrat, quæ sub ipsius oculis Cpoli coram Sancti tumulo patrabantur. Merito itaque et in Actorum titulo Thaumaturgus dictus est, et in Contacio, ut vocant, Græci Officii, his verbis extollitur : Ἑορτάζει σήμερον ἡ βασιλεύουσα πολις ἑόρτὴν ὑπέρλαμπρον τῆς φωτοφόρου σου μνήμης, ἅπασαν προσκαλουμένη πόλιν καὶ χώραν · χαίρει γὰρ ὡς κεκτημένη θησαυρὸν μέγαν, τὸ πολύαθλόν σου σῶμα, Ἀνδρέα μάρτυς, ὀρθοδοξίας φωστήρ. Id est : Hodie celebrat regina urbium (*Cpolis*) illustre festum tuæ memoriæ, totam convocans civitatem et regionem ; jubilat enim magnum thesaurum possidens, corpus certaminibus gloriosum, sancte martyr Andrea, orthodoxiæ lumen. Hic vero obiter monemus, si quis nomina ex Græcorum Liturgia desumpta non satis sibi nota hic offenderet, eum singulorum declarationem reperturum in Ryæi dissertatione de Acoluthia Græcorum, quæ in Junio nostro edita est (23), expeditius autem ea utetur, qui indicem ultimum a Ghesquiero tomo primo Octobris ad calcem subjectum adhibere voluerit.

§ II. *Septem Martyres in plerisque fastis confusi prolati ab invicem distinguuntur et eorum Acta breviter illustrantur. Persecutionis Constantini Copronymi brevis historia et chronotaxis exhibetur.*

11. Hos septem Sanctos, qui omnes sub Copronymo varia tormenta, et mortem, uno excepto, passi sunt, hic juxta seriem mensium et dierum quibus coluntur subjicimus, ex quo simul apparebit quo loco in opere nostro de iis actum sit, aut in posterum agendum : I Die XVII Martii. S. Paulus monachus et martyr in Creta ; — XVI Maii, S. Petrus Calybita et martyr in Blachernis, prope Cpolim : — IV Junii, S. Joannes Monagriæ Hegumenus, martyr Cpoli ; — VIII Julii, S. Paulus Novus martyr Cpoli; — XX Octobris, S. Andreas monachus Cretensis, dictus in Crisi, martyr Cpoli ; — XXVIII Octobris (?) S. Stephanus qui in Sugdæam relegatus est ; — XXVIII Novembris, S. Stephanus Junior, martyr Cpoli. — Placet et de his omnibus nonnulla disserere, ex quibus lumen aliquod persecutioni Copronymianæ affusum iri spero. De primo ex his septem, nempe de S. Paulo martyre in Creta, egerunt decessores ad diem Martii indicatum (24), ibique ex Actis S. Stephani Junioris, a Lipomanno ex Metaphraste Latine vulgatis, loco aliquo insigni de S. Paulo adducto, concludunt eum in Cypro passum esse ; verum eum in ipsa Creta passum esse nobis omnino manifestum est. Sunt enim ad manum Acta ejusdem Stephani Junioris, accuratissime a quodam Stephano Diacono conscripta. Dum hunc itaque

(21) Surius ad X. Nov., p. 238, edit. 1618.
(22) T. I. Avril., p. 266.
(23) T. II Junii. p. I et seqq.
(24) T. II Martii, p. 609.

runt (40), sed hi fatentur se in nullis fastis ad dictum diem consignatos eos reperisse. Postea vero eosdem obvios habuerunt in pretiosissimo Synaxarista Chiffletiano, ad diem II Junii; nam eosdem esse, ex narratione Theostericti cum synaxarista illo collata (41), cuilibet manifestum fiet, quanquam Henschenium nostrum id tum fugere potuit. Porro laudatus synaxaristes non solum ad diem II Junii eos signat, sed præterea satis aperte insinuat iis illo die palmam martyrii obtigisse. Ex quibus verisimiliter conficimus hos monachos, mense cum dimidio postquam monasterium suum Pelecetæ vastatum et combustum viderunt, prope Ephesum suffocatos fuisse, die scilicet II Junii anni 757.

14. De S. Petro de Blachernis, quem num. 11 post S. Paulum Cretensem posuimus, plurima etiam ex Actis S. Stephani innotescunt. Papebrochius ad diem XVI Maii (42) ex laudato synaxarista Ms. a Chiffletio nostro accepto, de S. Petro sequentia depromit: Ὁ ἐν Βλαχέρναις Πέτρος, βουνεύροις τυπτόμενος τελειοῦται; id est: Petrus in Blachernis habitans, taureis cæsus, martyrium consummat. Recte Papebrochius conjicit hic agi de alterutro duorum martyrum, quos Theophanes ad annum 21 et 27 Copronymi refert; en hujus historici verba Latine versa (43): Eodem etiam anno (mundi 6253, Constantini 21) Constantinus persecutor Andream venerabilem monachum, Calybitam dictum, ad Blachernas habitantem, in Sancti Mamantis circo flagellis interfecit, quod ejus impietatem, eo Valente juniore et Juliano vocitato, arguisset; ejus autem corpus in fluentum projici jusserat, sed Andreæ sorores ipsum efferentes, in Leucadii emporio sepulturæ mandarunt. Et anno mundi 6259, Constantini 27. Ceterum ab hoc tempore majori vesania in sanctos Dei Ecclesias ferebatur; misit enim qui Petrum venerabilem stylitam a petra exturbaret, eumque dogmatibus suis repugnantem, vivum pedibus vinctum, ac per medias urbis vias pertractum in Pelagia projici jussit, alios vero saccis inclusos, alligatis pedibus, in mare demergi.

15. Synaxaristæ suo Papebrochius nimium diffidit, dum arbitratur eum duo allata martyria in unum conflasse; ipse enim Theophanes hic unum martyrem pro altero posuit, ut manifestum fit ex narratione S. Stephani Junioris, qua monachos secum in carcere Prætorii anno 767 detentos ad patientiam hortatur: Sanctos illos Patres, inquit, qui apud nos vitam martyrio absolverunt, imitemur. Sanctum illum monachum Petrum dico, in Blachernis inclusum (ἐγκεκλεισμένον: inclusum, Gallice: reclus, quo sensu frequentissime hæc vox prodit; perperam igitur Lipomannus: Blachernis in vinculis conjectum qui ante imperatoris conspectum intolerandis boum nervis (βουνεύροις τυπτόμενος) pro Christi imagine cæsus, illum Dacianum et prævaricatorem libere appellando, sublatisque ad Deum oculis dicendo, Gratias tibi ago, Domine, in mediis verberum cruciatibus exspiravit (44). Ad hæc primum advertimus eum, qui hic Dacianus, id est persecutor sævissimus (45), appellatur, a Metaphraste in eadem vita apud Surium ad diem XXVIII Novemb. Julianum Apostatam dici, quod Theophani prorsus consonum est (supra num. 14). Deinde reliqua omnia quæ S. Stephanus narrat de Petro in Blachernis incluso, nihil diversum habent præter solum nomen, ab iis quæ de Andrea in Blachernis Calybita scribit Theophanes. Præterea si Theophanes, ubi de Petro stylita scribit (n. 14), vere Petrum in Blachernis inclusum designaret, quæ de isto narrantur, cum historia S. Stephani componi non possent. Sanctus Stephanus enim, ut suo loco probabimus, a mense Nov. 763 usque ad finem anni 766 in exsilio fuit, et circiter ab ineunte Januario 767 cum prædictis monachis in carcere Prætorii versabatur. Ex quibus probabile fit ante 763 S. martyrem Petrum, de quo narrat, occubuisse; nam alioquin, qui non melius monachi S. Stephano, quam hic illis, martyrium istud enarrassent? Neque S. Andreas in Blachernis prope Cpolim habitabat, ut Theophanes scribit, sed ex Creta adveniens ad Blachernas se contulit, ubi Copronymus in palatio suo Divi Mamantis in martyres sæviebat, quibuscum illico tentus est. Testantur id Acta et Synaxarium supra relatum (num. 5). Nec etiam tyrannus jussit eum usque ad mortem flagris cædi, ut iterum Theophanes scribit, et deinde in fluentum projici, sed crudeliter raptari per viam publicam; nec Cpoli sorores suas habere potuit qui in Creta monasticam vitam degens, illuc advenerat ut cultum SS. imaginum coram tyranno defenderet; neque demum in emporio Leucadii ad littus Asiaticum Bospori, honestæ sepulturæ mandari potuit, quem in ipsa urbe, dum raptaretur, exspirantem, in locum sordidissimum, in Pelagia scilicet, cum maleficis projecere, quemque dein viri orthodoxi in loco sancto Crisis, iterum in urbe ipsa, deposuerunt. Quæ singula cum ex Actis S. Andreæ luce clariora sint, manifestum est Theophanem non adjuncta martyrii immutasse, sed sola nomina martyrum transposuisse. Atque hæc iterum, non dicam, confirmantur, sed vere demonstrantur ex iis quæ habet Menologium Basilii ad XXVIII Novembris postquam de S. Stephano Juniore egit. Similiter et S. Andreas (in Crisi) vinctus, raptatusque, e vita excessit. At sanctus Petrus (de Blachernis) in carcerem prius conjectus, deinde eductus, tamdiu flagellis cæditur, donec spiritum Deo tradidit. Num autem S. Andreas Stylita dici possit, infra inquirimus. De Calybitæ vero cognomine cum plura con-

(40) T. I Januar., p. 747.
(41) T. I Junii, p. 168. Cfr. t. I Januar., l. c. et Analecta Græca, p. 505.
(42) T. III Maii, p. 625.
(43) Theophan., t. I, p. 667.
(44) Anal. Græca, p. 507.
(45) Cfr. t. II Junii, p. 788, n. 9.

llandus ad diem xv Januarii, ubi de ybita, satis erit hic dixisse illud a vocula æ ast tugurium significat, deductum it Calybites ille sit qui in tugurio habi- recte vero S. Petrus hoc cognomento quem S. Stephanus appellat Τὸν ὅσιον, αχέρναις ἐγκεκλεισμένον, sicut ipsum ium Theophanes dicit : τὸν ἔγκλειστον ν ἅγιον Αὐξέντιον (quod nomen montis non videt (46).

quomodo Theophanes in hanc confu- ɜnit? Nos aliam causam non novimus ınc adolescens fuerit valde, ut ipse pro- 763 (ipsi annum mundi 6255) dum in constricto cum pueris se lusisse com- In monasterio versatus (47) procul a ɜnter quidem, ut in suo procœmio testa- umina plurima examinavit, sed de re- ɔn multa, ut arbitror, congerere potuit; his plerumque Breviarium Nicephori, probatus scriptor dicitur, sed is histo- :hronographiam aut annales contexuit. m erroris illius assignandis ideo diutius quod in martyrio S. Stephani lapsus nullos admiserit, ut ad xxviii Nov. ube- :. Quid igitur mirum, dum in Menæis, ;iis cæterisque fastis Græcis Andreæ il- æ mentionem qualemcumque diligentius us, nulla nos usquam hujus cognominis via habuisse? Commemoratur tamen ab Andreas monachus sub Copronymo pas- :mque verba in Crisi apponuntur. Depre- ıcilicet Græci fastorum scriptores, quæ a afferebantur cum æteris testimoniis, si ıricorum, at certe hagiographorum con- posse, et ideo Theophane derelicto, Sy- ı potius ex Metaphraste aliisve Actorum s, ut cæterum plerumque consuevere, maluerunt. Latini e contrario Theopha- ıs interpretem Paulum Diaconum secuti, priore confusa fuerant retinuerunt.

ıtem ad ipsum annum utriusque mar- nempe et Andreæ, jam indagandum ac- ɜic Theophanis verba num. 14 relata er ad dicta interpretamur : Anno mundi 21 Copronymi contigit martyrium, non anes scribit, Andreæ Calybitæ in Bla- d Petri Calybitæ in Blachernis; et anno 59, Copronymi autem 27, martyrium in simile, sed diversam mortem et sepul- tus est S. Andreas, qui a sepulturæ loco n Crisi. De annis a Theophane assignatis Henschenius adverterat ab imperio Phocæ, cui unus annus detractus est (49), usque ad annum ultimum Copronymi, ubi error præcedens novo errore tegitur (50). vel annos mundi vel indictiones perpetuo claudicare, idemque de Theophanis emendatione specialem diatribam edidit (51), ex qua Theophanem suum plurimum ornare doctissimi editores Bonnenses (52) potuissent. Verum hoc loco manet altera via accurate annos modo indicatos ad æram vulgarem reducendi; Theophanes enim ad annum 6252, qui annum martyrii Petri de Blachernis immediate præcessit, eclipsim aliquam solis diligentissime consignat his verbis, ex versione Goari. Apparente solis defectu mensis Augusti die decimo quinto, feria sexta, hora diei decima, anno proinde 760, ut ex tabulis astronomicis constat (53). Et quia annus mundi 6253 Cpoli incepit, ex more Græcorum, mense Septembri anni 760 ut usque ad Septembrem anni 761 decurreret, exinde probabile fit S. Petrum de Blachernis occisum esse die xvi Maii dicti anni 761. Diem illum enim assignat antiquissimus Synaxaristes Ms. quem Papebrochius a Chiffletio nostro in collegio Divionensi exscribendum accepit.

18. Annus martyrii S. Andreæ in Crisi dupliciter inquiri ac statui potest. Primus modus est iste : Memorant Nicephorus (54) et Teophanes (55) varias Copronymi expeditiones plerumque felices in Bulgaros, at quam indictione quarta mense Januario suscepit, anno nimirum 763, iisdem testibus infelicissima fuit; ex qua nempe turpiter mense Julio reversus est, ac furore quodam correptus, sævitiæ in monachos ac sanctarum imaginum cultores tragœdias edere cœpit. Eadem indictione juramentum ab omnibus subditis exegisse dicitur, quo venerationem imaginibus in posterum se non exhibituros esse sponderent. Porro hæc singula in Actis nostris utrisque reperimus. Ibi sub num. 8 ipse Copronymus dicit se decretum tulisse quo plectendi sunt, quicunque imagines venerarentur. Dein num. 10 arguitur a S. Andrea quod bellum in Barbaros ordinisque politici administrationem neglexerit, ac superbum animum in Christianos demonstrare statuerit. Præterea num. 6 et 7, dum S. Andreas primum coram imperatore apparuit, permultos invenit quæstioni subjectos, nervis bubulis cæsos, oculorum effossione cruciatos, aliaque similia passos, quæ a duobus prædictis scriptoribus ante indictionem quartam nusquam recensentur, sed ea indictione iisdem pene verbis descripta sunt, uti et deinceps pluries (56). Ex his igitur recte statuimus ante indictionem illam id, est ante annum 766 S. Andreæ martyrium non contigisse.

19. Alter modus, quo pressius annum martyrii

ɔph. Chronogr. Edit. Bonn., t. I, p. 674.
jus Vita, t. II Martii, p. 220, n. 14 et p.
cit., p. 3.
II Martii, p. viii. n. 17.
., p. ix, n. 18.
., p. i.

(52) Theophanis Chronographia ex recensione Jo. Classeni. Bonnæ 1839.
(53) Art de vérif. les dates, édit. 1783, t. I, p. 66.
(54) S. Nicephori Patr. Cpol. Breviarum, etc. Edit. Bonn., p. 77 et seqq.
(55) Loc. cit., t. I, p. 691.
(56) Theophan., t. I, p. 677 et seqq.

S. Andreæ determinamus hic est : Theophanes ad annum 6259 æræ mundanæ, ut dictum est num. 14 et 17, martyrium S. Petri stylitæ cum S. Andrea commutati, commemorat : sed ad eumdem annum etiam indictionem signavit, quod satis frequenter quidem facit, non tamen ubique. Quando autem id facit, Pagius aliique gravissimi scriptores non dubitant indictionem præ æra Antiochena admittere, qua Theophanes utitur, licet profiteatur se æram Julii Africani adhibere (57). Mihi tamen compertum est æram aliquoties recte proferri, cum erronea indictione, exempli causa ad an. 6253, ut ex adjecta eclipsis indicatione manifestum est. Patet nihilominus recte egisse, qui indictiones universim prætulerunt. Ad hunc igitur annum 6259 Theophanes indictionem signat his verbis (58) : Hoc anno, mensis Octobris die sexto, indictione sexta etc. Verum hæc indictio cum anno 6259 æræ mundanæ non concordat, cum ex regula S. Maximi (59), æræ addenda sit unitas, dein divisione instituta per 15, quod reliquum est, indictionem efficere debeat. Porro hac methodo hic non sex, sed quinque tantum obtinemus. Nihilominus indictionem hic recte adscribi, duplici via firmatur. Primo, quia Theophanes ad annum sequentem, indictione septima, scribit diem I Aprilis fuisse diem Sabbati (60) ; ex quo manifestum est, indictionem illam septimam recte adscribi ; ergo et ad præcedentem recte sexta adscripta est. Præterea ad hanc indictionem sextam signat Theophanes annum primum Stephani papæ, atqui reapse Stephanus III, hæc indictione, mense Augusto electus est (61). Sic stabilita indictione qua passus est S. Andreas in Crisi pro quo Theophanes Petrum de Blachernis dixit, facile ipse annus eruitur. Etenim in Actis nostris prioribus, martyrium contigisse dicitur die XX Octobris, ex quo palam fit illud anno 767 affigendum esse.

20. Annus martyrii S. Andreæ in Crisi uno tenore cum illo quo passus est S. Petrus de Blachernis, constituendus fuit, licet nonnulla de posteriore sancto dicenda supersint. Corpus ejus, postquam in circo Divi Mamantis flagris interfectus est, projiciendum erat in fluentum (supra num. 14 seqq.) ἐν τῷ ῥεύματι, ut Theophanes loquitur, sed ejus sorores ipsum efferentes, in Leucadiæ emporio sepulturæ mandarunt. Quale fuerit istud fluentum, facile colligitur ex Topographia Cpolitana Petri Gyllii, apud quem lib. IV cap. VI hæc leguntur (62) ; Non historici modo, sed etiam Grammaticus Suidas, tradunt ad Divum Mamantem pontem fuisse duodecim fornicibus constantem : multæ enim aquæ eo defluebant. Theophanes igitur, cum de fluento determinato loquatur, ut patet ex adjecto articulo τῷ, has aquas ad Divum Mamantem designat ; nisi forte sinum Ceratinum, qui ex Bosporo versus Occidentem se porrigit, voluerit significare. Ita intellexisse Goarius videtur, qui vertit fluentum maris (63) : verum ῥεῦμα de fluviis eorumque impetu dicitur, non de sinu maris ; neque etiam, si sinui Ceratino hoc nomen apud Byzantinos scriptores obtigisset, id Gyllium, Cangium (64), aliosque fugisset. Porro docet Gyllius, templum et circum Divi Mamantis, uti et palatium ab eo dictum, sita fuisse in Blachernis, extra muros civitatis (65). Blacherna enim audivit omnis regio, quæ inter angulum Cpolis occidentalem et sinum Ceratinum jacet, quo sinu civitas a Septentrione clauditur ; hic etiam decimam quartam Cpolis regionem fuisse idem Gyllius constituit. De locis illis plura videsis apud Papebrochium ad diem XVI Maii (66) et in præclaro opere Cangii quod Cpolis Christiana inscribitur (67).

21. Emporium Leucadii, in quo sorores S. Petri de Blachernis ejus corpus sepelierunt, diversum non est a loco quem Dionysius Byzantinus in Anaplo Bospori (68) Lycadium promontorium dicit, eratque in littore orientali Bospori, non procul a Chrysopoli situm. Constat id iterum ex Chronicis Symeonis Magistri (69), Georgii monachi (70) et continuatoris anonymi Theophanis (71). Emporii autem nomine, quod locis ad mare sitis potissimum tribui notum est, non impropria hic insignitur. Porro locus idem omnino, siquidem ad eumdem annum similia ubique de eo memorantur, a Symeone et Joanne Scylitza Leucatium audit (72), a cæteris vero Leucates ; quamobrem manifeste de eo agi videtur, ad diem XXIII Julii, ubi de S. Anna ἐν τῷ Λεύκατῃ Pinius noster disserit (73). Promontorium enim Leucatas vel Leucactas prope Nicomediam in Bithynia, ut cætera mittam, longius a Cpoli dissitum fuit, quam ut illuc S. Anna ad imperatorem Basilium Macedonem, a quo dicitur in sponsam expostulata, se conferret. Nobis autem non inutile visum est, situm Emporii illius, cujus frequenter Byzantini scriptores meminere, hic accurate assignare. Addimus solum, in quantum ex Gyllio, Cangio et erudito geographo Hammers (74),

(57) Petavius, De doctrina temporum, Ad auctarium, etc., lib. VIII, cap. I et IV., t. III, p. 153 et 15. Edit. Andwerp. (Amstelodam.).
(58) Theoph., loc. cit., p. 681.
(59) Petavius, loc. cit., cap. V, p. 161.
(60) Theoph., loc. cit., p. 686.
(61) Baronius et Pagius, ad an. 768, num. I.
(62) Gronovi Antiquit. Græc., t. VI, col. 3323 et 3130.
(63) Theoph., loc. cit., p. 667.
(64) Cfr. tamen Glossarium Græcum V° ῥεῦμα.
(65) L. c., col. 5322 et seqq.
(66) T. III Maii, p. 625.
(67) Lib. IV, p. 83, n. 6, et p. 174, n. 3 ; lib. I, cap. I n. 16.
(68) Apud Gronov., loc. cit., col. 3201 d. et 3203 d.
(69) Ed. Bonn., p. 721.
(70) Ed. Bonn., p. 877.
(71) Ed. Bonn., p. 384.
(72) Cangius in notis ad Zonar. Ed. Paris. t. II, p. 98.
(73) T. V Julii, p. 486.
(74) Hammers. Cpolis. Pesth. 1822, p. 296.

potuimus, collocandum illud esse in A
›die Keurfus dicitur, jacetque inter
et Anatoli, et duabus fere leucis ho-
Bosporum a Cpoli distat.

Joanne præfecto monasterii Mona-
npore persecutionis Copronymianæ in
us, in mare demersus est, pauca ha-
ıv Junii Henschenius noster (75), ea-
ex Synaxariis a Chifflletio acceptis de-
ınem hunc ita celebrat S. Stephanus
ıætorii, postquam de S. Petro de Bla-
a fecerat: Imitemur et qui eum (Pe-
ıs est, Joannem divinum illum amœni
Monagriæ præfectum, quem tyrannus
opronymus) tyrannice comprehensum,
.i ejusque Matris imaginem pedibus B
renuerat, sacco inclusit, eumque ad
ıpidem alligatum in profundo maris
Quid hujusmodi morte acerbius? Ve-
ɔriosiorem coronam præbet (76). Ex
ti et ex chronologicis observationibus
7 allatis, recte deducere nobis vide-
nnem Hegumenum monasterii Mona-
. Junii, anno 761, eodem scilicet quo
nartyrii palmam adeptum esse. Apud
m quidem dicitur, non Monagriæ sed
ɔræfectus: verum illud ex amanuen-
factum esse conficitur, cum ex quatuor
bus quos Jac. Lopin se contulisse te-
tum ex ipso Metaphraste qui apud Su-
lem xxviii Novembr. similiter scribit:
m Monagriæ. Non igitur veritatem plane
ɔebrochius assequitur, dum in hujus
nuncupationem inquirit (78); verisi-
ı est illud in ista, quam dicit, regione
tum fuisse, quia, ut alibi adstruit (79),
monasteria exstitere nomen non valde
ɔnsecuta, ut erant quæ Parvi Agri et
i dicebantur. Præterea si illud prope
sset, non dubitamus quin Cangius, tot
›ditos et mss. incredibili diligentia per-
ıjus, in sua Constantinopoli Christiana
adidisset.

diculo martyrum de quibus hic agere
mpsimus (supra num. 11), et in quo
ıensium sumus secuti, post Joannem
Hegumenum, prodit S. Paulus No-
e dux, dein monachus ut ex quibusdam
ı apparet (80), demum martyr die viii
Julii, anno, ut videtur, 771. Reliqua quæ ad eum spectant, in Actis nostris ad dictum diem quærantur. Nos hic solum a Paulo ex Creta, de quo supra num. 11 et seqq., cum distinguere intendimus, dein aliquid de anno martyrii emendatius proferre. Refertur in Actis ejus, 122 annis post passionem, revelatione facta Antonio Cauleæ patriarchæ Cpolitano, ejus sacrum corpus honorificæ sepulturæ Cpoli in monasterio Cajumæ traditum fuisse, unde illud Veneti anno 1222 acceperunt et forte usque in hodiernam diem asservant. Demonstratum est autem ab Henschenio Antonium Cauleam non anno 888, ut antea credebatur, sed 893 sedere cœpisse (81); ex quo numero, si 122 demantur residui erunt 771. Verum Pinius correctionem Henschenii quam Pagius aliique omnes amplexi sunt (82), non assecutus, cum Baronio annum 888 erronee retinuit (83). Proinde annum non 771, sed 766 martyrio S. Pauli assignaverat. Nunc ex serie quam sequimur, devenimus ad S. Andream in Crisi, quem die xx Octobris anni 767 passum esse, supra num. 18 seq. adstruximus; verum reservatis, quæ de eo reliqua sunt, ad § sequentem, jam paucis diem xxviii ejusdem mensis attingimus. Jam dictum est supra num. 7, illo die a vetustissimis Eclogadiis seu Menologiis colendos indici S. Stephanum, Petrum (de Blachernis) et Andream (in Crisi). In Typico S. Sabæ aliisque fastis, prodit hoc eodem die S. Stephanus Sabaita canonum scriptor, de quo agit canon Menæorum novæ editionis, a Theodoro Grapto Nicææ metropolita (84) conscriptus. In Synaxario Menæorum hic Stephanus dicitur episcopus fuisse et certasse contra hæreses; in Menologio Sirleti ut martyr annuntiatur (85). Hæc autem nec Stephano Sabaitæ qui a Theodoro Grapto celebratur, nec alteri homonymo itidem Sabaitæ, cujus præclara Acta Pinius illustravit ad xiii Julii, convenire possunt (86). Quapropter conjicio hic agi de Stephano illo, qui a Copronymo in Sugdæam, Mœsiæ inferioris partem (87), ejectus est (88), eodem forte qui viginti fere post annis, in concilio Nicæno anni 787 subscripsit: Στέφανος ἀνάξιος ἐπίσκοπος Σουγδάων (89). Sed de his iterum ad xxviii Octobris.

24. Jam ad celebratissimum totius persecutionis Copronymianæ martyrem Stephanum Juniorem, qui xxviii Novembris colitur, devenimus. Hic autem satis erit chronotaxin posterioris partis ejus

Junii, p. 402.
ecta Græca, p. 507.
. in præfat.
Junii, p. 402.
I Martii, p. 213, n. 2.
I Julii, p. 636, n. 2. Cfr Menæa, et Me-
Basilii ad xxviii Novembr.
. Aug. de patriarch. Cpolit., p. 113.
., n. 663.
I Julii, p. 633, n. 10.
uien, Oriens Christ., t. III, col. 359: Cfr Chronic. Symeonis. Edit. Bonn., p. 643.

(85) Cfr t. III Julii, p. 525, n. 9.

(86) Ibid., n. 8 et seq.

(87) Cellarius, t. I, edit. 1773, p. 498. Cfr Acta SS., t. V Junii, p. 247.

(88) Menæa, Venetiis 1843, ad xxviii Novembr., p. 211. Menologium Basilii, Urbini 1727, ad eumd. diem., p. 217.

(89) Labb. Concil. t. VII, p. 327 c. 363 b, 42 c; Coletus. Illyricum sacrum, t. VIII, p. 125; Lequien Oriens Christ., t. I, col. 1229.

vitæ, qua sæpius in hoc Commentario nixi sumus, breviter stabilire. Natus est S. Stephanus Cpoli anno 715, post ordinationem S. Germani patriarchæ (90), quæ contigit die XI Augusti ejusdem anni (91). Deductus est a parentibus, valde juvenis, ad Joannem anachoretam montis S. Auxentii, e regione Cpolis, ad sinum Nicomediæ siti, in quo cum diu vixisset, anno ætatis 42 (92), Christi proin 756 aut 757, ad ipsum cacumen montis in angustissimam cellulam se contulit. Interea Copronymus anno 754 (93) synodum iconoclasticam coegerat, cujus decreta ipse deinceps propugnavit, quamque a Constantino pseudopatriarcha, antequam eum morti traderet, anno 768 iterum approbari voluit (94). Hujus conciliabuli decreta anno 763 ad S. Auxentii montem idem imperator jussit deferri, ut a S. Stephano subscriberentur (95). Is vero, eum id facere renuisset, ad S. Auxentii cœmeterium arcte custoditus, die septimo, dum Bulgaris bellum inferre imperator debuit, liberatus est (96). Porro in Bulgaros profectus est Copronymus die XVII Junii, et die XXX ejusdem mensis, feria V, indictione I, eos prælio devicit (97); ex qua indictionis et feriæ indicatione certissimum est ea contigisse anno, quem supra dicebam, 763.

25. Dein a reditu imperatoris Cpolim, paucis eventibus interjectis, incenso S. Auxentii monasterio (98) S. Stephanus e tugurio suo usque ad mare pertractus est, ibique naviculæ impositus et Chrysopolim ad Philippici monasterium delatus (99), postquam dies XVII illic transegerat, ad insulam Proconnesum in exsilium missus est (100). Quoniam vero dicitur ibi, initio pæne exsilii sui, anno 49 ætatis domunculam in columnæ formam a se exstructam, ingressum esse (101), si meminerimus eum anno 715 post XI Augusti esse natum, constabit id accidisse anno 763 exeunte, aut currente 764. Ex quibus quæ num. 24 attulimus de anno 763 iterum confirmantur. Rursum traditur in ejus vita, secundo exsilii anno, id est 763 aut 766, matrem illius obiisse (102), denique nonnullis rebus interjectis, Cpolim eum revocatum fuisse. In qua civitate, diebus aliquot carcere Phialæ detentus (103), cum imperatorem publice arguisset, per undecim menses prætorio incarceratur (104) et demum anno ætatis 53, die XXVIII Novembris (105), anni proin 767, martyrii coronam accepit (106.) Cum enim anno 715 sit in lucem editus, patet eum dicto anno 767, annum ætatis 53 esse ingressum. Porro, si menses

A undecim carcere prætorii mansit, inde con eum sub finem anni 766 Cpolim revectum et consequenter tres fere annos vixisse exsu Proconneso. Quocirca, ubi de Petro de Blac egimus (supra num. 15), qui anno 761 pass merito diximus ejus martyrium S. Stephano tescere potuisse et ab eo, sex annis elapsis, i cere prætorii narrari; at non item martyrium dreæ in Crisi, quod XX Octobris anni 767 con tum enim jamdudum S. Stephanus in dicto c detinebatur, mox ipse ad eamdem palma piendam, inde exiturus. Rursum, ex iisdem deduximus, conficitur S. Stephanum ter pr prodiisse, et crudeliter fuisse ligatum ac p ctum, ultimis scilicet mensibus annorum 76 B et 767 (107). Atque exinde factum est, ut ton cephorus in Breviario (108), tum Theophanes anticipate et confuse omnia narraverint, nec est cum Pagio (110) in aliam causam inq Porro hæc Theophanis narratio Baronium a aliquando in errorem, de anno mortis S. St constituendo induxit.

26. Nunc autem quoniam inquisitio ista i storiam et chronologiam persecutionis iconoc secundæ, prolixior facta est, quam id primum stimabamus, utile duximus eam, juxta serie norum, hic compendio exhibere, additis nun Commentarii, ad quos de singulis actum est:

Anno 761, XVI Maii, passio S. Petri de Blac nis. Supra num. 17.

C Eodem anno, IV Junii, passio S. Joannis Hegumeni monasterii Monagriæ, num. 22.

Anno 763 ad finem vergente, S. Stephanus Junior ex tuguriolo montis Auxentii abstractus et mari Chrysopolim devectus, mox in Proconnesum exsul mittitur, num. 24 seq.

Anno 766, sub finem. S. Stephanus Junior Cpo im redux, carceri traditur, primum Phialæ aliq dies, deinde prætorii, num. 25.

Eodem anno Copronymus omnes subditos ju mentum præstare jubet, se imaginibus sacris ve rationem non exhibituros, num. 12.

Anno 767 Copronymus præfectos crudelissimos provincias mittit, num. 12.

Eodem anno, XVII Martii passio S. Pauli mona D in Creta, sub Theophane Lardotyro insulæ præf num. 12.

Eodem anno, XVI Aprilis, invaditur mona

(90) Analecta græca, p. 403 et 404.
(91) Pagius ad an. 714, n. 2 et ad an. 766, n. 2; Cfr Analecta Gr., p. 405 et 406.
(92) Analecta Gr., p. 423 et seq.
(93) Theoph. loc. cit., p. 659. Pagius ad ann. 754, n. 10.
(94) Theoph., p. 683.
(95) Analecta Gr., p. 457 et 477.
(96) Ibid., p. 460.
(97) Theoph. loc. cit., p. 667 et seq.
(98) Analecta Gr., p. 475.
(99) Ibid., p. 476.
(100) Ibid., p. 483.
(101) Ibid., p. 486.
(102) Ibid., p. 495.
(103) Ibid., p. 495.
(104) Ibid., p. 499 et 503.
(105) Ibid., p. 521.
(106) Cfr Pagius ad an. 766, n. 2.
(107) Analecta Gr., p. 475, 499 et 518.
(108) Edit. Bonn., p. 81.
(109) Loc. cit., 674 et 684.
(110) Pagius ad an. 765, num. 1.

etæ in Asia ad Hellespontum, a Michaele aconte Asiæ præfecto, num. 13.
inno. II Junii, passio 38 monachorum monasterii, a Lachanodraconte prope terræ mole obrutorum, num. 13.
anno XX Octobris, passio S. Andreæ in . 19.
71, VIII Julii, passio S. Pauli Novi,

iritur in vitam S. Andreæ. Actorum loca nonnulla illustrantur.

ndreas natus est in insula Creta, ut te- is Acta et synaxaria omnia, tum excusa, Assemanus asserit Menæa impressa, ia urbium Cretæ oriundum facere (111), isimus vir accurate verba Græca non : Γέννημα καὶ θρέμμα γέγονε τῆς ης τῶν πόλεων Κρήτης. Raderus noster, Menæorum synaxaria Latine interpre- et cujus opus ms., in Bibliotheca Bur- Bruxellensi asservatur (112) eumdem lo- re vertere maluit : Natus et educatus est morata civitate Cretæ. Sed dubium t Metaphrastes ex quo Menæorum Syna- t frequenter contingit, descriptum est : ιὴν γὰρ αὐτὸν ἡ εὐνομωτάτη ποτὲ τῶν ρήτη (infra num. 3). Ex quibus mani-, Metaphrasten de legibus, quas Minos nsibus tradidit, sermonem facere. Inso- em est πόλιν apud mediæ Græcitatis scri- n de urbe aliqua dici (113), sed de ci- legibus communibus reguntur ; verum raste, quem ex scriptis patet in antiquis n mediocriter versatum esse et allusio- ricas adamasse, id mirum videri non de- Hesiodum autem, Thucydidem, Isocra- totelem aliosque, πόλιν cives quoscunque ibus rectos designasse, extra controver- (114). Porro in Actis nostris prioribus, s natus dicitur in loco, qui Castrum di- nfra num. 6) : Ἐν τῷ ἐπιλεγομένῳ τῆς κστρῳ ; et ita verba illa accipienda esse, m videtur ex iis quæ in iisdem Actis) de loco Crisis leguntur : Ἐν τόπῳ νῳ Κρίσις ; hic enim de vocum signifi- ıo dubius hærebit. Quanquam autem op- uodcunque, præsertim si munitum sit, Gretsero nostro et Goaro in Codino Curo- lustrato (115), κάστρον dicitur, id certe de dici nequit, et quidem interpretationem li verba Græca aperte respuunt. Porro locus Cretæ non valde insignis fuerit, l geographos nusquam prodeat. Recentes quidem nonulli, ut Hoffmann, Balbi, etc., vicum Castel-priotisa commemorant, non procul a Candia situm, a rudi gente habitatum, at eumdem esse cum loco qui medio ævo Castrum dicebatur, nihil est omnino quod indicet, et hac de re vel conjecturam emittere ridiculum esset. Ex eo autem quod S. Andreas martyr in Creta natus feratur, Baronius et alii ante hunc, eum non immerito Cretensem vocarunt (116), nec ideo certe cum Pagio (117) dici potest, Baronium martyrem hunc ab Andrea episcopo, similiter Cretensi dicto, non distinxisse, nam in Notationibus ad Martyrogium, die XVII Octobris, aperte inter utrumque distinguit.

28. De Vita S. Andreæ in Creta acta, pauca admodum innotuerunt. Petrus de Blachernis, quem Theophanes ad annum Christi 767 (118), pro Andrea nostro posuit (vide supra num. 14), ab eodem Styla nuncupatur, quam appellationem ad S. Andream transferendam esse, conjicere quis posset ? De hac re adverto, stylitas etiam fors dici potuisse, qui in loco excelso cellam suam habebant, vel quorum cellula in columnæ formam exstructa fuerat ; nam id aliquando factum esse patet ex Actis S. Stephani Junioris, cujus exigua cella, quam ipse sibi in insula Proconneso ædificaverat, ab ejus biographo στυλοειδὴς vocatur : Στυλοειδὲς μικρὸν ἔγκλειστρον ἐν τῷ τόπῳ ἀνοικοδομήσας (119). Dein Petrum de Blachernis, a Theophane Stylitam dictum, idem S. Stephanus nuncupat : Τὸν ἐν Βλαχέρναις ἐγκεκλεισμένον, quod de veri nominis stylita dici non posset. Si igitur S. Petrus de Blachernis stylita fuit, accipiendum id est latiori sensu ; sed cum Theophanes hoc loco Petrum pro Andrea posuerit, nec addat eum in Blachernis vixisse (cfr. supra num, 14 seqq.), ad annum vero 761 vicissim Andream pro Petro scribat, addatque eum ad Blachernas habitasse et calybitam fuisse dictum (supra ibid.), mihi pene certum est, Petrum de Blachernis, ex appellatione qua S. Stephanus utitur, in Blachernis vere calybitam seu inclusum fuisse, non autem stylitam. Theophanes igitur sicut calybitæ nomen a Petro ad Andream transtulit, vicissim nomen stylitæ ab Andrea ad Petrum potuit transferre. Nemo enim S. Andream calybitam dixit, præter Theophanem et qui eum explicare solent, Zonaras, Cedrenus (120) et Paulus Diaconus in Miscella. Verum hæc est sola probatio quæ adduci queat, nisi forte ad Andræe vitam stylilicam alludat Josephus Hymnographus, in antiquissimo canone Menæorum, ode nempe tertia et septima, tropario I. Stylitarum vivendi rationem si quis noscere cupiat, plura de iis reperiet in Actis nostris, ad V Januarii, quando S. Si-

alendaria Ecclesiæ, t. V, p. 304.
ub n. 7883.
fr. Cangii Glossarium Græcum.
fr. Stephani Thesaur. Græc.
. 212, edit. Paris. Cfr. Cangium, loc. cit.

(116 Ad an. 762, n. 1.
(117) Ad an. 761, n. 2.
(118) Theophan., loc. cit., p. 683.
(119) Analecta Græca, p. 486.
(120) P. 11. édit. Bonn.

meon stylitarum antesignanus colitur (121), et aliis locis plurimis. Cl. B. Hase, vir Græcæ eruditionis maximæ, in notis ad Leonem Diaconum (122), observat stylitas usque ad sæculum XII in Oriente perdurasse, Papebrochius vero deprehendit eorumdem institutum apud Ruthenos viguisse ad sua usque tempora (123).

29. Porro, si styliticam vitam S. Andream amplexum esse minus evidens est, certe eum monachum vel anachoretam fuisse, nemo dubitabit. Permultis id testimoniis adstruere, facile, sed supervacaneum foret : nec aliud hic afferimus quam canonem jam laudatum, ante medium sæculum IX a S. Josepho conscriptum (124). Ibi igitur, ode prima, tropario tertio, Sanctum a juventute captum desiderio Christi, lætanter crucem suique abnegationem amplexum esse dicit ; ode vero nona, tropario secundo, eum monachorum, vel anachoretarum decus appellat : Μοναζόντων ἐγκαλλώπισμα. In quodam Menologio Moscho ms., cui, uti et tabulis figuratis de quibus num. 2, fidere semper non possumus, nuncupatur S. Andreas Hieromartyr, quod de martyribus presbyteris solum dici, in comperto est ; verum in omnibus aliis ut Hosiomartyr, id est, ut monachus et martyr, proponitur (125). In Sirmondi Synaxarista ms., quem Parisiis decessores nostri olim acceperunt, dicitur in Creta τὴν μονήρη βίον μετεσχόμενος, ex quibus aliisque similibus appellationibus, S. Andreas potius anachoreta vel solitarius, quam monachus seu cœnobita fuisse videtur. Hujusmodi autem anachoretas non rudes homines fuisse, sed plerumque doctrinam sacram satis bene edoctos, ex Actis S. Stephani Junioris, aliisque monumentis facile posset evinci.

30. Jam accedimus ad ea quæ S. Andreas Cpoli gessit. Acta priora, num. 6, dum ejus adventum Cpoli enarrant, eum dicunt Byzam appulisse, non Byzantium, aut Cpolim : Τὴν Βύζαν κατελάμβανε. Nomen istud nec inter urbis portus, in Cangii Cpoli Christiana reperimus, nec ab ullo scriptore de Cpoli dictum fuisse vidimus. Gyllius scribit de Barbysa fluvio prope Cpolim (126). Ortelius (127) de Bisa, bizya, Bizo Thraciæ et Mœsiæ urbibus, sed de his omnibus hic agi non potest. Ex his autem jam pronum est judicare hæc Acta priora Cpoli non fuisse scripta, quod iterum ex infra dicendis pene manifestum fiet. Porro cum S. Andreas Cpolim advenisset, illico ad palatium quod a S. Mamante nuncupatur, se contulit, quod ibi imperator degeret, et continua martyriorum spectacula in adjacente Hippodromio (128) ederentur. Palatium illud extra urbem, occidentem versus, in decima quarta regione

A situm fuisse, constat ex Gyllio et Cangio quos adduximus, et cum Cpolim ex portu advenien ultra urbem esset, ideo in Actis prioribus in sy rio Mediolanensi, quod § I excusum est, et i mondiano ms., palatium divi Mamantis πέραν dicitur, id est, ultra urbem. Idem palatium S Metaphrastæ qui Cpoli degebat, in Actis num. ultra, sed ante urbem dicitur ; demum Cang Chronico Pascali (129) πέραν vertit : versus fr siquidem ædes S. Mamantis de quo hoc loco freto Sycæno seu Ceratino proxima erat.

31. S. Andreas, cum Copronymo furore in imagines sacras earumque cultores brasset, varia perpessus, ut in Actis refertu mum in arctum fœdumque carcerem conjec

B Hunc non temere carcerem Phialæ seu fuisse dixeris, cujus frequens mentio in Stephani, quemque ex iisdem non procul dromio, martyriorum, in hac persecutione rio theatro, situm, ac valde tetricum fuisse ret (130). Metaphrastes hic insinuat S. plures dies in carcere transegisse et socios confirmasse ; cui Acta priora contradicere et manifeste contradicit synaxarium ex ctum, et num. 5 recitatum ; nam ibi die, coram Copronymo iterum apparuisse quod item synaxaristes Menæorum asserit ris omnibus ipsis Metaphrastæ verbis iisdem Menæis excusis, ad XXVIII Novembris ubi de S. Stephano dicitur eum in carcere fuisse detentum, additur eum ibi Petrum reperisse, verum illud evidenter

C ex male intellecto Menologio Basilii junioris hujus synaxario, ad eumdem diem, titulum habet : Certamen S. Stephani Junioris monachi et martyris, et qui cum eo passi sunt, Petri et Andreæ Dein S. Andreas quidem dicitur monachus fuisse ὁ ὅσιος, sed S. Petrus vocatur simpliciter et enarratis breviter amborum martyriis, sicut supra et in Actis describuntur, de S. Petro aliis, eum prius carcere detentum fuisse (cfr. num. 6 circa finem).

32. Quibus non accurate discussis aut Acta authentica emendatis, synaxaristes Menæorum discernit a monachis S. Petrum et S. Andream quamvis aperte non dicat eos monachos non fuisse

D et itidem trecentos et quadraginta duces cum quibus S. Stephanus in prætorio adjunctos monachos et alios distinguere videtur. Verum tam distinctio ista, quam præsentia S. Andreæ carcere prætorii cum S. Stephano, ex scriptore ligentissimo et coævo Stephano Diacono, qui

(121) T. I Januar., p. 262 ; cfr t. II Febr., p. 91, n. 36.
(122) Edit. Paris, p. 263 ; cfr t. II Feb., loc. cit., not. *i*.
(123) T. I Maii, p. XXVIII.
(124) T. I April., p. 269, r. 13.
(125) Cfr t. I Maii, p. VII : et supra, § I, passim.
(126) De Bosporo Thracio, apud Gronovii Antiqq. Græc., t. VII, col. 3128.
(127) Ortelii Thesaurus geographicus. Antw. 1596.
(128) Theophan. loc. cit., p. 667, 673, 682, etc., et in Actis infra.
(129) Edit. Bonn., p. 598.
(130) Anal. græc., p. 466, 467 et seqq. et 468.
(131) Venetiis 1843, p. 210.

ptivos omnes monachos fuisse diserte asse-
: ullum Petrum aut Andream tum carcere
ım, vel socium quemvis cum S. Stephano
ıio traditum commemorat, corrigi debent (132).
um apparet ex canone S. Stephani, in Me-
.d XXVIII Novembris, qui canon scriptorem
t eumdem S. Josephum, qui Andreæ ca-
concinnavit ac nomen in ulimæ odæ acro-
e signare consuevit, quemque nosse poterit
ex Actis a Papebrochio editis ad diem ter-
prilis (133). In hoc canone, ode 6, etiam ce-
ur S. Paulus quem Gretensem diximus,
.rtyres Ephesini 38 (cfr. supra num. 13),
rus de Blachernis, eodem ordine omnino,
illis martyrii genere tributo, quo apud Ste-
n Diaconum insigniuntur. Hymnographus
S. Stephani Acta genuina perlustraverit, sed
em synaxaristes Menæorum ; idque vel eo
re possemus, quod ejus corpus in mare pro-
fuisse referat, ἐν τῷ πελάγει, cum in Pe-
icendum fuisset. Atque hic etiam advertimus,
udum jam Papebrochius monuit (134), Officia
ınes Menæorum plerumque synaxariis esse
antiquiora et probatiora. Porro prodit qui-
n eodem Josephi canone de S. Stephano,
Andreas martyr, sed extra seriem illam
ex S. Stephani Actis excerptam diximus,
ımpe octava, tropario tertio ; neque additur
um S. Stephano in carcere prætorii versatum
ed paucis verbis, unico Tropario isto, marty-
n hunc modum exponitur : Fortiter persecu-
sistens, divina sapientia præditus Andreas,
is percutitur, et immanem mortem justus pa-
am accinens Domino Christo in sæcula. Non
itaque Josephus Hymnographus, qui Cpoli
.t, patriarchæ Ignatii Sceuophylax, ubi de S.
ıno, primario totius persecutionis Coprony-
martyre agebat, etiam S. Andreæ in Crisi
neminisse, licet in Actis S. Stephani quæ in
ɔ suo secutus videtur, de eo mentio non fiat.
um patebit ex laudibus quibus S. Andream
at in canone quem de ipso concinnavit, et ex
ferius plurima proferimus.

Eductus est S. Andreas e carcere suo,
Phialæ fuisse verosimilius diximus, ad impe-
m, et coram eo imaginum venerationem ite-
udacter tuitus, a palatio S. Mamantis in ur-
pertrahi jubetur (in Actis, num. 14 et 15),
ne ad forum Bovis pervenisset, terram ubique
ns cruore, ibi a piscatore quodam pede dextero
ıso, animam Deo tradidit. Quod cum vidis-
qui eum trahebant, in locum fœdissimum
ne corpus projecere. Hæc ex sequentibus

A illustrantur. Bos scilicet seu forum Bovis, nomen mutuabatur a camino æneo in formam bovis conflato, in quo ustus fertur S. Antipas martyr, antequam Pergamo Cpolim a Theodosio magno esset advectus, quique in hoc foro eminebat. De hoc martyrii instrumento egregie disputat Morcellus noster in doctissimis Commentariis quibus Kalendarium suum Cpolitanum exornavit (135). Capiebat autem forum Bovis undecima regio, non procul a freto Ceratino dissita, nec a porta Blachernarum, ubi multi habitabant piscatores (136). De Bove plura etiam congessit olim Papebrochius (137). Ex eo autem quod ibi forum fuisse dicatur, facile intelligitur quod in Actis nostris scriptum est num. 15, truculentum illum piscatorem hastam, ex macello
B quodam ibi arreptam, adhibuisse. Conferendus etiam Anonymus Combefisianus (138), qui ex Bove æneo nummos cusos ab Heraclio refert, ut ita ad Copronymi usque tempora Bos non permansisse videatur, sed solum nomen foro inditum. Locus ille fœdissimus, in quem S. Andreas projectus fuit, Pelagii sepulcretum est, quod etiam S. Stephanum Juniorem excepisse testatur Nicephorus in Breviario, et ex ejus Actis ad diem XXVIII Novemb. pluribus declarabitur. En Nicephori verba Petavio interprete : A palatio ad Bovis usque forum attractum, miserrime discerpserunt. Cujus corpus in eum locum quem Pelagii sepulcra nominant, tanquam malefici cujusdam abjiciunt : illuc enim et profanorum gentilium et eorum qui capitali supplicio damnati essent, cadavera deportabantur (139).
C Metaphrastes num. 15, et synaxaristes Menæorum S. Andream in locum maleficorum projectum dicunt, et inter corporum congeriem repertum ; verum Theophanes aperte Pelagia indicat (supra num. 14). Cur autem eadem sepulcra non Pelagii, sed Pelagiæ, τῆς ἁγίας Πελαγίας, ab aliquibus dicta sint, diligenter inquirit Janningus in Actis S. Pelagiæ Antiochenæ (140), nec explicationem Cangii, ad calcem Annalium Zonaræ traditam, admitti posse, recte ibidem evicisse videtur.

§ IV. *S. Andreæ reliquiæ, miracula, locus sepulturæ.*

34. Corpus S. Andreæ in Pelagiis per miraculum repertum ac a cæteris discretum, a piis viris in loco sancto Crisis depositum est ; atque hoc quidem ex
D Actis, ut aiunt, anepigraphis num. 16, insequenti nocte factum esse videtur. Miraculum tamen præcitatum, quod Metaphrastes et Menæa excusa referunt, in iisdem Actis non comparet, sed omittunt tantum, ac nihil dissonum addunt quod cum Metaphraste componi non possit. Et hæc est altera ratio cur Acta illa Cpoli scripta non fuisse videantur.

:) Anal. Græc., p. 500 et 517.
:) T. April., p. 268.
ı) T. III Mart., p. 165 et t. I Junii, p. 17,
ı) T. II, p. 85.
ı) Gyllius Topogr. Cpol., lib. II, cap. II.

(137) T. VII Maji, p. 68, n. 12 et t. II April., p. 4, n. 3.
(138) Manipul. Cpolit., p. 20.
(139) P. 46 d. edit. Paris ; cfr Analecta Græca, p. 519 et 520.
(140) T. II Junii, p. 159, n. 25 et seqq.

quod scilicet ex tot miraculis, quæ S. Josephus Hymnographus anno 814 jam Cpoli sacerdotio fungens (141), ac sæculo sequenti Metaphrastes magnifice extollunt, nullum ea commemorent, aut de illis ne verbum quidem proferant. Si enim Cpoli scriptor Actorum degisset, non eo modo patrocinium S. Andreæ sibi apprecatus foret, tale illud rogans scilicet, quale id experiuntur qui colunt tuam sacram memoriam et loculum reliquiarum tuarum venerantur. Nunc ex Canone S. Josephi ea exhibemus quæ S. Andreæ miracula commendant; sed ultimam Odam cui hymnographus, in perpetuam venerationis suæ memoriam, nomen per acrostichidem intexere suevit, integram vertimus, eadem acrostichide servata. Advertisse etiam juverit, uti postremæ huic Odæ, ita cæteris omnibus annexum esse Theotocium seu versiculum in honorem Deiparæ, quod jam ante Josephum factitabat Theophanes, aliique hymnographi Græci; ut ita planum fiat quanta Græci, a Romana sede necdum divulsi, quanta, inquam, in B. Virginem devotione polluerint. Ex his Canticis excerptum est opusculum Wangnereckii nostri cui titulus : Pietas Mariana Græcorum, et Maraccius suum Mariale ex unius fere S. Josephi hymnis, etsi permulti adhuc in bibliothecis manuscripti delitescunt, concinnare potuit.

35. Sanitas ex te sive vivo adhuc, sive jam mortuo, tanquam ex fonte in ægrotos defluit, verbo divino potens, sancte Andrea, qui spiritus impuros depellis, et Creatori tuo inclamas : Tu solus sanctus, Domine. *Ode* 3, *tropario* 2.

Suave spirans, odore virtutum, ubi nunc jaces in sepulcro. Pater sancte, vultum lætificas eorum qui confidenti corde Te adeunt. *Ode* 4 *trop.* 2.

Peccati tenebras abhorruisti, Pater, et libidinis expers ut lucerna splenduisti, qui ad sanctum tumulum tuum accedentes splendore curationum, Deo dante, illuminas. *Ode.* 5, *tr.* 1.

Dei habitaculum factus es, Pater, qui sancte vixisti et pugnasti fortiter ; nunc vero in monumento jaces, salvus et indissolubilis, cunctorum solvens morbos fidelium. *Ode* 5, *tr.* 2.

Ut magni pretii thesaurus absconditus, oculis fidelium, Pater, manifestus factus es, et miraculis ditas omnes qui colunt te. *Ode* 6, *tr.* 3.

Spiritus tuus divina communicatione præfulgidus, mirabilis Andrea, stellam lucidam cunctis te exhibuit, et ubique miraculis illustras fideles collaudantes te. *Ode* 7, *tr.* 3.

Contra Christum in rabiem abrepti, ut feræ bestiæ te trucidari jusserunt : quare raptantes et cædentes te in barathrum projecerunt, qui ita veritatis manifestus martyr factus es. *Ode* 8, *tr.* 2.

Prodigiis fideles, tanquam fluento, irrigas, et fugas, vir beate, nequitiæ spiritus, et languores tollis, qui a Christo Deo nostro curationum gratiam cœlitus accepisti. *Ode* 8, *tr.* 3.

Ode 9.

Ideo, Pater sancte, cursu tuo consummato, orthodoxa fide intemerate servata, quia certa legitime, coronam duplicem desuper accepisti, ut martyr invictus, ut asceta egregius.

Odoriferum ut lilium, ut rosa, Pater, in [illegible] divinæ asceseos floruisti, ut cedrus suave [illegible] les, martyrum splendorem adeptus, beate [illegible] drea, monachorum decus.

Signis et portentis merito celebris, omnium [illegible] oculis indissolubilis manes, beate Andrea, [illegible] mentem illuminas fide ardenti adeuntium [illegible] gratulantium tibi.

Ecce diem festivum et sanctam suavissimam memoriam tuam celebrantes hodie, tibi, [illegible] cum fiducia clamamus : Sacris ad Deum [illegible] tionibus tuis, ab omni vicissitudine vitæ [illegible] nos digneris.

Theotocium.

Phosphori veri, qui lumen tulit in [illegible] splendore Deitatis, et ignorantiæ tenebras [illegible] vit in ævum, viscera tua, castissima Virgo, [illegible] bitaculum facta sunt ; ideo glorificamus [illegible]

36. Hic exscribenda forent Metaphrastæ [illegible] ba, quibus testatur, suo etiam tempore [illegible] nem morbo aut malo qualicunque corripi, [illegible] Sancti tumulum adiisse quin remedium [illegible] lerit ; qui Cpoli degens ita fidentes [illegible] concives allocutus, nisi frequentes [illegible] S. Andreas fidelium pietatem [illegible] rum, his missis, cum in Actis [illegible] sint de Crisis loco cui sacrum [illegible] est, quædam proferenda sunt. In Actis [illegible] sed in Metaphrastæis disertius, locus [illegible] dicitur. Fuit ibi scilicet monasterium, [illegible] circiter 1281, ex Possini nostri calculo [illegible] Raulena Protovestiarissa peramplam et [illegible] artificii ædem adjecit. Alibi vero Pachymeris [illegible] ejusdem Possini interpretatione, ita fere loquitur: abdidit se Gregorius patriarcha in monasterium Aristinæ dictum, contiguum monasterio S. Andreæ in Crisi, viciniam in talis delectu loci [illegible] Protovestiarissæ Raulænæ in eo S. Andreæ [illegible] sterio degentis a qua benigne fovebatur [illegible] Num igitur ob viciniam utriusvis istorum [illegible] steriorum Crisis locus sanctus, jam inde ab [illegible] culo dicta sit, definiri non potest ; nos [illegible] pellationis causam non deteximus. Porro [illegible] priore Pachymeris allegato loco discimus, [illegible] nam, feminam multis tertii decimi sæculi [illegible] ribus celebratam, S. Andreæ magnificum [illegible] suscitasse ; cui Maximus Planudes monachus, [illegible] tum temporis vivebat (144) et ex biographis [illegible]

(141) T. I April., p. 269, n. 13.
(142) Pachymer, t. II, p. 53 d. et 606.
(143) Loc. cit. p. 89 e.
(144) Pachym., l. c. p. 166 e.

facile cuipiam poterit, inscriptionem du- destinavit. Hanc utramque Cangius, cum ·isset Raulænam ex Francis stirpem de- ı (145), in supplemento Cpolis Christianæ, onaræ Annalibus subjecit, edendam curavit. ıs hic recudendas esse non duximus, cum tim in extollendo Raulænæ genere Planu- ne totus sit : de quo etiam monuisse ju- ı disticha quædam non rite intelligantur, cerrimum Græci schismatis propugnatorem

Quid de venerandis S. Andreæ reliquiis ›olis direptionem a Turcis factum sit, igno- ; fortasse earum aliqua pars etiamnum Cpoli ıretur, nam secus non integra aut absque ɜntario fors prodiissent quæ in Græco Officio sente S. Andreæ corpore toties repetuntur. . enim, uti ea excusa habemus, Cpolitanæ æ officia potissimum referunt, et patroci- patriarcha Cpolitano, sæculo XVI, primum nandata fuere (146). Obvius est aliquis S. An- Cretensis in Descriptione montis Atho, anno ı Valachia edita et a Montfauconio ad calcem

A Palæogrophiæ Græcæ reproducta ; scimus quidem Acta et Vitam S. Andreæ episcopi Cretensis minus nota fuisse, et martyrem nostrum tam in fastis quam in Actis, sæpissime Cretensem dici, sed hæc dubium non solvunt. En autem locum ex dicta Descriptione : Ibidem in monasterio Batopedii erat olim caput S. Andreæ Cretensis : sed Patres a multis jam annis ipsum quasi cimelium pretiosum obtulerunt piissimo et magno totius Russiæ imperatori. In monasterio Iberorum ejusdem montis Atho reliquiæ cernebantur S. Stephani Junioris (147), quem eodem tempore passum diximus, et Menæorum synaxarium Cpoli requiescere asseverat. Nunc Acta duplicia damus, quorum priora interpretati sumus, sed monemus ea prolixe et in formam encomii scripta esse. Quam emendate utraque proferant antiqui codices, ex quibus exscripta sunt, lectio ipsa patefaciet ; vix B ulli iotacismi obvii sunt, sphalmata autem amanuensium paucissima, eaque ipsa postmodum alia manu in margine correcta sunt, aut hic, pro Actis Metaphrastæis scilicet, ex quatuor codicum collatione emendantur. Videsis plura de utrisque supra n. 8 et 9.

) In notis ad Alexiad., p. 239.
) T. I Aug., p. 229.

(147) Palæogr. Gr., p. 464 et 474.

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΟΣΙΟΜΑΡΤΥΡΟΣ

ΝΔΡΕΟΥ ΤΟΥ ΕΝ ΤΩ ΚΡΙΣΕΙ.

—

MARTYRIUM

S. MONACHI ET MARTYRIS

ANDREÆ IN CRISI.

›d. Coisl. CXLV, fol. 121 verso Bibliothecæ regiæ Parisinæ cum collatione aliorum quinque integro- ı codicum. A. — Cod. Coisl. CXL. B. — Cod. Reg. 1484. C. — Cod. 1495. D. — Cod. Reg. 1503. A. - Cod. Reg. 1503. F. — Cod. Reg. 1543.)

unicum. S. Andreæ pia in Creta vita ; venit Constantinopolim ad impugnandum Constantinum ronymum, et immania tormenta passus, exspirat. Sepulcrum miraculis claret. In Crisi depo- r.

Πολλὴ κατὰ τῶν τοῦ Χριστοῦ μαρτύρων τοῦ C .ου ἡ κακουργία, καὶ μάλιστα ὅταν ἀπταίστως αἰ ἀκλινῶς ὁδεύουσαν τὴν εὐσέβειαν· πολλὴ ικίλη καὶ μεγάλης δεομένη ψυχῆς, καὶ ἀσφα- ῇ πρὸς Χριστὸ[1] ἀγάπῃ καθωπλισμένης,

I. Est magna diaboli malitia adversus Christi martyres, et maxime quando eos videt pietatem constanter ingredi, et citra ullam offensionem : et cum sit etiam varia, magno contra illam opus est animo, et recte armato in Christum ch-

[1] ὸς Θιὸν F.

ut non ab eo opprimatur, neque in exsecrandas illius manus incidat, qui hostibus quibuslibet insultat impudentius ; et partim quidem per se, partim autem per eos, qui ipsi adhærent, multifariam, multisque modis Christi servos afficit injuria, Nam alios quidem deturbat per præcipitia, alios autem objicit ferarum dentibus : aliis accendit fornacem, aliis aperit barathrum : his machinatur rotam, illis acuit gladium : et aliis alias plagas parat, et mortes.

II. Sed nihilominus fuit irrisus, cum martyres hæc omnia parva duxissent, et alia magis nova tormenta requirerent, ut per hæc ostenderent magnum, quod in Christum habebant, desiderium. Nam etsi multos ex Christi servis de medio sustulit inimicus, et ipsorum superavit naturam : at non etiam institutum, ac voluntatem, et mentem, quæ vincit omnia. Et ideo magis fuit superatus, et demisit supercilium, quod et carne, et natura humana laborante, esset illorum animus inviotus et immutabilis. His, quæ dicuntur, ferunt testimonium generosi et beati martyris Andreæ certamina. Is enim cum talia, et his multo graviora sustinuisset, non solum communem omnium inimicum abunde superavit : sed iis etiam, qui ipsum consecuti sunt, maximum fuit argumentum, ut essent bono animo. Cujus non solum sunt insignia admiranda certamina, sed sunt etiam ejus recte facta imitanda : nec solum esse oportet auditores eorum, quæ de ipso dicuntur, sed etiam ejus virtutis imitatores.

III. Ipsum quidem tulit, quæ omnium optimis regebatur legibus, Creta. Itaque autem ab ineunte ætate patriam imitatus pietatem, beatos quoque in ipsa ostendit labores. Non enim laudavit gloriam, non divitias est admiratus, non amavit delicias, non mollem et remissam vitam est consectatus sed duram, rigidam et asperam, et quæ per omnia erat parata adire certamina. Cum ergo esset ardentissime virtutis amore captus, et mansisset liber a voluptate, præclara erexit tropæa adversus inimicos, qui mente percipiuntur, et fuit omnibus optima via salutis : et multis persuasit, ut vitam præsentem despicerent, et in cœlum currerent : quo in loco ab iis, qui sapiunt, dicitur et creditur esse nostra conversatio. Atque illius quidem vita erat hujusmodi : dogmata autem apostolica et patria accurate tenebat. Quinetiam universus orbis terræ tunc pura et sincera fruebatur religione, neque quidquam inimici zizaniorum tunc in eo nascebatur. Cum autem jam longo tempore malignus hæc videret florere, et pura tranquillitate impleri ecclesiam, perinde atque magna affectus esset injuria, nequaquam sustinuit : sed ut per dolum piam invaderet religionem, ma-

A ὥστε μὴ πλεονεκτηθῆναι ὑπ' αὐτοῦ, μηδὲ ταῖς χερσὶν ἐκείνου ταῖς μιαραῖς ἐμπεσεῖν, πολεμίων ἁπάντων ἀναιδέστερον ἐπιπηδῶντος· καὶ τὰ μὲν δι' ἑαυτοῦ· τὰ δὲ, καὶ διὰ τῶν προσκειμένων αὐτῷ πολυτρόπως τοῖς Χριστοῦ δούλοις ἐπηρεάζοντος· τοὺς μὲν γὰρ κατὰ κρημνῶν ὦσε· τοὺς δὲ ὀδοῦσι θηρῶν περιέβαλε· κάμινον ἀνῆψεν ἑτέροις· ἄλλοις βάραθρον ἤνοιξε· τούτοις τροχὸν ἐτεχνάσατο· ξίφος ἐκείνοις ὑπέθηξε· καὶ ἄλλοις ἄλλας πληγὰς ἡτοίμασε καὶ θανάτους.

B'. Ἀλλὰ διὰ πάντων [2] κατεγελάσθη· μικρὰ τῶν μαρτύρων πάντα ταῦτα λογισαμένων, καὶ ἄλλας καινοτέρας βασάνους ἐπιζητούντων· ὥστε τὸν πολὺν ὃν εἶχον πρὸς Χριστὸν πόθον δι' αὐτῶν ἐπιδείξασθαι. Εἰ γὰρ καὶ πολλοὺς τῶν τοῦ Χριστοῦ δούλων ὁ ἐχθρὸς ἀνεῖλε, καὶ φύσεως ἐκράτησε τῆς αὐτῶν, ἀλλ' οὐχὶ [3] προαιρέσεως καὶ γνώμης τῆς πάντα νικώσης· καὶ διὰ τοῦτο μᾶλλον ἥττηται, καὶ τὴν ὀφρὺν καταβέβληται· ὅτι καὶ σαρκὸς καὶ φύσεως τῆς ἀνθρωπίνης καμνούσης, ὁ νοῦς ἐκείνων ἄτρεπτος ἦν καὶ ἀήττητος. Μαρτυρεῖ τοῖς λεγομένοις, καὶ τοῦ γενναίου καὶ μακαρίου μάρτυρος Ἀνδρέου παλαίσματα· οὗτος γὰρ, τοιαῦτα καὶ πολλῷ βαρύτερα τούτων καθυποστὰς, οὐ μόνον τοῦ κοινοῦ πάντων ἐχθροῦ μετὰ πολλῆς ἐκράτησε τῆς περιουσίας, ἀλλὰ καὶ μεγίστη τοῖς μετ' αὐτὸν ἀθληταῖς πρὸς τὸ θαρρεῖν ὑπόθεσις γέγονεν· ὃν οὐ τῶν ὑπερφυῶν παλαισμάτων θαυμάζειν χρὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν κατορθωμάτων εἰς ζῆλον ἔρχεσθαι· οὐδ' ἀκροατὰς τῶν περὶ αὐτοῦ λόγων, ἀλλὰ καὶ μιμητὰς τῆς ἀρετῆς γίνεσθαι.

Γ'. Ἤνεγκε μὲν γὰρ αὐτὸν ἡ εὐνομωτάτη [4] ποτὲ [5] τῶν πόλεων Κρήτη· ὁ δὲ, τὴν πατρικὴν ἐκ παίδων ζηλώσας εὐσέβειαν, ἐν αὐτῇ καὶ τοὺς μακαρίους ἐπεδείξατο πόνους· οὐ γὰρ δόξαν ἐθαύμασεν· οὐ πλοῦτον ἐθαύμασεν· οὐ τὸν ὄγκον καὶ ἀνειμένον [6] ἐζήλωσε βίον, ἀλλὰ [7] τὸν σκληρόν τε καὶ εὔτονον [8] καὶ τραχὺν, καὶ διὰ παντὸς ἐναγώνιον. Ἀρετῆς τοίνυν οὕτω θερμότατα ἐρασθεὶς, καὶ δούλης [9] ἡδονῆς ἐλεύθερος μείνας. λαμπρῶν κατὰ τῶν νοουμένων ἐχθρῶν ἀπέλαυσε τῶν τροπαίων· καὶ πάσης ὁδὸς ἄριστη τῆς σωτηρίας ἐγένετο· πολλοὺς τε ὑπεριδεῖν ἔπεισε τῆς παρούσης ζωῆς, καὶ πρὸς οὐρανὸν τρέχειν [10]· ἔνθα καὶ τὸ πολίτευμα ἡμῶν παρὰ τῶν εὖ φρονούντων [11] καὶ λέγεται καὶ πιστεύεται. Ὁ μὲν οὖν οὕτως εἶχε βίον [12] καὶ δογμάτων ἀποστολικῶν καὶ πατρικῶν ἀκριβῶς εἶχετο. Καὶ ἡ σύμπασα δὲ οἰκουμένη καθαρὰς [13] καὶ αὐτὴ τῆς εὐσεβείας ἐτρύφα· καὶ οὐδὲν ὅλως τῶν τοῦ Χριστοῦ [14] ζιζανίων [15] ἐν αὐτῇ παρεφύετο. Χρόνον δὲ ἐξ συχνὸν ὁ πονηρὸς [16] ἀνθοῦντα ταῦτα ὁρῶν, καὶ καθαρᾶς γαλήνης τὴν ἐκκλησίαν ἐμπιπλαμένην [17] ὥσπερ αὐτὸς τὰ μεγάλα ἠδικημένος, οὐδαμῶς ἤνεγκεν, ἀλλὰ πάνυ δολίως ἐπιθέσθαι τῇ εὐσεβείᾳ σπου-

[2] ταῦτα πάντα R. B. D. E. F. [3] καὶ B. C. E. F. [4] εὐνομωτάτη D. F. [5] ποτὲ deest F. [6] prius erat ἀνειμένων D. [7] καὶ D. [8] ἔντονον F. [9] δοῦλος E. [10] ἀνατρέχειν F. [11] τῶν εὐφρονούντων D. [12] βίου B. C. D. E. [13] καθαρὰ D. [14] ἐχθροῦ pro Χριστοῦ D. E. F. [15] ζιζανίοό B. C. D. E. F. [16] ὁ πονηρὸς desunt in F. [17] οἰκουμένην B.

ο. Εἰδὼς γὰρ ὅτι χαλεπὸν αὐτῷ καὶ δυσ- A gnum studium adhibuit. Nam cum videret esse
;τον πεῖσαι Χριστιανοὺς ἀρνηθῆναι [18] τὴν longe difficillimum persuadere Christianis, ut nega-
ῦ Χριστοῦ σάρκωσιν, πολλοῖς ἤδη χρόνοις rent divinam Christi carnis susceptionem, quæ jam
εἶσαν [19] αὐτοῖς· καὶ ὅ φησιν ὁ θεῖος Δαβὶδ longo tempore apud eos erat firma ac stabilis, et,
αν μὲν τὰ κλήματα [20] ἕως θάλασσης, καὶ ut dicit divinus David, extenderat quidem suos pal-
ταμῶν τὰς παραφυάδας· ὅρη δὲ τῇ σκιᾷ mites usque ad mare, et usque ad flumina propa-
υσαν, καὶ ταῖς ἀναδενδράσι τὰς τοῦ Θεοῦ gines : umbra autem sua tegebat montes, et arbustis
· τοῦτο ἐκεῖνος εἰδὼς, ἅτε σῦς ἐκ δρυμοῦ suis cedros Dei : tanquam ferus aper e silva, eam
ιὸς ἄγριος, λυμήνασθαι ταύτην ἐπιχειρεῖ, alio modo conatur perdere, qui propemodum ferebat
ἕτερον, μικροῦ πρὸς τὴν ὁμοίαν φέροντα ad idem damnum : et per negationem venerandum
καὶ διὰ τῆς ἀρνήσεως τῶν σεπτῶν εἰκόνων, imaginum molitur inducere negationem carnis sus-
μηχανᾶται καὶ τῆς οἰκονομίας· εἴγε δεῖ [21] ceptæ œconomiæ. Siquidem quæ sunt imaginis,
εἰκόνος ἐπὶ τὸ πρωτότυπον [22] διαβαί- scimus transire ad exemplar primarium.

ιὶ τὸν τότε ἄρχειν λαχόντα δεινῶς ὑποδὺς, IV. Itaque sensim eum subiens, cui obtigerat im-
ιτῖνόν φημι τὸν πονηρὸν καὶ δυσώνυμον, B perium, improbum, inquam, et infaustum Constan-
εναντίας τῷ ὁμωνύμῳ καὶ πρώτῳ φυτευτῇ tinum, in religionem secus affectum, quam Con-
εβείας περὶ ταύτην διατεθέντα, πείθει μὴ stantinus ille qui fuit ejusdem nominis, et primus
εἶναι Χριστιανοὺς καὶ αὐτὸν οἴεσθαι· καὶ plantator pietatis, ei persuadet, nefas esse Christia-
ὑπὸ χεῖρα νομοθετεῖν, τὰς ἱερὰς ὄντως εἰ- nis, et iis, qui sunt sub ejus imperio, vere sacras
μᾷν. Ἑλληνικῆς τοῦτο θρησκείας καὶ νομί- honorare imagines. Quod quidem ille fieri prohi-
ζεῖναι καὶ ὀνομάζοντας, κακῶς ἐκεῖνος εἰδὼς, buit, existimando et dicendo hoc gentilis esse su-
ιν ἐπισφαλῶς τε καὶ ἀνοήτως. Καὶ τοῦτο perstitionis, male profecto intelligens, et periculose
ὸ τῶν παλαιῶν λέγεται, μιγνύων τὰ ἄμικτα. admodum et insipienter (id, quod dicitur a veteri-
ν γὰρ τὸ πρωτότυπον ἀσεβὲς, τούτων καὶ ὁ bus) miscens ea, quæ misceri non possunt. Nam
οῖς εὐσεβεῖν βουλομένοις ἐπίσης βέβηλος· ὧν quorum primum quidem exemplar est impium, eo-
ίνο προσκυνητὸν καὶ σεβάσμιον, τούτων ἄρα rum quoque figura est æque profana iis, qui volunt
ἰκὼν ἀκολούθως τιμῆς πάσης [25] ἠξιωμένη. esse pii. Quorum autem illud est adorandum et ve-
nerandum, eorum quoque imago consequenter digna
est omni honore.

ὑτω τοίνυν αὐτὸς ὑπὸ τοῦ πονηροῦ πνεύμα- V. Sic ergo ipse doctus a maligno spiritu, jussit
ιαχθεὶς διὰ πάσης χωρεῖν ἐκέλευε τῆς ὑπ' οὐ- C per omnem terram, quæ est sub cœlo procedere,
ιαὶ εἰς ἔσχατα γῆς τὸ ἔκφυλον τοῦτο νομο- et ad extremos fines transire alienum hoc edictum,
διαβαίνειν, πᾶν εἶδος κολάσεως κατὰ παντὸς omne genus supplicii omni generi et ætati aspere
καὶ ἡλικίας πᾶσῃ ἀποτόμως διαπειλῶν, minitans, si quis suo decreto non pareret, prom-
ις μὴ τῷ καλῷ [27] δόγματι πειθόμενος [28] ᾖ, ptoque et alacri animo illud non exciperet : imo
λα προθύμως [29] ἐκεῖνο ὑποδεχόμενος, ἀλλὰ si divinam aliquam figuram vel verbotenus vide-
ίων τινὰ χαρακτῆρων καὶ μέχρι λόγου ψιλοῦ retur honorare. Graviter vero et immaniter pu-
φαίνοιτο· βαρεῖς γὰρ καὶ ἄτοποι κολασταὶ, niunt, et nullam dant veniam ii, quibus obtigit
δεμίαν συγγνώμην ἔχοντες οἱ τὸ ἄργειν λα- imperium, quando iis, quæ ab ipsis sunt consti-
ὅταν τοῖς παρ' αὐτῶν διατεταγμένοις ἀπει- tuta, non obedientem aliquem acceperint, cum
τινα λάβωσι, καὶ μάλιστα τοῦ κελεύσματος præsertim videatur jussus pertinere ad multorum
λλῶν ωφέλειαν εἶναι δοκοῦντος· ὀργίζονται utilitatem. Irascuntur autem, non id curantes
ὸ τοῦ κοινῇ λυσιτελοῦντος αὐτοὶ φροντίζον- quod publice conducit, sed suam explentes arro-
λ' ἰδίαν ἐκδικοῦντες ἀλαζονείαν· Διὰ ταύτας gantiam. Propter has ergo asperas et sævas minas,
ὰς ἀποτόμους καὶ χαλεπὰς ἀπειλὰς, ἐρή- licebat tunc videre civitates effectas in solitudini-
ν τότε τὰς πόλεις ὁρᾷν· πόλεις δὲ, τὰς D bus : esse autem plane desertas civitates propter
ς, τῷ πλήθει τῶν εἰς [31] αὐτὰς φοιτώντων γι- multitudinem eorum, qui ad eas veniebant solitu-
ς. Ἐστενοχωροῦντο εἱρκταί· ἐπληροῦντο τὰ dines. Nimis arctæ reddebantur custodiæ : reple-
ήρια, οὐ λῃστῶν οὔ μοι [32], οὐ λωποδυτῶν [33], bantur carceres, non latronibus, proh dolor, non
καὶ κακουργῶν· ἀλλὰ θεωφίλων ἀνδρῶν καὶ expilatoribus, aut aliis ejusmodi maleficis homini-
ένων τὸν Κύριον· ὧν αἱ πάννυχοι στάσεις, bus : sed viris piis ac religiosis, et Dominum

ήσασθαι B. [19] ἐμπεδωθεῖσαν C. D. E. F. [20] κλίματα B. E. [21] δὴ B. C. D. E. — δεῖ om. οἴδαμεν B. C. D. E. εἴγε — πρωτότυπον οἴδαμεν hæc in margine manu recentiori F. [22] διαβαί- dem manu F. [24] τοῖς B. C. D. F. [25] ἁπάσης F. [26] εἴ τις C. [27] τῷ καινῷ δόγματι D. τῷ x correctione ; prius erat τῷ καλῷ C. [28] πειθόμενος, ᾖ καὶ D. [29] προθύμως ἀποδεχ ἐκεῖνο C. [30] τιμῶν B. C. D. φαίνοιτο θανατοῦσθαι C. E. F. [31] ὡς B. C. D. E. F.). E. [33] τινῶν F.

timentibus, quorum erant pernoctes stationes, et qui sunt ex Deo sudores, et nocturnæ lacrymæ : et quos Hierusalem vocabat libera civitas, honorifice apud eam diversaturos.

VI. Cum ergo tam magnum et tam grave bellum esset excitatum, et multi statim tempori cessissent, serviliterque et illiberaliter omnino loquerentur, beatus hic Andreas, non ferens hunc novum modum captivitatis, neque pias animas, quæ superna civitate, misere privabantur, despiciens : sed tempus aptum esse arbitratus ad zelum magno et excelso animo ostendendum, quem pro pietate jamdiu parturiebat, relicta terra, patria et solo, quod eum aluerat, venit statim Byzantium, tanquam quispiam fortis et generosus athleta, qui in exercitatione satis studii posuerat, et in stadium sæpius descenderat. Itaque nec metum magistratuum, neque aliquid aliud grave reputans, in medium progressus, imperatoris, et eorum, qui erant ab ejus parte, malam sectam libere arguebat : et honorem, qui divinis debebatur figuris, docebat et statuebat : Sic, dicens, debet coli Deus' sic venerari imagines. Porro autem dicebat se eo venisse, ut tolleret, quæ a diabolo parabantur, insidias et eos quidem, qui suam salutem prodiderant, adduceret ad pœnitentiam, et animum eis adderet, ut rursus pugnarent : rursus vero eos, qui stabant, precibus, adhortationibus et consilio muniret, tutosque redderet.

VII. Cum is hæc publice prædicaret, et ne tantillum quidem de dicendi libertate remitteret, ea significantur imperatori. Qui cum ante civitatem in martyris Mamantis, quæ dicitur, basilica, cum suo consueto præsedisset supercilio : et magnum quidem ex scenica illa specie fastum, magnam autem ex assentante illo satellitio gloriam sibi induisset : et nec eos quidem, qui oderant, solum intueri sustineret : orthodoxos vero torve et ferociter adspiceret, et nihilo mitius, quam fera agrestis, in eos ferretur : et alios quidem boum nervis crudelissime cæderet : alios autem igni et aliis suppliciis traderet : multorum vero etiam ipsos oculos et linguam erueret, ut illi quidem aliorum athletarum non adspicerent animi magnitudinem, nec hinc tolerantiæ magnum acciperent solatium : hac autem adempta non possent alios excitare ad certamen, neque eis veluti manum præbere per consilium et suasionem : aliis autem simul manus et pedes auferret, propter iræ vehementiam et acerbitatem : hic beatus Andreas animo sauciatus, et pro Domino spirans virtutem et animi magnitudinem, cum e medio corde sibi esset precatus, et subinde dictitasset : Domine, serva, Domine, dirige : se ipsum in media injicit

A καὶ οἱ κατὰ Θεὸν ἱδρῶτες καὶ τὰ [34] νυκτερινὰ κρυα, καὶ οὓς Ἱερουσαλὴμ ἡ ἐλευθέρα πόλις ἐκ φιλοτίμως παρ' αὐτῇ καταλύσοντας.

ϛ'. Μεγάλου [35] τοίνυν οὕτω τοῦ πολέμου δεινοῦ κινηθέντος· καὶ τῶν [36] πολλῶν εἰκ τὸν καιρὸν βλεψάντων, καὶ δουλικὸν ὅλως καὶ νὲς [37] φθεγγομένων, ὁ μακάριος οὗτος Ἀνδρέας καινὸν τοῦτον τῆς αἰχμαλωσίας τρόπον οὐκ κών, οὐδὲ τῆς ἄνω πατρίδος τὰς εὐσεβεῖς [38] ἀθλίως στερουμένας ὑπεριδὼν, ἀλλὰ καιρὸν δειον εἶναι νομίσας, ὃν ὑπὲρ εὐσεβείας ἐκ ὤδινε ζῆλον, ἀνδρειότατα νῦν ἐπιδείξασθαι πατρῴαν καὶ τὸ θρεψάμενον ἔδαφος ἐκλιπὼν, Βυζάντιον εὐθὺς ἥκει, ὥσπερ τις γενναῖος ἀ στῆς ἱκανῶς ἐκπονηθεὶς τὰ γυμνάσια, καὶ ἐπ τὸ στάδιον καταβάς· καὶ μήτε ἀρχόντων τῶν μήτε ἄλλο τῶν χαλεπῶν ὑπολογισάμενος, πα εἰς μέσους, τὴν αὐτοῦ τε πονηρὰν βασ αἵρεσιν, καὶ τῶν ὑπὸ χεῖρα διήλεγχε μετ σίας, καὶ τὴν ὀφειλομένην τοῖς θείοις τιμὴν ἐδίδασκε καὶ ἐνομοθέτει· οὕτω, ὀφείλει τιμᾶσθαι Θεὸς, οὕτω προσκυνεῖ εἰκονίσματα· ἔνθεν τοι καὶ τὰ ἐκεῖθεν ἔφασκεν ἐφ' ᾧ τὴν ἐκ τοῦ διαβόλου πανουργίαν ἀνέλῃ. καὶ τοὺς μὲν τὴν δόντας σωτηρίαν, γνωσιμαχῆσαι καὶ παραθαῤῥύνει [41] ἀναμαχέσασθ δὲ παραινέσεσι καὶ συμβουλαῖς ἀτρ

Γ'. Οὕτως ἔλεγε, καὶ καταπεσοῦσα [illegible] καὶ ὡς ἐμψύχῳ ἔτι τῷ τοῦ μάρτυρος σώ[illegible] γετο· Τί τηλικοῦτον, ὦ τοῦ Χριστοῦ μάρτυ[illegible] μεν λέγουσα, ὡς πικρᾷ τοιαύτῃ περιπεσεῖν [illegible] οὐκ ἐν ἀλλοτρίᾳ τὸν ἄνδρα καταλιποῦσα, [illegible] σώματος ἐκφορὰν περὶ παντὸς ἐθέμην τοῦ [illegible] Οὐκ ἐξ αὐτῶν κρηπίδων ἐδειμάμην σοι τὸν [illegible] Οὐκ, εἰ μή τι ἄλλο, τὴν γοῦν ἀπὸ ψυχῆς [illegible] πρόθεσιν; Τί δέ μοι ταῦτα ἐδούλετο, Τί τὸ [illegible] αὐτοῦ αἰτούμενον ἀγαθὸν. οὐχ ἡ τοῦ παιδὸς σω[illegible] ρία; Οὐ τὸ μέχρι γήρως καὶ πρεσβείου τῇ πα[illegible] συμπαραμεῖναι; Φεῦ οἵων ἐσφάλην τῶν ἐλπ[illegible] οἷα ἀνθ' οἵων εἶδον ἐγώ. Ἀλλ', ὁ τοῦ Χριστοῦ μ[illegible] τυς, ἤ μοι τὸν παῖδα κατὰ τὸν Ἐλισσαῖον [illegible] περιόντα τῇ Σουναμίτιδι, ἢ θανάτου μὴ φθονή[illegible] λυσιτελοῦς, ἀλλὰ τὴν οὕτω καὶ δυστυχῶς [illegible] καὶ θρεψαμένην ἐμὲ, συνοίχεσθαι τῷ παιδὶ [illegible] σκεύασον. Ἐν τούτῳ τὸν παῖδα πικρῶς ἀναλ[illegible] μένης τῆς Κλεοπατρας, καὶ τοὺς παρόντας [illegible] περιπαθεῖς ποιουμένης, ὡς καὶ αὐτῆς ἐλε[illegible]

καὶ τὴν πολλὴν ἄδυσσον τῶν τοῦ θεοῦ κρι-
θαυμάζειν, μικρὸν αὐτὴν ὕπνος ὑπελθὼν
σε, καὶ πάντα ἦν ὁ παῖς αὐτῇ φανεὶς σὺν τῷ
ι. Παρεστηκότα τε γὰρ ἔδόκει βλέπτειν τὸν
ν, καὶ ὡς υἱὸν ἴδιον τὸν αὐτῆς υἱὸν ἐγκεκολ-
ον, ἡ ἀναβολὴ δὲ ἀμφοτέροις ἐξ ὑπερφυοῦς
αὶ ὑπερλάμπρου· στέφανοί τε τὰς αὐτῶν ἐκό-
ἥδιστα κεφαλάς. Καὶ οἱ στέφανοι, θεῖον
εἶπες τὸ κάλλος, καὶ ἥκιστα γλώσσῃ ῥη-

A tur, somnus illi parum obrepens, eam fecit quiescere: et filius ei omnino apparuit cum martyre. Nam et astantem videbatur intueri athletam, ejus filium suo simu, tanquam proprium, complectentem. Amictus autem erat utrisque pulcherrimus, et splendidissimus, et coronæ eorum capita ornabant suavissime. Coronarum autem dixisses esse divinam quamdam, et quæ lingua non potest exprimi, pulchritudinem.

Καὶ ἱνατί μὴ χαίρεις, ὦ γύναι, λέγειν ὁ μάρ-
ὀκυι, ἀλλά σου λύπη δεινὴ διέσεισε τὴν καρ-
μὴ γὰρ οὕτως ἀγνώμων ἐγώ, καὶ μηδενὸς
τὸ σοῦ γενομένων ἥκων εἰς αἴσθησιν, ἢ τὰς
ούτῶν ἀμοιβὰς φιλοτίμως οὐκ ἀποδέδωκα;
ρᾷς οἵας ὁσὸς παῖς ἠξίωται δόξης; Οἵα χάρις
τει περὶ αὐτόν; Τί οὖν οὐ τὸ στυγνὸν τοῦτο
α, καὶ αὐτὴ μεταχωρεῖς πρὸς τὸ εὔθυμον.
εἰ δοκεῖ, ἐγγισάτω καὶ ἔτι μᾶλλον ὁ παῖς, καὶ
ε' ὀφθαλμοὺς ἀκριβῶς γενέσθω, ἵνα καὶ αὐτὴ
ἄρα μάθοις τὰ κατ' αὐτόν. Οὕτως ἔφη, καὶ
τὸν παῖδα καλεῖν, Γενοῦ, λέγων, ὦ παῖ, παρὰ
τέρι, τά τε ἄλλα καὶ ἵν' ὥσπερ ἔχεις ὀφθεὶς
ρήσῃς αὐτῇ τὸ πολύδακρυ. Ὁ δὲ παῖς ἐπὶ
τοῦ μάρτυρος εἴχετο, μὴ ἀπολιπεῖν αὐτὸν
μηδὲ ἀφικέσθαι πρὸς τὴν μητέρα τὸ παράπαν
ιενον. Ἀλλ', Ἄπιθι, μῆτερ ἐμή, ἄπιθι πρὸς αὐ-
εγεν ἀντιτείνων, ἐφ' ἑαυτῆς μένουσα, καὶ τοῖς
; τούτοις οὐδὲν προσέχουσα· ἐν ἴσῳ γὰρ ἡγοῦ-
τοπον εἶναι, ζωῆς ἀλλάξασθαι θάνατον καὶ
ἡδονῆς ἀλήκτου, καὶ παντὸς αἰῶνος, ζωὴν
ιρον προτιμῆσαι. Τούτων παρὰ τοῦ παιδὸς
ηρ ἀκούσασα, καὶ τῶν θρήνων ὥσπερ ἐκλα-
, προσληφθῆναι καὶ αὐτὴν τῷ παιδὶ, καὶ
ηθῆναι πρὸς τὰ ὁρώμενα, ἰσχυρῶς ἐδεῖτο
άρτυρος, καὶ ὃς τῆς ἐπὶ σωτηρίαν ἀγούσης
ὸν αὐτῇ ἔχεσθαι πάρῃνει, καὶ τέλος εἰρήνην
ὸς τὰς οἰκείας μετὰ τοῦ παιδὸς ἐχώρουν δια-
καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ἐκείνης διίσταντο.

XIV. Videbatur autem martyr dicere: Cur non lætaris, o mulier, sed tuus gravis luctus cor tuum afflixit? Num sum adeo ingratus, ut qui nihil senserim eorum, quæ a te facta sunt? Num pro iis non sum te præclare remuneratus? Non vides
B qualem gloriam sit tuus filius consecutus? qualis eum circumfulget gratia? Cur non ergo, hac relicta tristitia, transis ad animi tranquillitatem? Sed si videtur, tuis oculis magis appropinquet filius, et eum diligenter contemplare, ut ipsa quoque recte intelligas, quomodo is se habeat. Sic dixit, et visus est vocare puerum: Accede, o puer, ad matrem, ut cum ea viderit, quomodo te habeas, tu ejus multas consoleris lacrymas. Puer autem magis adhærebat martyri, nolens eum omnino relinquere, nec volens omnino venire ad matrem: sed, Abi, mater mea, abi, dicebat resistens: apud te mane, et minime te dedas his luctibus. Malle enim vitam vestram, quam hanc mortem, æque absurdum existimo, atque dolorem præferre voluptati, quæ
C non desinit, et vitam brevem, et quæ est ad tempus, ævo sempiterno. Hæc cum mater audivisset a filio, et esset veluti oblita lamentationem, ut ipsa quoque assumeretur ad filium, et ex iis, quæ cernebantur, acciperet consolationem, vehementer rogabat martyrem. Ille autem suadebat, ut magis eam viam sequeretur, quæ ducit ad salutem. Tandem autem, data pace, abiit ille cum puero ad suam habitationem: et uterque discessit ab illius oculis.

Ἡ δὲ εὐθέως διυπνισθεῖσα καὶ πρὸς ἑαυτὴν
ισα, οἵας ἐπὶ τῇ τοῦ μάρτυρός τε καὶ τοῦ
παρουσία, τῆς εὐθυμίας ἀπέλαυσε, τοῖς
ν ὡς ἥδιστα διεξῄει, καὶ θαῦμα τὰς ἁπάν-
ε ψυχὰς, τῷ παραδόξῳ τῆς διηγήσεως. Εἶτα
τοῦ παιδὸς ἡ μακαρίγις πόθεινὸν ἐκεῖνο
ον, λαμπρὰ ἀλειψαμένη καὶ περιβαλοῦσα,
ρτυρι παρατίθεται, πάννυχόν τε σὺν τοῖς
ουσι καὶ ἄλλως ἐπιτηδείοις τὴν εὐχαριστίαν
μένη, πρὸς δὲ καὶ τὴν μυστικὴν ἱερουργίαν,
ελεσθῆναι ἔδει τελέσασα, ἐπὶ δαψιλῆ παρα-
ὰ δεῖπνα, τοὺς τῶν ἱερῶν ὕμνων αὐτῇ κοι-
ντας, Εἶθ' οὕτως μακρὰ τῷ βίῳ χαίρειν
, εἰς ἀσύλους τε θησσουροὺς, τὰς τῶν πενήτων
γαστέρας τὸν πλοῦτον αὐτῆς πάντα καταθε-
αὶ λιτὸν ἐνδῦσα χιτῶνα, τῷ τάφῳ διηκόνει
ίρτυρος, οὕτω τε νηστείαις σχολάζουσα καὶ
ταῖς ἦν, καὶ τὸν ἐντὸς τοσοῦτον ἐκαθήρατο
ον, ὅσῳ καὶ κάθ' ἑκάστην αὐτῇ κυρίαν τῶν

XV. Illa autem statim experrecta, et ad se reversa, quantam ob martyris et filii adventum assecuta esset animi tranquillitatem ac lætitiam, narravit iis qui aderant. Omnium autem animos invasit admiratio ob admirabilem, et quæ opinionem superabat, narrationem. Deinde cum filii sui desi-
D derabile illud corpusculum beata illa splendide unxisset et composuisset, id commendat martyri, tota nocte cum consanguineis, et iis qui ad eam attinebant, faciens gratiarum actionem. Deinde etiam cum mysticum curasset peragendum sacrificium, in quo eam oportebat initiari, ad lautam invitat cœnam eos, qui sacrorum hymnorum fuerant cum ea participes. Deinde cum sic mundum valere jussisset, et in thesauros, qui non possunt eripi, in pauperum, inquam, ventres, omnes suas contulisset divitias, et se tenui induisset tunica, sepulcro ministrabat martyris; et sic jejuniis vacans et orationibus, internum tantum purgabat hominem,

ὑγματα τοῖς πρὸ τοῦ βασιλεῦσιν ἀντίῤῥοπα
υμένης πανταχοῦ διαπέμπεται, τοὺς μὲν
ὅλων καθαιρεῖσθαι ναοὺς καὶ εἰς ἔδαφος
ρεσθαι, ἀνοικοδομεῖσθαι δὲ πάλιν ἐπ' ὀνό-
στοῦ καὶ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν καὶ μαρτύ-
ους παριφανεῖς, καὶ ἃς πρώην ἐκκλησίας
εῖς κατέστρεψαν, τὴν προτέραν αὖθις ἀπο-
ν εὐπρέπειαν.

οὖν ὁ τοῖς ἀγαθοῖς βασκαίνων διάβολος;
ὢν τὴν τοσαύτην μεταβολὴν, ἄλλως τε δὲ
τότε κρατοῦντα εἰδὼς, οὐχ οἷόν τε εἶναι
ματαίαν πάλιν τῶν εἰδώλων θρησκείαν
, ἄλλοθεν ἡμῖν ἐγείρει τὸν πόλεμον, καὶ
λεξάνδρειαν Ἐκκλησίᾳ τὸν δυσσεβῆ Ἄρειον
ς, καὶ ὥσπερ ὀργάνῳ τινὶ τῇ αὐτοῦ
χρησάμενος, κτίσμα τὸν τοῦ Θεοῦ ἀνακη-
ὸν τολμᾷ, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς
γματίζειν ἀλλότριον. Τῆς πονηρᾶς δὲ ταύ-
ου δόξης διαδονηθείσης τὸ τάχος καὶ ἀπο-
ς, ἅτε τοῦ εὐσεβοῦς βασιλέως τὴν ἐν Νι-
θείων Πατέρων συγκροτήσαντος σύνοδον,
μὲν Ἄρειον τοῦ τῶν ἱερέων ἀπεληλακότος
ος, τὸν δὲ ἀληθῆ Θεὸν καὶ Κύριον ἡμῶν
ριστὸν ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ καὶ συναΐδιον
ντος ὡς τὸ πρότερον, αὖθις ὁ ἐχθρὸς
καὶ τὴν προτέραν αὐτοῦ θρησκείαν ἐπει-
ιν ἀνακινῆσαι, καὶ τὸν ἀξίως αὐτῷ πρὸς
ηρετήσοντα λίαν ἐπιμελῶς ἀνηρεύνα. Τοῦ
γάλου καὶ πρώτου Χριστιανῶν βασιλέως,
ε ἅμα καὶ καλῶς κατὰ τὸ τριακοστὸν καὶ
τῆς ἀρχῆς ἔτος ὑπὸ τὴν τῶν Βιθυνῶν
ἡνίκα τῆς πρὸς Πέρσας ἐκστρατείας
, τὴν βασιλείαν ἀποθεμένου, Κωνσταντίνου
ὁτὸν τοῦ παιδὸς, τὴν τοῦ πατέρος ἀρχὴν
νου, ἐπεὶ δὲ οὗτος ἀπέτισε τὸ χρεών, ὁ τοῦ
Κωνσταντίνου ἀδελφιδοῦς Ἰουλιανὸς, ὃς
ράτης, διὰ τὴν τῆς ἀληθοῦς ἀθέτησιν πί-
ὶ πρὸς τὸ Ἑλληνικὸν σέβας μετάθεσιν,
ἐκλήθη, τυραννικῶς τῶν σκήπτρων ἐπι-
ει. Ἀδελφιδοῦν δὲ αὐτὸν Κωνσταντίνου
ίγος, καθ' ὃ ἐξ ἑτερογενοῦς ἀδελφοῦ τοῦ
ίου ἐτύγχανε γεννηθείς· καὶ γὰρ ἐξ Ἑλένης
ἱληθῶς, μακαρίας αὐτὸς μόνος ὁ Κωνστα-
ίννητο τῷ πατρὶ, ἐκ Θεοδώρας δὲ τῆς θυ-
Μαξιμιανοῦ τοῦ καὶ Ἑρκουλίου. τρεῖς
κλμάτιος, Ἀναβαλλιανὸς καὶ Κωνστάντιος.
ταντίου δὲ Γάλλος, καὶ ὁ παρὼν οὗτος
Ἰουλιανός. Οὗ τινος τὴν βασίλειον, ὡς ἔφημεν, ἐκ τυραννίδος εἰληφότος ἀρχὴν. αὖθις ὁ
ιστιανῶν ἀναῤῥιπίζεται πόλεμος, καὶ βαρύτατος τῶν πώποτε μνημονευομένων ἀνεγείρεται

A omnes partes orbis terræ decreta, quæ erant contraria decretis priorum imperatorum : nempe, ut diruerentur templa idolorum, et funditus everterentur : in Christi autem nomine rursus ædificarentur, et ejus discipulorum et martyrum ædes insignes, et quas prius impii everterant ecclesias, eæ rursus priorem decorem reciperent.

II. Quid ergo, qui bonis invidet, diabolus? Non ferens tantam mutationem, et alioqui sciens fieri non posse, ut qui tunc tenebat imperium, rediret ad vanum cultum simulacrorum, aliunde in nos bellum excitat : et cum in Ecclesiam Alexandrinam impium Arium induxisset, et tanquam instrumento aliquo ejus lingua esset usus, audet prædicare Dei Filium
B esse creatum, et dogmate statuere, eum esse alienum a Dei et Patris essentia. Hac autem mala Arii opinione cito exstincta, utpote quod pius imperator Nicææ divinorum Patrum congregasset synodum, et ipsum quidem Arium movisset e cœtu sacerdotum, verum autem Deum et Dominum nostrum Jesum Christum ejusdem esse cum Patre essentiæ, et coæternum, sicut prius prædicasset, inimicus rursus rabie agitabatur, et priorem suam religionem rursus conabatur movere, et qui pro dignitate ei rei inserviret, diligenter inquirebat. Cum magnus ergo et primus Christianorum imperator, pie simul et pulchre tricesimo secundo anno sui imperii, in provincia Bithynorum, quando expeditionem incepit facere contra Persas, deposuisset imperium, et
C Constantius filius patris successisset imperio, postquam is quoque exsolvit debitum, ipsius patruelis Julianus, qui etiam transgressor, propterea quod veram fidem esset aspernatus, et se ad gentilem traduxisset religionem, jure fuit appellatus, sceptra tyrannice apprehendit. Constantii autem patruelem eum diximus, quoniam natus fuit ex Constantio Constantini fratre, diversi tamen generis. Etenim ex vere beata Helena ipse Constantinus solus natus est patri. Ex Theodora autem filia Maximiani, qui etiam dictus est Herculius, hi tres nati sunt. Dalmatius, Anaballianus et Constantius. Porro ex Constantio Gallus, et is, de quo in præsentia agitur, turpissimus Julianus. Qui quidem cum, ut diximus, ex tyrannide accepisset imperium, gravissimum rursus bellum excitatur) et gravissima earum,
D quarum unquam fiat mentio, oritur persecutio.

)' ὃν ἤδη καιρὸν καὶ ὁ μέγας καὶ περιφα-
ὐσέβειαν, ὁ θεῖος, φημὶ, Ἀρτέμιος τὸν τοῦ
υ στέφανον ἀνεδήσατο. Διδάξει δὲ προϊὼν
ταφέστερον. Ἄρτι τοῦ μεγάλου Κωνσταντί-
ίου ἀπολιπόντος, ὡς ὁ λόγος φθάσας ἐδή-
ἐς τρεῖς ἀρχὰς ἡ τῶν Ῥωμαίων ἐξουσία
ιη, τῶν υἱῶν αὐτοῦ, Κωνσταντίνου, Κων-
τε καὶ Κώνσταντος, ταύτας διελομένων,

III. Quo quidem tempore magnus et pietate insignis, divinus, inquam, Artemius fuit martyrii corona redimitus. Id vero apertius docebit procedens oratio. Cum magnus Constantinus jam e vita excessisset, ut est præmissum, in tres partes fuit divisum Romanum imperium, cum ejus filii Constantinus, Constantius, et Constans id divisissent. Et primo quidem, nempe Constantino, superiores

Galliæ, et quæ sunt ultra Alpes, et insulæ Britannicæ usque ad Occidentis Oceanum obtigerunt. Constanti autem, ut postremo, inferior Gallia, seu Italia, et ipsa Roma. Constantius autem secundus ex filiis Constantini, qui tunc rebus præerat Orientis, decertans adversus Persas, partem Orientis accipit, et Byzantium, nomine mutato in Constantinopolim, et novam Romam, facit regiam ; et ab Illyrico usque ad Propontidem omnem tractum, Asiam deinde, Syriamque, et Palæstinam, et Mesopotamiam, et Ægyptum omnesque insulas, et quæcunque Romanis parebant, vectigalia suo reddit imperio. Magnus autem Artemius, cum esset valde notus imperatori Constantio, in omni tempore, et omni negotio perpetuo cum eo versabatur, ut qui esset amicus optimus, et ex iis, qui erant virtute et doctrina insignes, et ardens amator fidei Christianorum, quo nomine ejus amicitiæ et familiaritatis agnoscebatur longe studiosissimus. Ejus autem patriam et genus nemo scriptis mandavit, nisi quod erat magno et illustri loco natus vir beatissimus, et ex hominibus genere nobilibus genus ducebat, virtuteque et magnitudine animi erat insignis. Unde etiam hæc de eo scripto sunt, quod sanctarum reliquiarum Christi apostolorum, Andreæ, inquam, et Lucæ, et Timothei, ipse est, qui a Constantio jussus fuit facere exportationem (1), ut suo tempore significabit oratio.

A καὶ τῷ μὲν πρώτῳ Κωνσταντίνῳ αἱ ἄνω Γαλλίαι καὶ τὰ ἐπέκεινα Ἄλπεων αἵ τε Βρετανικαὶ νῆσοι, καὶ ἕως τοῦ Ἑσπερίου Ὠκεανοῦ, κλῆρός ἐδόθησαν, τῷ δέ γε Κωνσταντίῳ ὑπεστάτῳ, αἱ κάτω Γαλλίαι, ἤγουν αἱ Ἰταλίαι καὶ αὐτὴ ἡ Ῥώμη. Ὁ δὲ Κωνστάντιος, ὁ δεύτερος τῶν Κωνσταντίνου υἱῶν, ὃς ἦν ἐπὶ τῶν τῆς Ἑῴας τό τε πράγμάτων πρὸς τοὺς Πέρσας ἀγωνιζόμενον, τὸ τῆς Ἀνατολῆς ἀσπάζεται μέρος, καὶ τὸ Βυζάντιον μετονομασθὲν εἰς Κωνσταντινούπολιν καὶ νέαν Ῥώμην, ποιεῖται βασίλειον, καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ Ἰλλυρικοῦ μέχρι τῆς Προποντίδος ὁπόσα ὑπήκοα Ῥωμαίοις, τήν τε Συρίαν καὶ Παλαιστίνην αὐτὴν, καὶ Μεσοποταμίαν, καὶ Αἴγυπτον, καὶ τὰς νήσους ἁπάσας, τῇ αὐτοῦ βασιλείᾳ καὶ πολιτείᾳ ὑποτελῆ καθίστησιν. Ὁ δὲ μέγας Ἀρτέμιος, B γνώριμος ὢν ἐστὰ μάλιστα τῷ βασιλεῖ Κωνσταντίῳ, συνῆν τούτῳ διαπαντὸς ἐν παντὶ καιρῷ τε καὶ πράγματι, ἅτε καὶ φίλος ὢν ἄριστος, καὶ τῶν ἐπ' ἀρετῇ καὶ παιδείᾳ λαμπρυνομένων καὶ τῆς Χριστιανῶν πίστεως διάπυρος ἐραστής. Τῷ τοι καὶ τῆς περὶ αὐτὸν ἑταιρίας εἴτ' οὖν φιλίας, σπουδαστὴς ἀκριβέστατος ἐγνωρίζετο, πατρίδος δὲ τούτου μνήμην καὶ γένος οὐδεὶς ἀνάγραπτον παραδέδωκε, πλὴν ὅτι τῶν εὐπατριδῶν καὶ μεγάλων ὑπῆρχεν ὁ τρισμακάριστος, ἐξ εὐγενῶν τε τὸ γένος ἕλκων, καὶ τὴν ἀνδρείαν περίβλεπτος, ἐξ ὧν καὶ τάδε περὶ αὐτοῦ ἀναγέγραπται, ὅτι τῶν ἁγίων λειψάνων τῶν τοῦ Χριστοῦ Ἀποστόλων, Ἀνδρέου φημὶ καὶ Λουκᾶ καὶ Τιμοθέου, αὐτός ἐστιν ὁ τὴν ἀνακομιδὴν ὑπὸ Κωνσταντίου ποιήσασθαι κελευσθεὶς, ὡς κατὰ καιρὸν ὁ λόγος γνωρίσει.

IV. Cum ergo essent tres imperatores, ut dictum est, et unusquisque eorum suæ partis teneret imperium; primus Constantinus a sua parte discedens et ultimi fratris, quæ ei obtigerat, partem invadens, cum ille Romam esset profectus, aggressus est quiddam injustum facere contra fratrem, ipsumque absentem est criminatus, quod res non fuissent recto divisæ, et quod imperii, quod ad ipsum pertinebat, magnam partem frater usurpasset. Regionis autem duces et custodes, quos Constans constituerat, dixerunt se citra illius sententiam et voluntatem nihil posse omnino movere : esset enim impium. Ille autem se statim parat ad bellum, et arma movet adversus eum, qui nullam fecerat injuriam. Cadit itaque Constantinus in bello pugnans, et partem alienam cupiens, eam etiam amisit, quam juste videbatur tenere. Unde etiam ejus populus deficit ad Constantem, et in illius redigitur potestatem imperium Occidentis, cum ad id nullum studium posuisset. Deus vero in justa statera universum judicasset : qui etiam non movere terminos patrum, neque de sulco propinqui aliquid detrahere lata lege semel constituit, ne, dum improbe se gerit quis in propinquum, inprudens justa Dei ira condemnetur. Obtinet ergo Constans imperium

C Δ'. Ὡς οὖν εἴρηται, τῶν βασιλέων τριῶν τυγχανόντων, καὶ τῆς αὐτοῦ μοίρας ἑκάστου αὐτῶν βασιλεύοντος, ὁ πρῶτος αὐτῶν Κωνσταντῖνος τῆς οἰκείας μερίδος ἀπαναστὰς, καὶ πρὸς τὴν τοῦ ἐσχάτου ἀδελφοῦ κληροδοσίαν ἐπανελθὼν, ἐκείνου πρὸς τὴν Ῥώμην ἀποδημήσαντος, ἐπεχείρει τι τῶν ἀδίκων κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ διαπράξασθαι, καὶ αὐτὸν οὐ παρόντα διέβαλλεν, ὡς οὐ καλῶς τῶν πραγμάτων διανεμηθέντων, καὶ ὅτι πλεῖστον μέρος τῆς αὐτῷ προσηκούσης ἀρχῆς ἐσφετερίσατο. Οἱ δὲ τῆς χώρας στρατηγοί τε καὶ φύλακες, οὓς ὁ Κώνστας ἐχειροτόνησεν, οὐκ ἔφασαν χωρὶς τῆς ἐκείνου γνώμης τι καὶ βουλῆς δύνασθαί τι μικρὸν ἢ μέγα μετακινεῖν, ἀνόσιον γὰρ, ὁ δὲ αὐτίκα πρὸς πόλεμον ἀποδύεται, καὶ ὅπλα κινεῖ κατὰ τοῦ μηδὲν ἀδικήσαντος. Πίπτει τοίνυν οὗτος ὁ Κωνσταντῖνος ἐκ τῶν πολέμων μαχόμενος, καὶ τῆς μερίδος τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμῶν καὶ ἐκεῖνα ὧν ἔδοκει βεβαίως κρατεῖν, προσαπώλεσεν. D Ἔνθεν τοι καὶ ὁ τούτου λαὸς εὐθὺς ἀποκρίνει πρὸς Κώνσταντα, καὶ γίνεται ἡ τῆς Ἑσπέρας ἀρχὴ ὑπ' ἐκείνῳ, μηδὲν περὶ ταύτης σπουδάσαντι, τοῦ θεοῦ δὲ τὸ πᾶν ἐν σταθμῷ δικαίῳ δικάσαντος, ὃς καὶ μὴ κινεῖν ὅρια πατέρων, μὴ δὲ τῆς τοῦ πλησίον σύλακός τι παρασπᾷν ἅπαξ νενομοθέτηκεν, ἵνα μὴ τῷ πλησίον πονηρευόμενος, ἑαυτῷ λάθῃ τὴν δικαίαν

(1) Vide vitam S. Lucæ ex Metaphraste ad 18 Octob., cap. 3 ; Niceph. lib. x *Hist.*, cap. 11 ; Baron. in not. ibidem.

ψηφιζόμενος. Βασιλεύει τοίνυν ὁ Κώνστας
ῆς ἑσπερίου ἀρχῆς, τὰς δύο κληροδοσίας
ἅψας, καὶ μίαν ἀρχὴν ἀμφότερα θέ-

A totius Occidentis, duas partes in unam conjungens, et ex ambobus unum faciens imperium.

ολὺς ἐνῆν καιρὸς, καὶ ὁ Κώνστας εἰς
ὶ μέθας ἐναποκλίνας, καὶ ἀλλοκότους
θύμως τὴν ὅλην ἀρχὴν διεπέττευε, τοσ-
λείας μέγεθος ἐξορχούμενος. Ἐπιβουλεύ-
οῦν καὶ αὐτὸς παράτινος τῶν στρατηγῶν,
γνεντίου, καὶ μετὰ τῆς βασιλείας προσ-
καὶ τὸ ζῆν. Τούτου πεσόντος, κρατεῖ τῆς
αγνέντιος, μεθ' οὗ τῆς τυραννίδος συν-
Νεπωτιανὸς καὶ Βρεττανίων· Ταῦτα
υνστάντιος ἐκ τῶν τῆς ἀδελφῆς γραμμά-
ας ἐκ τῆς Ἀνατολῆς, καὶ πρὸς τὴν
γενόμενος, συνάπτει πρὸς ἀμφοτέρους
αὶ κατὰ κράτος νικᾷ, τοῦ Βρεττανίωνος B
ἀποκλίναντος, ὅτε καὶ τὸ τοῦ σταυροῦ
έγιστόν τε καὶ δεινῶς ἐκφανὲν ἅπαν, ὡς
τειν τῷ καταπληκτικῷ τῆς αἴγλης τὸ
ς φῶς ἐπὶ τῶν Ἱεροσολύμων ὤφθη περὶ
αν μάλιστα τῆς ἡμέρας τῆς ἑορτῆς τῆς
Πεντηκοστῆς ἑστηκυίας, διῆκον ἀπὸ τοῦ
λουμένου τόπου, ἄχρι καὶ υοῦ Ἐλαιῶνος
ὑπῆρχεν ὁ Σωτὴρ τὴν ἀνάληψιν ποιησά-
κτεῖ τοίνυν τῆς βασιλείας Κωνστάντιος,
μεγάλου Κωνσταντίνου υἱῶν μόνος ὑπο-
λτενίσας οὖν πρὸς τὸ τῆς ἀρχῆς μεγεθος,
ίσας ἅτε δὴ ἄνθρωπος ὤν, καὶ μὴ ἔχων
ῦ γένους αὐτῷ συνασπίζοντα· οὔτε γὰρ
ἐγεγόνει, οὔτε τις τῶν ἀδελφῶν κατελέ-
ι δείσας μή τις αὐτῷ πάλιν ἐπανασταίη C
σκέπτεται τῶν συγγενῶν τινα λαβεῖν
, καὶ τῆς βασιλείας ὑπεσπιστὴν, ὃ δὴ καὶ
Γάλλον τὸν Ἰουλιανοῦ ἀδελφὸν Καίσαρα
ος· ἀνεψιὸς δὲ πρὸς πατρὸς ὁ Γάλλος
νστάντιος γὰρ ὁ Γάλλου καὶ Ἰουλιανοῦ
ιδελφὸς ἦν Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου.
ν ἐν τῷ Σιρμίῳ προχειρισάμενος, γυναῖκά
ζεύγνυσι τὴν ἑαυτοῦ ἀδελφὴν Κωνστα-
εως καὶ βεβαιότητος χάριν, καὶ ἄρχοντας
ωσιν αὐτὸς καταστήσας· δὺ γὰρ ἐκείνῳ γε
ίσαρι ὄντι· Θαλάσσιον μὲν ἀποστείλας ἔπαρχον πραιτωρίων, Μόντιον δὲ ἐπὶ τῶν βασιλικῶν
ν, ὃν καὶ κοιαίστωρα καλεῖν οἶδεν ὁ λόγος, ἅμα καὶ πατρίκιον τοῦτον τιμήσας.

V. Non multum intercessit temporis, et Constans ad comessationes declinans et ebrietates, et alienos amores, segniter universum gerebat imperium, per ludum et saltationem tantam molem sustinens. Ergo ei parantur insidiæ a quodam duce exercitus, nomine Magnentio, et cum imperio simul quoque vitam amittit. Cum is cecidisset, imperium occupat Magnentius, cum quo simul invaserunt tyrannidem Nepotianus et Brettanion. Hæc cum accepisset Constantius ex litteris sororis et ab Oriente venisset ad Occidentem, bello manus conserit cum illis et vivicit, cum Brettanion ad eum defecisset. Quod quidem tempore signum crucis maximum, et mirifice apparens, adeo ut admirabili splendore superaret lucem diei, visum est Hierosolymis circa tertiam horam diei, cum esset dies festus, qui dicitur Pentecoste, pertingens a loco, qui dicitur Calvariæ, usque ad montem Oliveti, unde fuit assumptus noster Salvator. Imperium ergo tenet Constantius, relictus solus ex magni Constantini filiis. Cum ergo ad imperii magnitudinem defixisset oculos, et caligasset, ut qui esset homo, et non haberet ex suo genere, qui eum defenderet (neque enim ei natus fuerat filius, neque remanserat aliquis ex fratribus), et timeret, ne in eum rursus aliquis insurgeret tyrannus, statuit ex cognatis aliquem accipere cohæredem, et imperii defensorem : quod etiam fecit. Nam cum Gallum Juliani fratrem Sirmi Cæsarem creasset (erat autem ei Gallus patruelis : Constantius enim, Galli et Juliani pater, frater fuerat magni Constantini), ei dat uxorem, suam sororem Constantiam, ut res esset firmior et cautior, et præbet ei magistratus, quos ipse constituerat (non enim Gallo licebat id sibi assumere, cum esset Cæsar), Domitianum quidem et Thalassium emittens præfectos prætorios, Montium autem imperatoriis præficiens rationibus, quem etiam solemus vocare quæstorem, et simul eum etiam ornans honore Patricii.

ὲ Γάλλος ὡς τότε παρὰ τοῦ Κωνσταντίου
ἐπὶ τῆς Ἑῴας, εἶχετο τῶν πράγμάτων, ὃν
θόντες οἱ Πέρσαι πρὸς Ἀντιόχειαν ἀφικό- D
ιτωῤῥώδησαν, νέον τε αὐτὸν καὶ θερμουρ-
ὰ ἔργα πυθόμενοι, καὶ οὐκ ἔτι ἐποιήσαντο
τοὺς Ῥωμαίους ἐξέλασιν, καὶ ὁ μὲν ἐν τῇ
ᾳ τῆς Συρίας ἦν ὡς δεδήλωται, Κωνστάν-
ν τῇ Ἑσπέρᾳ καθίστη τὰ πράγματα, καὶ
μάλιστα, καθαρῶς ἡσύχασεν ἡ Ῥωμαίων
ὸς ἀμφοτέρων φυλαττομένη. Καὶ ταῦτα μὲν
σχε τὸν τρόπον. Ὁ δὲ Γάλλος, τὴν τοῦ
ἀμφιασάμενος ἀλουργίδα, καὶ ἤδη τῶν
τῆς βασιλείας ἀρξάμενος ἐπιβαίνειν βαθμῶν,
ῶν ἐπὶ τῆς τοιαύτης γνώμης καὶ πίστεως,
τὸν Κωνστάντιον ἐποιήσατο, βασιλικώτερον

VI. Gallus autem, ut qui tunc a Constantio missus esset ad Orientem, erat intentus rebus gerendis. Quem cum primum accepissent Persæ venisse Antiochiam, timore sunt affecti, cum audivissent eum esse juvenem, et ad res gerendas acrem et vehementem, nec fecerunt amplius excursionem in agros Romanorum. Et ille quidem erat Antiochiæ Syriæ, ut ostensum est ; Constantius autem res constituebat in Occidente : et tunc erat maxime quietum Romanorum imperium, ut quod ab utrisque custodiretur. Et hæc quidem modo modo se habebant. Gallus autem cum Cæsaris induisset purpuram, et jam cœpisset ascendere primos gradus imperii, non mansit in eadem sententia et fide, quam dederat Constantio, nimis pro imperio

ιλείας, Ἰουλιανὸν τὸν ἀδελφὸν τοῦ Γάλλου Ἰωνίας μεταπεμψάμενος ἐν τῇ Μεδιολάνων, ἀναδείκνυσι, καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτῷ τὴν Ἑλένην εἰς γάμον ἐκδοὺς, καὶ τὰ πιστὰ τὸν ποιησάμενον τοῦτον μὲν ἐξέπεμψεν εἰς λίας, φύλακα τῆς ἐκεῖσε βασιλείας ἐσόμε· ὸς δὲ εἰς Ἰλλυριοὺς ἀφικόμενος ἐν τῷ Σιρμίῳ Ἀκούσας δὲ ὅτι οἱ πέραν Ἴστρου Βάρβαροι ιν ἐπιστρατεύειν τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ, ἀπάρας Σιρμίου εἰς τὸν Ἴστρον διέβη. Καὶ πρὸς ὄχθῃ χρόνον οὐκ ὀλίγον ποιήσας, ἐπεὶ τὰ βάρων ἠρεμεῖν ἐμάνθανε πάλιν συνήματα, θρᾴκην ἤλαυνεν αὖθις. Ὡς δὲ ἐν Ὀδρυσοῖς γεγονὼς, ἔνθα πόλιν κτίσας. Ἀδριανὸς ὁ τὴν ἑαυτοῦ καταλέλοιπε τῷ τόπῳ προσ- ἐπύθετο πρός τινος τῶν ἐπισκόπων, ὡς τὰ τῶν τοῦ Χριστοῦ ἀποστόλων, Ἀνδρέου τε κᾶ, ἐν Ἀχαΐᾳ τεθαμμένα τυγχάνουσιν, μὲν ἐν Πάτραις, Λουκᾶ δὲ ἐν Θήβαις τῆς ;. Ὡς οὖν ἤκουσεν ὁ βασιλεὺς ταῦτα Κων- , ἥσθη τε τῷ λόγῳ καὶ ἐπιμέγα ἐβόησε, ις τοὺς παρόντας φησί, Καλέσατέ μοι ν Ἀρτέμιον· τοῦ δὲ τάχος παραγενομένου, ω σοι, ἔφη, ἀνδρῶν ἁπάντων θεοφιλέστατε. ὸς αὐτόν. Καὶ εἴης μοι χαίρων, ὦ βασιλεῦ, ις, καὶ μή ποτέ σε τῶν λυπηρῶν τι κατα- . Καὶ ὁ βασιλεὺς, Ζητεῖς δέ τι χαριέστερον, ἄριστε, τῆς τῶν σωμάτων τῶν τοῦ Χριστοῦ ων εὑρέσεως; καὶ ὁ μέγας Ἀρτέμιος· Τίς ιν. ὦ δέσποτα, ὁ τοῦτον ἡμῖν τὸν θησαυρὸν ας τὴν σήμερον; Καὶ ὁ Κωνστάντιος. Ὁ τῆς ἔφη, ἐπίσκοπος, ὁ νῦν ἐφορεύων ἐν Πά- λλ' ἄπιθι, ἀνδρῶν ἄριστε, καὶ τὸ τάχος ἐν τινουπόλει μοι τὴν τούτων ἀνακομιδήν Ταῦτα ἀκούσας παρὰ τοῦ βασιλέως ὁ ἐπὶ τοὺς ἀποστόλους ὁδὸν ἐπορεύετο, ν ἀνακομίσων ἅγια λείψανα, ἃ δὴ καὶ μάλα ς ἀνακομισάμενος, ἐν τῷ παρ' αὐτοῦ τοῦ εἴου ἐκ βάθρων οἰκοδοληθέντι ναῷ, ἐπὶ τῷ τόλων ὀνόματι, παρὰ τῷ τοῦ πατρὸς τάφῳ κτέθετο, καὶ γέρας γε αὐτῷ τῆς λειτουρ- βασιλεὺς, δεηθέντων τῶν ἐπισκόπων, τὴν τῆς παρέσχεν ἀρχήν. Τοιοῦτος καὶ πρὸ τῶν κτυρίας ἀγώνων ὑπῆρχεν Ἀρτέμιος, καὶ ὰ πᾶσιν αἰδέσιμος.

πορεύετο μὲν οὖν ὁ μέγας Ἀρτέμιος τὴν κτον, ἄρτι τὴν τοῦ δουκὸς ἀξίαν περιβαλό- Κωνστάντιος δὲ τῆς Κωνσταντινου πόλεως τὴν ἐπὶ Συρίας ἐποιεῖτο ὁδὸν, καὶ φθάσας λόπολιν Ἀντιόχειαν, αὐτοῦ που κατασκη- πρὸς τοὺς Πέρσας ἑτοιμαζόμενος πόλεμον· ὲ τῇ πόλει προσμένοντος, ἀφίκετο γράμ- ὸς αὐτὸν, δηλοῦντα τὴν Ἰουλιανοῦ ἐπανά- Ὁ γὰρ Ἰουλιανὸς, ὡς δεδήλωται μοι καὶ ἐπὶ φυλακῇ τῶν Ἑσπερίων εἰς τὰς Γαλ- τοῦ Κωνσταντίου Καῖσαρ ἀποδειχθεὶς, αὐτὸς ν ἐν τῷ τοῦ Καίσαρος σχήματι εἶναι μὴ ινος, διάδημά τε περιτίθεται, καὶ τῷ τῆς ; ἑαυτὸν ἐπιφημίζει ὀνόματι. Ἐπεὶ δὲ

A cietatem, Julianum fratrem Galli ex Ionia accersitum Mediolanum, creat Cæsarem; et cum suam sororem Helenam ei dedisset in matrimonium, fideque ab eo accepta sibi cavisset, eum quidem misit in Galliam, illic futurum custodem imperii, ipse autem in Illyricum veniens degebat Sirmii. Cum autem audivisset, quod Barbari, qui agebant trans Danubium, essent ducturi exercitum contra imperium Romanorum, Sirmio profectus transiit Danubium. Cum autem longo tempore ibi fuisset ad ipsam ripam, et rursus intellexisset Barbaros non esse se loco moturos, profectus est in Thraciam. Postquam vero fuit apud Odrysos, ubi Adrianus, constructa civitate, ei loco suam reliquit appellationem, audivit a quodam episcopo, quod corpora B Christi apostolorum Andreæ et Lucæ sepulta erant in Achaia, Andreæ quidem Patris, Lucæ autem Thebis Bœotiæ. Postquam autem imperator hæc audivit Constantius, propter id est lætatus et magna voce clamavit, et iis, qui aderant, dixit: Vocate mihi charum Artemium. Cum is autem quamprimum venisset: Gratulor tibi, inquit, virorum omnium religiosissime, et una tecum lætor. Ille vero illi dixit: Mihi perpetuo læteris, o imperator, nec te unquam aliquid molestum comprehendat. Imperator autem: Quærisne aliquid, o amicorum optime, gratius ac jucundius inventione corporum Christi apostolorum? Magnus vero Artemius: Quisnam aut undenam, inquit, o domine, est is, qui hunc hodie thesaurum aperuit? Constantius autem: Achaiæ, inquit, episco- C pus, qui nunc præsidet Patris. Sed abi, o virorum amicorum optime, et ea quamprimum exporta Constantinopolim. Hæc cum ab imperatore magnus audisset Artemius, recta ivit ad apostolos, eorum sanctas allaturus reliquias. Quas quidem cum valde admirabiliter exportasset, in templo, quod ab ipso Constantio exstructum est a fundamentis in nomine apostolorum, prope sepulcrum patris eas deposuit. Ei autem in præmium ministerii dedit imperator, rogantibus episcopis, munus rectionis Ægypti. Talis fuit Artemius etiam ante certamina martyrii, et adeo erat apud omnes venerandus.

IX. Atque proficiscebatur quidam magnus Arte- D mius in Ægyptum, ducis modo suscepta dignitate. Constantius autem profectus Constantinopoli tendebat in Syriam: et cum in magnam pervenisset Antiochiam, ibidem figit tabernaculum, bellum parans adversus Persas. Cum ibi autem maneret in civitate, venerunt ad eum litteræ, insurrectionem Juliani significantes. Julianus enim, ut a me jam ante fuit declaratum, ad custodiam Occidentis in Gallia Cæsar creatus a Constantio, non ferens amplius esse in habitu Cæsaris, induit diadema, et se appellat nomine imperatoris. Postquam autem sibi imperium usurpavit, nihil jam parvum cogitabat, neque statuebat sibi amplius esse cunctandum;

sed volens in suam redigere potestatem totam Europam, quæ obedit Romanis, instructo exercitu, per Germanos perrexit ad Danubium. Et cum ulteriorem ripam apprehendisset, per loca illius ducebat exercitum. Latens vero præfectos, et Italiæ Taurum, qui vocabatur, et Illyrici Florentium, postquam venit ad Pæonas, transiens ad alteram partem fluvii, statim et universam Illyricam regionem in suam redegit potestatem, et Italiam, et usque ad Oceanum occidentalem universas gentes, quæ erant imperii Romanorum.

X. Constantius autem cum hæc audivisset, fuit conturbatus, ut est consentaneum, et de Constantinopoli admodum timens, ne quod ille animo cogitabat, eam prior in suam redigeret potestatem, eam totis viribus festinabat præoccupare. Interim autem dum ab eo colligebatur exercitus, dispersus per civitates Orientis, et se parabat ad tantam viam, significat episcopis, ut eum præcedentes veniant quamprimum Nicæam. Erat enim in ea secundam synodum congregaturus, ab impiis Arianis incitatus adversus Homousion. Cum vero, transmissa Cilicia, venisset ad Mopsi, qui vocantur, fontes, quædam imbecillitas ei repente accidit, nec poterat ulterius progredi. Postquam autem sensit se jam male habere, et non victurum esse amplius, Antiochiæ episcopo celerrime accersito Euzoio, petit ut baptizetur. Et cum baptizatus, parum fuisset superstes, illic e vita excedit, cum imperasset integros quadraginta annos, viginti quidem cum patre, solus autem reliquos.

XI. Cum eum autem deflevisset exercitus, et justa ei fecisset, in arca posuerunt, cum corpus instruxissent iis, quæ solent fieri ad hoc, ut duret, et cum in currum imposuissent; tulerunt Constantinopolim, cum propriis armis unusquisque eum sequentes in eodem ornatu, quem, dum viveret, habebat inter principes. Atque ii quidem venerunt Constantinopolim, ducentes corpus. Venit autem et Julianus, proficiscens ex Illyrico, et jam firmiter tenens universum imperium, nullo post mortem Constantii auso ei repugnare. Cum autem ferretur corpus in templum SS. Apostolorum, ubi prope patrem eum erant posituri, Julianus ipse præcedebat lectum, capiti ablato diademate. Postquam autem eum sepelierunt, jam veniens in regiam, tunc rursus imposuit diadema, et rerum potiebatur, solus jam Romanorum universum adeptus imperium. Cum ergo excessisset Constantius, in eos, qui restabant, et maxime qui propter invidiam præbuerant causam Galli occisionis, iræ suæ fervorem ostendit Julianus. Et statim. Eusebio quidem præposito caput adimit, quod omnino videretur suis calumniis Gallo cædem adornasse; Paulum autem Hispanum, qui erat unus ex scribis imperatoris, tradit igni, ut qui in Gallum fuerat acerbe

A ἀντελάβετο τῶν πραγμάτων, οὐκ ἔτι μικρὸν οὐδὲν ἐνενόει· οὐδὲ διαμέλλειν ἐγίνωσκε δεῖν, ἀλλὰ τὴν Εὐρώπην τέως ὑφ' ἑαυτῷ ποιήσασθαι πᾶσαν ἐθέλων, ὁπόση Ῥωμαίοις ὑπακούει, τῷ στρατῷ συνταξάμενος, διὰ Γερμανῶν ἐπὶ τὸν Ἴστρον ἐχώρει. Καὶ τῆς πέραν ὄχθης λαβόμενος, διὰ τῶν ἐκείνης χωρίων ἤλαυνε, τοὺς ὑπάρχους δὲ διαλαθὼν, τόν τε τῶν Ἰταλιῶν Ταῦρον οὕτω καλούμενον, καὶ τὸν τῶν Ἰλλυριῶν Φλορέντιον, ἐπειδὴ κατὰ πλείονας ἐγένετο διατριβὰς, ἐπὶ θάτερα τοῦ ποταμοῦ αὐτίκα τήν τε Ἰλλυρίδα πᾶσαν ὑφ' ἑαυτῷ γῆν εἶχε καὶ τὰς Ἰταλίας, καὶ τὰ μέχρι Ἑσπερίου Ὠκεανοῦ σύμπαντα ἔθνη, ὁπόσα τῆς Ῥωμαίων ἐπικρατήσεως ἦν.

B Ι'. Ὁ δὲ Κωνστάντιος ταῦτα πυθόμενος, ἐταράχθη τε, ὥσπερ εἰκὸς ἦν, καὶ περὶ Κωνσταντινουπόλεως μάλιστα δείσας, μὴ, ὅπερ κακεῖνος διενοεῖτο, φθάσειεν αὐτὴν ὑφ' ἑαυτὸν ποιησάμενος, ἐπείγετο κατὰ τὸ δυνατὸν προκαταλαβεῖν. Ἐν ὅσῳ δὲ ὁ στρατὸς αὐτῷ συνελέγετο, κατὰ τὰς πόλεις τῆς Ἑῴας ἐσκεδασμένος, καὶ ἔμελλεν ἐξαρτύεσθαι ὡς πρὸς τοσαύτην ὁδὸν, σημαίνει τοῖς ἐπισκόποις εἰς τὴν Νίκαιαν αὐτὸν ὡς ὅτι τάχιστα ὀφθῆναι προαφικομένους· ἐμελέτα γὰρ ἐν αὐτῇ δευτέραν συγκροτῆσαι σύνοδον, παρὰ τῶν δυσσεβῶν Ἀρρειανῶν κατὰ τοῦ Ὁμοουσίου παροτρυνόμενος. Ἐπεὶ δὲ τὴν Κιλικίαν διεξελθὼν, εἰς τὰς Μόψου καλουμένας κρήνας ἀφίκετο, ἀσθένειά τις αὐτῷ ἐξαπινσίως προσέπεσε, καὶ οὐχ οἷός τε ἦν ἐπὶ τὸ πρόσω χωρεῖν. Ὡς δὲ ἔσθετο κακῶς ἔχων ἤδη καὶ οὐκ ἂν βιωσόμενος, τὴν ταχίστην τὸν Ἀντιοχείας ἐπίσκοπον Εὐζώϊον μεταπεμψάμενος, βαπτίσαι αὐτὸν ἐπιτρέπει, καὶ δὴ βαπτισάμενος

C καὶ μικρὸν ἐπιβιοὺς, αὐτόθι προλείπει τὸ ζῆν, βασιλεύσας τὰ σύμπαντα ἔτη τεσσαράκοντα, τὰ μὲν εἴκοσι μετὰ τοῦ πατέρος, μόνος δὲ τὰ ἐκείνου.

ΙΑ'. Αὐτὸν δὲ ἡ στρατιὰ ὀλοφυρομένη, καὶ τὰ νομιζόμενα ἐπ' αὐτῷ τέλεσασα, λάρνακι τοῦτον ἐνέθεσαν, τοῖς εἰωθόσιν εἰς τὸ διαρκέσαι σκευάσαντες τὸν νεκρὸν, καὶ εἰς ἅμαξαν ἐνθέμενοι, ἐκόμιζον ἐπὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν, σὺν τοῖς οἰκείοις ἕκαστος ὅπλοις αὐτῷ ἑφεπόμενοι, καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν κόσμον ὅνπερ καὶ ζῶντος ἐν τοῖς ἡγεμόσι τεταγμένοι ἐτύγχανον. Οὗτοι μὲν δὴ τὴν Κωνσταντινούπολιν εἶχον ἄγοντες τὸν νεκρὸν, καὶ ὁ Ἰουλιανὸς συνομάρτησεν ἐκ τῶν Ἰλλυριῶν ἀφικόμενος, καὶ ἤδη βεβαίως ἔχων τὴν πᾶσαν βασιλείαν, οὐδενὸς αὐτὸν μετὰ τὸν Κωνσταντίου θάνατον ἐναντιωθῆναι τολμήσαντος, κομιζομένου δὲ τοῦ νεκροῦ ἐπὶ τὸν

D νεὼν τῶν Ἀποστόλων, ἵνα περ αὐτὸν καταθῆσαι πλησίον τοῦ πατρὸς ἔμελλον, αὐτὸς ἡγεῖτο τῆς κλίνης ὁ Ἰουλιανὸς, τὸ διάδημα τῆς κεφαλῆς περιελών. Ἐπεὶ δὲ ἔθαψαν αὐτὸν, ἐπὶ τὰ βασίλεια ἤδη ἀπαλλαττόμενος, τό τε διάδημα αὖθις ἐπέθετο. Καὶ τῶν πραγμάτων ἐγκρατὴς ἦν, μόνος ἤδη τὴν Ῥωμαίων ὅλην βασιλείαν ὑποζωσάμενος. Ἐπεὶ οὖν ὁ Κωνστάντιος ἐκ ποδὼν ἦν, εἰς τοὺς ὑπολειπομένους καὶ μάλιστα τῷ φρόνῳ τὴν αἰτίαν παρασχομένους τῆς ἀναιρέσεως Γάλλου, ἀνεψυχε τὸ ζέον τῆς ὀργῆς Ἰουλιανὸς, καὶ αὐτίκα Εὐσέβιον μὲν τὸν Πραιπόσιτον τῆς κεφαλῆς ἀφαιρεῖται, διότι τὴν

ἀρχὴν ἐφαίνετο ἐκ τῶν αὐτοῦ διαβολῶν, τὸν ἅπαντα τῷ Γάλλῳ φόνων συγκειρασάμενος· Παῦλον δὲ τὸν Σπανὸν εἰς τοὺς ὑπογραφέας τοῦ βασιλέως τελοῦντα, πυρὶ παραδίδωσιν, ὡς πολλὰ δὴ μάλα τῷ Γάλλῳ ἐμπικρανάμενον. Τυύτους μὲν οὖν ἀμφοτέρους εἰς τὴν Χαλκηδόνα διαπέμψας, ἐκεῖ τῇ οἰκείᾳ δίκῃ ὑπάγει ἑκάτερον, ἀνεῖλε δὲ καὶ Γαυδέντιον στρατηγὸν τῆς Ἀφρικῆς, καὶ ἄλλους τινὰς ὁπόσοι τι εἰς αὐτὸν πεπαρῳνήκεσαν· ἀλλὰ τούτους μὲν διὰ γραμμάτων ἐκόλασε, τὸν δὲ τοῦ Χριστοῦ μάρτυρα καὶ γενναῖον ἄθλητὴν Ἀρτέμιαν αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ ἐν Ἀντιοχείᾳ παρὼν καὶ παρόντα διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν, ἀπανθρώπως ἐκολασε, καὶ τῆς παρούσης αὐτὸν ἀπεγύμνωσεν ἐξουσίας, μὴ φέρων τὴν αὐτοῦ παῤῥησίαν καὶ ἔνστασιν. Ὁ γὰρ Ἰουλιανὸς, ὡς δεδήλωται, τὴν τῶν Ῥωμαίων περιθέμενος βασιλείαν, ἐσπούδαζε μάλιστα τὸν Ἑλληνισμὸν ἐπανορθοῦν. Πανταχοῦ τοίνυν γράμματα διαπεμπόμενος, ἐκέλευε τὰ τούτων τεμένη καὶ τοὺς βωμοὺς ἀνιστᾷν, μετὰ πολλῆς δσης τῆς σπουδῆς τε καὶ προθυμίας, καὶ ὅσας ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ταῖς ἐκκλησίαις προσόδους ἀπένειμε, καὶ ὁ τούτου υἱὸς ναοῖς ἀφιέρωσεν, ἀντ' ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων καὶ ῥάντας, καὶ θύτας, καὶ κανηφόρους, καὶ ὅσας μὲν κἀὶ ἕτερα διεπραττετο κατὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν.

ΙΒ'. Μετὰ δὲ ταῦτα μητέρος αὐτοῦ ἀδελφὸν ἔχων, Ἰουλιανὸν τοῦνομα, τὴν τοῦ Χριστιανισμοῦ πίστιν διὰ τὴν ἐκείνου χάριν ἐξομοσάμενον, καὶ πολλὴν ὑπὲρ τοῦ Ἑλληνισμοῦ προθυμίαν ἐπιδεικνύμενον, ἄρχοντα τῆς ἑῴας ὃν καλοῦσι κόμητα ἐξέπεμψεν, ἐντειλάμενος, τὰ μὲν τῶν ἐκκλησιῶν πράγματα κακοῦν τε καὶ διαφθείρειν, πανταχοῦ δὲ καὶ διὰ πάσης ἰδέας τὸν Ἑλληνισμὸν αὔξειν τε καὶ ἐπαίρειν. Ὁ δὲ ἀφικόμενος ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐπειρᾶτο μείζων τῶν ἐντεταλμένων τοῖς ἔργοις φαίνεσθαι, καὶ δὴ προσαφαιρεῖται μὲν πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν ἅπαντα τὰ κειμήλια, ὅσα ἐν ἀργύρῳ τε καὶ χρυσῷ καὶ σηρικοῖς ὑφάσμασι διετέλει, ἀποκλείει δὲ καὶ τὰς ἐκκλησίας, τοῦ μὴ τινα εἰσφοιτᾷν ἐν αὐταῖς εὐχῆς ἕνεκα, κλεῖθρα καὶ μυχμοὺς τοῖς πολῶσιν ἐπιβαλών. Καὶ ταῦτα μὲν κατὰ τὴν Ἀντιόχου πόλιν· ὁ τῆς Ἀνατολῆς ἄρχων εἰργάζετο, ὁ δὲ βασιλεὺς Ἰουλιανὸς, ἔτι κατὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν διεῖλκέ τινα χρόνον, τὰ ἐν ταύτῃ κρατύνας, εἰς ὅπερ ἐνόμιζε μάλιστα τῇ βασιλείᾳ συμφέρειν, καὶ ὅπος ὁ Ἑλληνισμὸς αὐτῷ πρὸς τὸ μεγαλειότερον ἐξαρθῇ σκοπῶν τε καὶ πραγμκτευόμενος. Ἄρας οὖν ἐκ τῆς Κωνσταντινουπόλεως σὺν παντὶ τῷ στρατῷ τὴν ἐπὶ τῆς Συρίας ἐποιεῖτο ὁδόν.

ΙΓ'. Διελθὼν τοίνυν ἅπασαν τὴν Φουγίαν, καὶ πρὸς τὴν ἐσχάτην αὐτῆς πόλιν τὸ καλούμενον Ἰκόνιον καταντήσας, ἐξέκλινε τὴν Ἰσαυρίαν καταλιπών. Καὶ τὸν λεγόμενον Ταῦρον ὑπεραναβὰς · ἦλθεν ἐπὶ τὰς πόλεις τῆς Κιλικίας, καὶ τῷ σταθμῷ προσπελάσας τῷ ἐν Ἰσσῷ αὐτοῦ που κατασκηνοῖ, τὸν ἐκ Μακεδονίας Ἀλέξανδρον μιμησάμενος· αὐτόθι γὰρ κἀκεῖνος ἐν Ἰσσῷ τὸν πρὸς Δαρεῖον τὸν Περσῶν βασιλέα συνεκρότησε πόλεμον, καὶ τοῦτον νικήσας, ἐπίσημον τὸν τόπον εἰργάσατο· ἐκεῖθεν τὸν Ἰσσικὸν

A invectus. Ambos namque Chalcedonem misit, et illic utrumque suo affecit supplicio. Interfecit etiam Gaudentium ducem exercitus Africæ, et quosdam alios, qui ei insultaverant. Sed eos quidem puniit per litteras; Christi autem martyrem et fortem athletam Artemium, ipse per se Antiochiæ præsens præsentem propter Christi confessionem inhumane puniit, et ea, quam habebat, privavit potestate, non ferens ejus dicendi libertatem et constantiam. Julianus enim, cum, ut ostensum est, Romanorum usurpasset imperium, maxime studebat gentium errorem in suum locum restituere. In omnes itaque partes mittens litteras jubebat deorum templa et altaria prompto et alacri animi studio exstrui, et quoscunque reditus magnus Constantinus attribuit ecclesiis, et ejus filius Constantius, eos ademit, et B templis consecravit idolorum, pro episcopis, presbyteris et diaconis, constituens æddituos, aspersores, sacrificos et canephoros, et quæcunque nomina nugæ imponunt gentilium. Hæc quidem et alia fiebant Constantinopoli.

Κωνστάντιος, ταύτας ἀφελὼν, τοῖς τῶν εἰδώλων καὶ διακόνων καταστήσας ζακόρους, καὶ νεωκόρους, ὁ ἑλληνικὸς ὅθλος ἐπιφημίζει προσωνυμίας. Ταῦτα

XII. Post hæc autem cum matris suæ haberet fratrem, nomine Julianum, qui ut illi gratificaretur, Christianismi fidem abjuraverat, et pro errore gentium ostendebat promptum et alacre animi studium, emisit Orientis rectorem, quem vocant comitem, jubens ut res quidem ecclesiarum C vexaret et perderet, ubique autem et omni ratione errorem gentium augeret et extolleret. Ille igitur cum venisset Antiochiam, conabatur reipsa plura præstare, quam ei fuerat imperatum. Et ecclesiis quidem aufert quæcunque habebant pretiosa, tam in argento et auro, quam in sericis vestimentis. Quin etiam claudit ecclesias, ne quis in eas ingrederetur precandi causa, claustris et vectibus januis impositis. Et hæc quidem Antiochiæ faciebat comes Orientis. Imperator autem Julianus Constantinopoli aliquod adhuc morabatur tempus, res confirmans et corroborans, prout ei maxime expedire videbatur imperio: et ut error gentium magnifice extolleretur, considerans et procurans. Postea vero discedens Constantinopoli cum uni- D verso exercitu, iter faciebat in Syriam.

XIII. Cum itaque universam pervasisset Phrygiam, et ad ejus ultimam venisset civitatem, quæ vocatur Iconium, declinavit relicta Isauria. Et cum Taurum, qui dicitur, superasset, venit ad civitates Ciliciæ. Cum vero accessisset ad stationem, quæ est in Isso, illic castrametatur, Macedonem Alexandrum imitatus. Nam ille quoque in Isso cum Dario rege Persarum commisit prælium. Quo victo, locum reddidit insignem. Illinc sinum transmisit Issicum, et venit Antiochiam, iram spirans adver-

sus Christianos, et se eos esse omnino eversurum minitans. Cum Antiochiam ergo venisset tyrannus, et in domum divertisset imperatoriam, et nec unum quidem diem quievisset, ad eum adducti sunt, veluti signo dato accusati, Eugenius et Macarius, qui ipsi quoque erant pars presbyteratus Ecclesiæ Antiochenæ. Quos cum protinus curasset sistendos: Quinam estis, inquit, et quodnam est vobis vitæ studium? Dixit Eugenius: Christiani sumus, et Christi gregis pastores. Hæc est nobis vita, hæc conditio, hoc studium. Dixit autem imperator: Ubi est is, quem dicitis Christi gregem? Eugenius autem: Universus, inquit, orbis terræ, quem sol aspicit, et qui in eo sunt homines. Julianus autem: Nos, inquit, quibusnam præsumus, et in quosnam hodie obtinemus imperium, o tu infelix et miser homuncule, si quamcunque terram sol aspicit, Christus gregem possidet? Martyr vero: Eidem, inquit, gregi præes, o imperator, cujus nos sumus pastores. Per Christum enim reges regnant, et tyranni in terra dominantur. Ipse quoque Christus hodie quidem tibi dedit imperium, etiamsi apparueris ingratus in benefactorem; cras autem dabit alii. Es enim unius diei, et ipse imperas iis, qui sunt unius diei. Illi autem est regnum æternum, et quod nunquam finem accipit.

XIV. Apostata vero: Impie, et a deorum, inquit, aliene benevolentia, cum hesternus sit Christus tuus, et unius diei, et ab Augusti Cæsaris tempore incœperit, a te ergo hodie rex æternus creatur? Martyr autem: Quod ad humanitatem quidem attinet, ineffabilisque et inenarrabilis dispensationis, seu carnis susceptæ, mysterium, ita habet, o imperator. Quoad vero ejus divinam, et quæ est ante sæcula, generationem, nullum invenietur tempus ea anterius. Imperator autem, existimans martyrem esse agrestem quempiam, et nulla præditum eruditione, irridens inquit: Tuus ergo Christus, o miser, bis fuit generatus? Si vero propterea gloriaris, sunt etiam apud Græcos viri sapientissimi, non solum bis, sed etiam ter geniti. Nam et Mercurius, cognomine Trismegistus, ter venit se in mundo ostendens, quomodo narrant ejus sacri et admirandi libri; et ideo nominatur Trismegistus, id est, ter maximus. Similiter autem Pythagoras, qui hoc fuit posterior, ipse quoque ter venit in vitam, ut qui primo quidem fuerit nauclerus Ægyptius, deinde Euphorbus, de quo meminit Homerus; postremo autem Pythagoras, Mnesarchi filius, Samius.

XV. Martyr autem suaviter irridens nugas docti imperatoris, et impiorum gentilium stultiloquentiam, conjectans autem tyrannum per hæc verba conari irridere Christi generationem, cum magna severitate ei dixit et nobilitate: Oportebat nec tibi quidem omnino respondere, o iniquissime, nec te ulla dignari allocutione, sed propter eam, quæ adest, multitudi-

A κόλπον διαπεράσας, ἦλθεν εἰς Ἀντιόχειαν, θυμοῦ πλέον κατὰ Χριστιανῶν, καὶ αὐτοὺς ἐκτρίψαι εἰς τέλος διαπειλούμενος. Ἐλθόντι τοιγαροῦν τῷ τυράννῳ κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν, καὶ πρὸς τοῖς βασιλείοις οἴκοις κατασκηνώσαντι, καὶ μὴ δὲ πρὸς ἡμέραν βίαν σχολάσαντι προσήχθησαν αὐτῷ ὥσπερ ἀπό τινος παραγγέλματος διαβληθέντες, Εὐγένιος καὶ Μακάριος, τοῦ πρεσβυτερίου τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ Ἐκκλησίας καὶ αὐτοὶ μέρος τυγχάνοντες, οὓς εὐθὺς παραστησάμενος· Τίνες ἐστὲ, ἔφη, καὶ τίνα δή ποτε τὴν ἀγωγὴν καὶ τὸ ἐπιτήδευμα ἔχετε; Εὐγένιος ἔφη· Χριστιανοί ἐσμεν, καὶ τῆς Χριστοῦ ποίμνης ἀγελάρχαι τυγχάνομεν, τοῦτο βίος ἡμῖν καὶ τύχη καὶ ἐπιτήδευμα. Καὶ ὁ βασιλεὺς· Ποῦ τοίνυν ἐστὶν ἣν ὑμεῖς φατε τοῦ Χριστοῦ ποίμνην; Καὶ ὁ Εὐγένιος· Πᾶσα ἡ οἰκουμένη, ὅσην τε ἥλιος ἐφορᾷ, καὶ ὅσοι ἐπὶ
B ταύτης εἰσὶν ἄνθρωποι. Καὶ ὁ Ἰουλιανός· Ἡμεῖς δὲ τίνων ἄρχομεν καὶ τίνων βασιλεύομεν σήμερον, ὦ ταλαίπωρον σὺ καὶ δυστυχὲς ἀνθρώπιον, εἰ ὅσην ἥλιοι ἐφορᾷ γῆν ὁ Χριστὸς ποίμνην κέκτηται; Καὶ ὁ μάρτυς· Τῆς αὐτῆς, ὦ βασιλεῦ, ποίμνης τε καὶ ἀγέλης ἐπιστατεῖς, ἥσπερ δὴ καὶ ἡμεῖς ἀγελάρχαι τυγχάνομεν· δι' αὐτοῦ γὰρ βασιλεῖς βασιλεύουσι καὶ τύραννοι κρατοῦσι γῆς. Καὶ αὐτός σοι τὸ βασίλειον δέδωκε σήμερον, κἂν αὐτὸς ἀχάριτος περὶ τὸν εὐεργέτην ἐφάνης· αὔριον δὲ πάλιν ἑτέρῳ δώσει. Ἐφημέρων ἄρχεις αὐτὸς, τῷ δὲ ἡ βασιλεία αἰώνιος. καὶ πέρας οὐδέποτε δεχομένη.

ΙΔ'. Καὶ ὁ παραβάτης· Ἀνόσιε καὶ τῆς τῶν θεῶν εὐμενείας ἀλλότριε, χθιζὸς ὢν ὁ σὸς Χριστὸς καὶ ἐφήμερος, ἀπὸ τῶν Αὐγούστου τε Καίσαρος χρόνων
C ἀρξάμενος, αἰώνιος βασιλεὺς ὑπὸ σοῦ κεχειροτόνηται σήμερον; Καὶ ὁ μάρτυς· Ναὶ, κατὰ μὲν τὸ ἀνθρώπινον καὶ τὸ τῆς ἀφράστου καὶ ἀῤῥήτου αὐτοῦ οἰκονομίας μυστήριον, εἴτουν σαρώσεως οὕτως ἔχει, βασιλεῦ, ἐπεὶ κατὰ τὴν θείαν αὐτοῦ καὶ προαιώνιον γέννησιν οὐδεὶς εὑρεθήσεται χρόνος ὁ ταύτης ὑπέρτερον. Καὶ ὁ βασιλεὺς, νομίσας ἄγροικον εἶναί τινα τὸν τοῦ Χριστοῦ μάρτυρα καὶ παιδείας ἀμέτοχον, διαχλευάζων φησί· Οὐκ οὖν, ὦ ταλαίπωρε, ὁ Χριστός σου δὶς ἄρα γεγέννηται, καὶ ἐπὶ τούτῳ κομπάζεις; Εἰσὶ καὶ παρ' Ἕλλησιν ἄνδρες σοφώτατοι, οὐ μόνον δὶς γεννηθέντες, ἀλλὰ καὶ τρίς· ὅ τε γὰρ Ἑρμῆς ὁ Τρισμέγιστος ἐπικαλούμενος, τρίτον ἦλθεν εἰς κόσμον ἑαυτὸν ἐπιδεικνὺς, καθὼς αἱ ἱεραὶ αὐτοῦ καὶ θαυμάσιαι βίβλοι διαγορεύουσι, καὶ διὰ τοῦτο
D Τρισμέγιστος ὀνομάζεται, ὁμοίως δὲ καὶ Πυθαγόρας, ὁ τούτου Μνησάρχου υἱὸς, Σάμιος.

ΙΕ'. Καὶ ὁ μάρτυς, ἡδύ τι γελάσας, τῶν κομψευμάτων τοῦ σοφοῦ βασιλέως, καὶ τῆς τῶν ἀσεβῶν Ἑλλήνων μωρολογίας, ὑπονοήσας δὲ τὸν τύραννον τὴν τοῦ Χριστοῦ γέννησιν διὰ τουτων τῶν ῥημάτων χλευάζειν ἤδη πειρώμενον, ἔφη πρὸς αὐτὸν μετὰ πολλῆς τῆς αὐστηρίας καὶ γενναιότητος· Ἔδει τὴν ἀρχὴν μὴ δὲ ἀποκρίνασθαί σοι, παρανομωτατε, μὴ δὲ τῆς οἵας οὖν ἀπολογίας καταξιῶσαι,

τὸν παρεστῶτα ὄχλον ὅτι τῆς τοῦ Χριστοῦ
οἱ πλείους αὐτῶν τυγχάνουσιν, εἶπον ὅσα
καὶ νῦν ἐπ' ὀλίγῳ ἐρῶ, τῆς αὐτῶν κη-
σωτηρίας, ὅτι τὸν γῆ ἄνωθεν καὶ πρὸ πολ-
ῶν οἱ προφῆται προκατήγγειλαν καὶ πολλὰ
ουσίας αὐτοῦ τὰ μαρτύρια, ἔκ τε τῶν παρ'
ἡμῶν καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν Σιβιλλείων γραμ-
Καὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως αὐτοῦ ἡ αἰτία,
ρίᾳ καὶ ἀνακλήσει τῆς τῶν ἀνθρώπων
ς γέγονεν· ἐλθὼν γὰρ ἐπὶ τῆς γῆς πᾶσαν
ήλασε καὶ πᾶσαν μαλακίαν, καὶ παραδόξως
τι νεκροὺς ἤγειρεν ὀδωδότας, τὸ δὲ πάντων
ιτερον, ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου σωτηρίας
διὰ σταυροῦ πάθος, ἀνέστη τριήμερος ἐκ
ῶν, ὑπὸ μάρτυσι πεντακοσίοις, καὶ στρα-
φρουρούντων αὐτοῦ τὸν τάφον, ἵνα μὴ σχῇ
τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ συκοφαντῆσαι βουλό-
αὶ ἀναστὰς ἐν νεκρῶν ὤφθη τοῖς μαθηταῖς
' ὅλαις τεσσαράκοντα ἡμέραις μετ' αὐτῶν
ρεφόμενος, καὶ ὁρώντων αὐτῶν καὶ βλε-
εἰς οὐρανοὺς ἀνελήφθη, τὴν τοῦ ἁγίου
ς δωρεὰν καὶ δύναμιν τούτοις ἐξαποστεί-
τε καὶ γλώσσαις ἀλλογενῶν ἀποφθέγγεσθαι
χρείαν ἔχειν τοῦ ἑρμηνεύοντος· ἐλάλει γὰρ
τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ τὰ πόρρω βλέ-
δου, καὶ προφητεύειν τὰ μέλλοντα· οἵτινες
ς ἐκηρύξαν αὐτοῦ πανταχοῦ, μηδὲν ἐπιφε-
ἢ μόνον τὴν αὐτοῦ ἀόρατον δύναμιν, οὐκ
αὶ δόρυ καὶ ξίφος κατέχοντες, ἀλλὰ γυμνοὶ
λοι καὶ πένητες, καὶ πάντα τὸν κόσμον
ιν, νεκροὺς ἐγείροντες, λεπροὺς καθαρί-
δαιμόνια ἐκβάλλοντες. Καὶ ταῦτα τίνες;
αὶ ἀγράμματοι, καὶ τῆς τοῦ κόσμου σοφίας

ΙΟ΄.

ΙΟ΄ς δὲ αὐτὸς παρεισήγαγες, ἐπικερτομῶν
Χριστοῦ γέννησιν, ἄνδρας σοφοὺς τε καὶ
ς, ὡς νῦν εἴρηκας, εἰ καὶ δοίημεν ἀληθῶς
τοῦτο τὸ παραλήρημα, τί γεννηθέντες δὶς
ς καὶ τετράκις τὸν κόσμον ὠφέλησαν,
τι τῶν τοῦ κόσμου μικρὸν ἢ ἐλάχιστον! τίς
βίβλων Ἑρμοῦ τε καὶ Πυθαγόρου. νεκροὺς
σεν, ἢ λεπροὺς ἐκαθάρισεν, ἢ δαίμονας
ν, οὓς ὑμεῖς θεραπεύετε; Ἀλλ' Ἑρμῆς μὲν
μέγιστος ὑφ' ὑμῶν προαγορευόμενος,
ς γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ τοῖς Αἰγυπτίων
τραφεὶς, γυναῖκά τε γήμας, παῖδας ἔτεκεν,
πρεσβύτερον, Τὰτ ὀνομάζουσι πρὸς ὃν αὐτὸς
αι, καὶ τοὺς ἑαυτοῦ λόγους ἀφοσιοῖ, πρός
ἐξ Ἐπιδαύρου Ἀσκληπιὸν τὸν προκατάρξαντα
ιᾶς τῆς ἰατρικῆς ἐπιστήμης, ᾧ καὶ τὴν ἑαυ-
λογίαν διασαφεῖ οὕτως ἔχουσαν· Θεὸν νοῆσαι
λεπὸν, φρᾶσαι δὲ ἀδύνατον, ἔστι γὰρ τρισ-
ος, ἀνερμήνευτος οὐσία καὶ φύσις, οὐκ ἔχουσα
ροτοῖς ἐξομοίωσιν. Οὓς δὲ θεοὺς ὀνομάζουσιν
οι, πολὺ τὸ μυθῶδες καὶ σφαλερὸν ἑαυτοῖς
αντο, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ
ς καὶ αὐτὸς ἀμυδράν τινα προφητείαν δι-
ι, οὐκ ἐξ ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἐκ τῆς Ἑβραίων θεο-
ταύτην ἀπαρυσάμενος. Ἀλλὰ τί μοι τῶν

A nem, quoniam complures ex iis sunt de grege Christi, dixi quæcunque dixi, et nunc etiam dicam parumper, curam gerens eorum salutis: Christum ab alto repetentes, multis ante sæculis prophetæ prius annuntiarunt, multaque sunt ejus adventus testimonia, tam ex iis, quæ sunt apud nos oraculis, quam ex ipsis scriptis Sibyllinis. Ejus autem susceptæ carnis causa fuit propter salutem et reparationem lapsus hominum. Nam cum venisset in terram, omnem morbum expulit et omnem infirmitatem: et admirabiliter uno verbo excitavit mortuos, qui fetebant. Quod autem est omnium maxime admirabile, pro salute mundi passus mortem per crucem, tertio die surrexit a mortuis, testibus iis militibus, qui servabant ejus sepulcrum, et plusquam quingentis hominibus, ne locum habeat, qui vult calumniari ejus resurrectionem. Et cum surrexisset a mortuis, visus est suis discipulis, totos quadraginta dies cum eis versans, eisque videntibus et aspicientibus, fuit assumptus in cœlos. Denique eis sancti Spiritus donum demisit et virtutem, adeo ut loquerentur linguis alienigenarum, et non opus haberent interprete. Loquebatur enim in eis sanctus Spiritus, et dabat eis, ut viderent, quæ erant procul remota, et futura prædicerent. Qui quidem egressi, ipsum ubique prædicarunt, et nihil inferentes, præter solam ejus virtutem, quæ non cadebat sub aspectum, neque clypeum, lanceam aut ensem tenentes: sed nudi, inermes, et pauperes mundum ceperunt universum, mortuos excitantes, leprosos mundantes, dæmonia ejicientes. Quinam autem hæc fecerunt? Piscatores, et ignari litterarum, et qui mundi sapientiæ non erant participes.

XVI. Quos autem ipse induxisti, ludificans Christi generationem, viros doctos et theologos, ut nunc dixisti, etiamsi concesserimus vere fuisse has nugas, quid bis, et ter, et quater geniti mundo profuerunt, vel mundi parvæ, atque adeo minimæ parti? Quis ex Mercurii et Pythagoræ libris mortuos suscitavit, aut leprosos mundavit, aut dæmones expulit, quos vos colitis? Sed Mercurius quidem, qui a vobis dicitur Trismegistus, fuit homo Ægyptius, et in legibus educatus Ægyptiis: et cum duxisset uxorem, peperit filios, quorum natu majorem Tat nominant, cum quo loquitur, ei suas dedicans orationes, et cum Asclepio ex Epidauro, qui, ut vos vultis, fuit auctor et princeps scientiæ medicinæ: cui etiam suam explicat, quæ sic habet, theologiam: Deum intelligere quidem est difficile, sed ut eum verbis exprimas, minime potest fieri. Est enim in terna consistens hypostasi, essentia et natura, quæ non potest explicari, non habens apud homines assimilationem. Quos autem deos nominant homines, ii multas et periculosas ad se attraxerunt fabulas. Quinetiam de Christi adventu ipse quoque obscuram quamdam refert prophetiam, ut qui non ex se, sed ex Hebræorum eam hauserit theologia. Sed quid mihi cum putridis et male olentibus Mer-

curii verbis, quæ a vobis quidem in honore habentur, jam autem diu ante putruerunt et effluxerunt? Neque enim de vivis fas est rogare mortuos iis, qui ex divinis eloquiis habent veros martyres, qui adventum Christi et divinitatem prænuntiarunt.

XVII. Pythagoras autem, qui sectæ Italicæ fuit auctor et princeps, quid magnum et admirandum fecit, ter in vitam productus? An quod cum fuisset Olympiæ, ut vos dicitis, aureum suum femur ostendit Hellanodicis? Vel quod mugientem bovem sacrificaturus: Habet, inquit, animam viri mihi amicissimi, et per mugitum me salutat infelix? Seu quod aquilam, quæ sublime volabat, per incantationem fecit cadere in terram? Hæc miracula fecit, cum esset Olympiæ ter genitus Pythagoras, insano gloriæ amore captus, et visione hæc apprehendens ter infelix, qui quaternionem jusjurandum constituebat, et eum dicebat fontem æternæ naturæ, qui fabas colebat propter quas periit, cum suis familiaribus simul expulsus a Tarentinis. Nam cum nollet calcare locum, in quo fabæ erant dispersæ, ibidem interficitur cum familiaribus et discipulis, et consumitur ab inimicis. Theano autem ejus uxor et discipula, cum nollet dicere causam, propter quam faba non vescuntur, ipsa quoque, ei lingua amputata, perimitur.

III. Egregius igitur Zenobius cum in tanta virtute vitam egisset, et divina revelatione Christi gregem pascendam suscepisset, et Ciliciæ fuisset creatus episcopus, in posterum etiam duplicem ostendit curationem; ut qui non solum corporibus, sed etiam animis mederetur, et illa quidem a morbis, has vero liberaret ab impietate. Hinc dicitur Indi cujusdam præfecti conjugem incidisse in morbum immedicabilem. Is autem erat cancer, qui in interiorem partem thoracis incubuerat. Propter quem congregatæ omnes manus medicorum, artesque et medicamenta ostensa sunt illi morbo cedere. Uxoris ergo vicem dolens Indus, et undenam tanti mali inveniret solutionem diligenter perscrutans, a quodam mercatore accepit de Zenobio, eum multos curare ægrotos solo verbo et manuum impositione. Ille autem statim nihil cunctatus, sed statim cum conjuge et liberis iter ingressus, venit Ægas. Talis enim est, qui affligitur, animus, et ad id, quod audierit exsequendum acerrimus propter spem meliorem libertatis. Cum illuc ergo venisset, rogabat de Zenobio, ubinam esset, et apud quem degeret; et omne ponebat studium, ut eum videret. Cum hoc autem modo se haberet Indus, et tam magni faceret illum videre, ei apparet visio, quæ ei vere, et non in somnis, jubebat accedere ad ecclesiam Christianorum: In ea enim, inquit, invenies eum, quem quæris. Cum is ergo surrexisset, cum uxore statim venit ad templum. Et cum in eo invenissent sanctum stantem in medio multitudinis, et ex ore suo emittentem doctrinæ fontes suavissimos, dimotis iis, qui circumsistebant, speciosos illius pedes, et bona revera evangelizantis ardentissime apprehensant supplices, misericordemque et clementem illam animam orant et obsecrant ut a malo liberentur. Nam etsi in uxoris thorace inesset morbus, mariti tamen multo

A τροφὰς, οὐκ ἀμίσθους μόνον τὰς θεραπείας ποιῶν, ἀλλὰ καὶ μισθοὺς μᾶλλον σὺν αὐτοῖς παρεχόμενος. Τοιούτον δὴ τινα τὸν ἱερὸν Ζηνόβιον ἡ τῶν Κιλίκων κεκλήρωτο καθ' ὁ καιροῦ καὶ ὁ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς αὐτοκράτωρ εἰδώλοις προσανέχων, καὶ τῇ δυσσεβεῖ θρησκείᾳ προστετηκώς, τοῖς ὀλεθρίοις συνεκέθη δόγμασιν. Ἀλλ' ἐκείνου μὲν κληρονόμος τῶν τε σκήπτρων καὶ τῆς κατὰ Χριστιανῶν λύσσης Διοκλητιανὸς καταλείπεται. Λυσίαν δὲ παραχρῆμα τιμωρήσασθαί τε βιαιότατον καὶ θωπείαις ὑπαγαγέσθαι δεινότατον τῆς Κιλίκων ἔπαρχον προχειρίζεται. Ὁ δὲ τὴν Μόψου καταλαβὼν διωγμὸν ἐγείρει κατὰ Χριστιανῶν, καὶ διωγμῶν τὸν φρικωδέστατον καὶ βαρύτατον, ἔργον ἐκείνου τοῦ διωγμοῦ, καὶ τρεῖς τὸν ἀριθμὸν νεανίσκοι· Κλαύδιος, Ἀστέριος, Νέων, οὓς Ἰσαυρία μὲν ἤνεγκε, Λαρανδὸς δὲ ἤσκησεν· Οὗτοι πολλαῖς ὑπὸ Λυσίου καὶ σφοδραῖς ὅτι ταῖς τιμωρίαις ὑποβληθέντες σταυρῷ προσηλωθέντες ἔξω τειχῶν τὸν τῶν κακούργων ὑπέστησαν θάνατον· τὰ δὲ τούτων σώματα θηρίοις καὶ πετεινοῖς εἰς πυρὰν προετέθη. Καὶ Λυσίας μὲν δὴ τοιαύτην κατὰ Χριστιανῶν ἐπεδείκνυτο τὴν μανίαν.

Γ'. Ζηνόβιος δὲ ὁ καλὸς, ἐν ἀρετῇ τοσαύτῃ πολιτευσάμενος καὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ ποίμνιον ἀποκαλύψει θείᾳ παρειληφὼς, ἐπίσκοπος τῆς Κιλίκων ἀναδειχθεὶς, διπλῆν εἰς τὸ ἑξῆς ἐπεδείκνυτο τὴν θεραπείαν· οὐ σώματα μόνον, ἀλλὰ καὶ ψυχὰς ἰατρεύων, καὶ τὰ μὲν νοσημάτων, τὰς δὲ ἀσεβείας ἐλευθερῶν. Ἐντεῦθεν Ἰνδοῦ τινος φιλάρχου σύζυγον κακῷ τινι λέγεται βληθῆναι τῶν ἀνηκέστων. Τὸ δὲ ἄρα καρκῖνος ἦν ἐνδοτάτω τοῦ θώρακος κατασκήψας. Ἐφ' ᾧ πᾶσαι καὶ χεῖρες ἰατρῶν ἀθροισθεῖσαι, καὶ τέχναι καὶ φάρμακα, δεύτερα πάντα τοῦ πάθους ἠλέγχοντο. Ἀχθόμενος οὖν περὶ τῆς γυναικὸς ὁ Ἰνδὸς, καὶ ὅθεν ἂν ἔλθοι τηλικούτου κακοῦ λύσις φιλοπόνως ἀνερευνῶν, μανθάνει παρὰ τινος τῶν ἐμπόρων τὰ περὶ Ζηνοβίου, καὶ ὅτι πολλοὺς τῶν νοσούντων ἰᾶται ῥήματι μόνῳ καὶ χειρῶν ἐπιθέσει. Καὶ ὃς αὐτίκα μελήσας οὐδὲν οὐδ' ἀναβαλόμενος, ἀλλ' ὡς εἶχεν εὐθὺς ἅμα συζύγῳ καὶ τέκνοις, πορείας ἁψάμενος, ἐν Αἰγαῖς γίνεται. Τοιοῦτον γὰρ πεφυκὼς ἡ ψυχὴ, καὶ οὕτως ἀνύσαι τὸ ἀκουσθὲν ἐπιτάτη δι' ἐλπίδα χρηστοτέραν ἐλευθερίας. Ἐκεῖσε τοίνυν γενόμενος, ἐπυνθάνετο περὶ Ζηνοβίου, ποῦ ἄρα καὶ ἐν τίνος εἴη διάγων, καὶ σπουδὴν ἐποιεῖτο πᾶσαν ὥστε τὸν ἄνδρα θεάσασθαι. Τοῦτον δὲ τὸν τρόπον ἔχοντι τῷ Ἰνδῷ, καὶ οὕτω τὴν ἐκείνου θέαν περὶ πολλοῦ ποιουμένῳ ἐφίστατο ὄψις αὐτῷ σαφῶς ὕπαρ οὐκ ὄναρ καταλαλεῖν ἐπισκήπτουσα τὴν τῶν Χριστιανῶν ἐκκλησίαν. Ἐν αὐσῇ γὰρ, φησὶ καὶ περιτύχῃς τῷ ζητουμένῳ Διαναστὰς τοίνυν οὗτος, ἄπεισιν εὐθὺς μετὰ τῆς γυναικὸς παρὰ τὸν ναόν. Καὶ τὸν ἅγιον εὑρόντες ἐν αὐτῷ πλήθους ἑστῶτα μέσον, καὶ πηγὰς ἡδίστας διδασκαλίας τοῦ στόματος ἀφιέντα, διωσάμενοι τοὺς περιεστῶτας, τῶν ὡραίων ἐκείνου [ποδῶν, καὶ ἀγαθὰ ὡς ἀληθῶς εὐαγγελιζομένων μετὰ πολλῆς ἐπιλαμβάνονται τῆς θερμότητος καὶ τῆς ἱκετείας, καὶ δέονται τῆς συμπαθοῦς ψυχῆς ἐκείνης καὶ φ-

λανθρώπου, καὶ λιπαρουσιν αὐτὸν ὥστε τοῦ πάθους ἀπαλλαγῆναι. Εἰ γὰρ καὶ τῷ τῆς γυναικὸς θώρακι τὸ πάθος ἐνῆν, ἀλλὰ πολλῷ πλέον τῆς τοῦ ἀνδρὸς ψυχῆς ἥπτετο. Ὁ δὲ μισθὸν αὐτοὺς τῆς ἰατρείας ἐπιζητεῖ τὴν εὐσέβειαν, καὶ τὸ τῆς πατρίου πλάνης ἀποστάντας, αὐτομολῆσαι πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν. Ὅπερ οὖν προθύμως αὐτῶν ποιεῖν ἐπαγγελλομένων, ὁ ἅγιος ὑπολαβὼν, Ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ τὴν αἱμόῤῥουν ἰασαμένου, ὑγιὴς ἴσθι, γύναι, φησὶ, καὶ τοῦ πάθους ἐλευθεροῦ, καὶ παραχρῆμα ἥ τε χαλεπὴ νόσος ἐκείνη καθάπερ τινὶ μάστιγι τῷ ῥήματι ἀπελήλατο· καὶ τοῦ θείου βαπτίσματος αὐτός τε καὶ σύζυγος καὶ οἱ παῖδες ἀξιωθέντες, ἔπειτα δὲ καὶ τῶν ἱερῶν κοινωνήσαντες μυστηρίων, οἴκαδε χαίροντες ἐπανῆεσαν, τῷ τῆς γυναικὸς περὶ τὸν θώρακα πάθει κοινῇ τὸ τῆς ἀπάτης νόσημα συναποβαλόντες, καὶ τὴν τῆς ψυχῆς ἕκαστος ὑγείαν πλουτήσαντες.

A magis tangebat animum. Ille autem curationis mercedem ab eis postulat pietatem, et ut a patrio errore discedentes, ad agnitionis veritatem transfugerent. Quod quidem prompto et alacri animi studio se facturos eis profitentibus, excipiens sanctus : In nomine Jesu Christi, inquit, qui sanavit mulierem profluvio sanguinis laborantem, sana esto, mulier, et liberare a morbo ; statimque gravis ille morbus verbo, tanquam flagello aliquo, fuit expulsus : et divinum baptismum et ipse, et uxor, et liberi fuerunt assecuti. Deinde etiam cum fuissent participes sacramentorum, domum læti redierunt, ut qui cum morbo mulieris, qui erat in thorace, una quoque perdidissent morbum deceptionis, et sanitate animæ fuissent locupletati.

Δ'. Εἶτα καὶ γυνή τις ἑτέρα πάλιν ἐν τῇ πρὸς Δάφνην Ἀντιοχείᾳ, ἐν ἀρετῇ ζῶσα, καὶ πολλοῖς ἐπαρκοῦσα τῶν πενομένων, πάθει περιπίπτει χαλεπωτάτῳ· φαγέδαιναν τοῦτο παῖδες ἰατρῶν ὀνομάζουσι. Μεταξὺ δὲ ἄρτι τῶν μαστῶν ἐκφυὲν, κύκλῳ τὰ περὶ αὐτοὺς ἐλυμαίνετο. Πάσης οὖν ἄλλης ἀπογνοῦσα καὶ αὐτὴ θεραπείας, ὑπέξεισι νύκτωρ τῆς πόλεως· ἐλθοῦσά τε διὰ Σελευκείας, καὶ τοῖς αἰγιαλοῖς ἐπιστᾶσα, πλοίου τέ τινος ἐπιβᾶσα, εἰς Αἰγὰς καταίρει. Καὶ προσελθοῦσα θερμῶς τῷ ἁγίῳ, τὸ δεινὸν ἐκεῖνο πάθος ὑποδεικνύει, καὶ δεῖται τούτου καὶ ἱκετεύει ὥστε ἢ ἐν ὀφθαλμοῖς ἀποθανεῖν τοῖς ἐκείνου, καὶ σὺν τάχει τὸ ὀφειλόμενον ἀποτίσαι, ἢ τοῦ πιέζοντος ἀπαλλαγῆναι κακοῦ· τοσοῦτον γὰρ ὑπὸ τοῦ πάθους ἠνέγκατο, καὶ τηλικαύταις ὀδύναις συνείχετο, ὡς καὶ τὸν θάνατον ἐν εὐεργεσίας αἰτεῖσθαι μέρει, καὶ τοῦτον εἶναι δοκεῖν τῶν λυπούντων ἐλευθερίαν. Ταῦτα τοῦ ἁγίου δεδυσωπημένος, καὶ τῇ χειρὶ τὸ τοῦ σταυροῦ σημεῖον ὑποτυπώσαντος, ἔπειτα δὲ καὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ θεῖον ὄνομα ἐπιφθεγξαμένου! (ὦ Θεοῦ κριμάτων! ὦ ἀνεικάστου χρηστότητος!) ῥήγνυται μὲν εὐθέως τὸ παθος, ἰχῶρος πληρῶσαν τὸ ἔδαφος, λύεται δὲ τῶν ὀδυνῶν ἡ γυνὴ, καὶ πρὸς τὴν Ἀντιόχου ὑγιὴς ἐπανήκει.

B IV. Alia quoque mulier, quæ virtute vivebat Antiochiæ, et opem ferebat multis indigentibus, in morbum incidit gravissimum. Eum medici nominant phagedænam. Exortus autem inter mamillas, vastabat omnia circumcirca. Omnem ergo aliam desperans ipsa quoque curationem, egreditur noctu e civitate : cumque venisset per Seleuciam, et ad littus accessisset, et navem quamdam ascendisset, appellit Ægas. Et ardenti studio ad sanctum accedens, ei ostendit gravem illam affectionem, eumque rogat et supplicat, ut vel ante illius oculos moriatur, et cito exsolvat debitum : vel liberetur a malo, quod eam affligit. Morbus enim ei tantam afferebat necessitatem, et tantum dolorem, ut etiam mortem peteret loco beneficii, et ea videretur esse liberatio a malis. Cum is motus fuisset sanctus, et manu crucis signum fecisset, et deinde divinum Christi nomen invocasset (o Dei judicia, o benignitatem, quæ nullis potest verbis exprimi!), rumpitur quidem statim morbus, qui solum implevit sanie : solvitur autem mulier a doloribus, et revertitur sana Antiochiam.

C

Ε'. Τὰ δὲ μετὰ ταῦτα διωγμὸς κατὰ τῆς εὐσεβείας Διοκλητιανοῦ, καὶ δόγμα παρ' αὐτοῦ θεομάχου, καὶ Λυσίας τῆς ὠμότητος ἐκείνου καὶ τῆς ἀπανθρωπίας ὑπηρέτης θερμότατος. Ὅστις τὰ κατὰ τὸν θεῖον μαθὼν Ζηνόβιον, καὶ ὅπως ἕνα μόνον κηρύττει Θεὸν, καὶ τῶν αὐτοῦ ἐντολῶν τε καὶ θελημάτων ἐπιμελῶς περιέχεται, ὅπως τε τῇ αὐτοῦ ἐπικλήσει νόσους εὐχειρῶς λύει πάσας, καὶ χεῖρα τοῖς δεομένοις προτείνει δαψιλῶς ῥέουσαν, εὐθὺς αὐτὸν συλλαμβάνει, καὶ προκαθίσας ἐπὶ μέσης τῆς πόλεως, καὶ τὸν ἄνδρα κατὰ πρόσωπον ἀγαγὼν, Πολλά μοι, φησὶ, περὶ σοῦ, Ζηνόβιε, ἤκουσται· ἀλλ' ἐγὼ μόνῃ πιστεύειν ἀκοῇ ῥᾳδίως οὐκ ἔχων, ὥστε καὶ ὀφθαλμοὺς μάρτυρας ποιῆσαι τῶν ἀκουσθέντων, καὶ ἵνα τὸ πολὺ συνέλω τοῦ λόγου, δύο σοι ταῦτα προτίθεμαι, ἢ πεισθῆναι τῷ τῶν κρατούντων εὐσεβεῖ διατάγματι, καὶ θῦσαι σὺν ἡμῖν τοῖς θεοῖς, ὅπερ τιμῆς σε τῆς μεγίστης ἀπολαῦσαι παρασκευάσει, καὶ πλούτου δαψίλειαν εὖ ἴσθι καὶ βίου λαμ-

V. Quæ autem post hæc sequuntur, sunt Diocletiani persecutio adversus pietatem, et Deo inimicum ab eo profectum edictum, et Lysias illius sævitiæ et inhumanitatis minister acerrimus. Qui cum accepisset divinum Zenobium prædicare unum solum Deum, ejusque præcepta et voluntatem studiose et diligenter amplecti, et ejus invocatione morbos omnes facile solvere, et manum abunde suppeditantem porrigere egentibus, eum statim comprehendit, et cum in media præsedisset civitate, et eum coram ipso curasset sistendum : Sæpe, inquit, o Zenobi, a me de te est auditum : sed cum non facile possem soli famæ credere, propterea te in meum adduxi conspectum, ut etiam oculos haberem testes eorum, quæ audivi : et, ut paucis absolvam, hæc duo tibi propono, ut vel pareas pio edicto imperatorum, et diis nobiscum sacrifices

D

quod quidem efficiet, ut tu maximum honorem assequaris, et magnas opes, et vitæ splendorem, et aliorum bonorum remunerationes tibi conciliabit (hoc tibi potes certo persuadere) : vel ut damneris ad plagas, vincula, cruciatus, et cætera tormenta. Quorum quisnam est alius finis, nisi mors omnino sævissima, et plena maximo dolore ? Ad hæc egregius Zenobius : Mihi, inquit, unus est verus Deus Jesus Christus, in quo ego confido, a quo est ipsa essentia et vita, et propter quem est mihi mori lucrum : neque enim quidquam ex iis, quæ hic sunt jucunda et delectabilia, est conferendum cum ea, qua est illic, remuneratione. Quamobrem sævus indignatus Lysias, sublime in ligno tollit athletam, et tormenta infert ejus corpori : Videamus, dicens, an Christus sit venturus, ut ei opem ferat.

A πρότητα, καὶ ἀγαθῶν ἄλλων ἀμοιβὰς προξενήσει σοι, ἢ πληγὰς καὶ στρέβλας, καὶ βασάνους ἐπάρας κατακριθῆναι, ὧν τί τὸ τέλος ἢ χαλεπὸς πάντως καὶ ὀδυνηρότατος θάνατος; Πρὸς ταῦτα ὁ γενναῖος Ζηνόβιος, Ἐμοὶ θεὸς εἷς ἀληθινὸς ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστός ἐστιν, ἔφη, ἐφ' ὃν ἐγὼ πέποιθα, παρ' οὗ καὶ αὐτὸ τὸ εἶναί μοι καὶ τὸ ζῆν, καὶ δι' ὃν ἐμοὶ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος. Οὐδὲ γὰρ ἔστι τι τῶν τῇδε τερπνῶν τῆς ἐκεῖθεν ἀντιδόσεως ἄξιον. Ἐφ' οἷς ὁ ἐπηνὴς ἐκεῖνος ἀγανακτήσας, μετεωρίζει τὸν ἀθλητὴν ἐπὶ ξύλου, καὶ στρέβλας αὐτοῦ καὶ ξυστῆρας ἐπάγει τῷ σώματι· Ἴδωμεν εἰ Χριστὸς ἔλθοι, βοηθήσων αὐτῷ.

VI. Interea vero currens alicunde, venit ad eum Zenobia soror ejus. Quæ cum eum aspexisset in ligno, et vel ex ipso spectaculo repleta fuisset audacia, et si quid est molle, aut imbecillum, aut muliebre, id totum abjecisset, et se vere esse ejus sororem ostendisset ; Superbe, inquit, tyranne, quidnam sceleris admisit frater, quod tu eum sic torques ? Ille autem (o sinistram, et dolosam, et illiberalem animam) ad mulieris dicendi libertatem placidissime respondit et lenissime, ut et in eam, utpote feminam, se blandis verbis insinuaret, et induceret ut imbecilliorem : Sacrifica enim, inquit, Zenobia tu quoque diis, nec sustineas videre speciem ac vigorem et florem tui corporis miserabiliter multis ac variis tradi suppliciis : quorum, o mulier, dedecus est longe ipso dolore gravius. Illa autem simul cum fratre loqui incipiens veluti uno quodam motu animi et consensu : Non nobis, dixerunt, persuadebis, o tyranne, Deum verum et vivum permutare cum simulacris mortalium hominum, nec si fieri quidem posset, ut tu innumerabiles nobis mortes afferres, et non hanc unam, quæ nobis vel ab ipsa natura debetur necessario. Hæc ergo cum dixissent, martyres statim lecti excipiunt ferrei, et ignis sub lectis accenditur. Aderat autem Lysias quoque acclamans : Veniat Christus, et opem ferat iis, qui pro ipso patiuntur. Zenobius autem ei honeste dixit : En adest, suum rorem præbens nobis medicinam, etiamsi tu hoc non possis videre, cum sis circumdatus tanta caligine impietatis.

ς'. Ἔπειτα ἥκει δρομαίως ποθὲν ἡ ἀδελφὴ Ζηνοβία, καὶ τοῦτον ἐπὶ τοῦ ξύλου θεασαμένη, θάρσους τε καὶ ἀπ' αὐτῆς τῆς θέας ὑποπλησθεῖσα, καὶ πᾶν εἴ τι μαλακὸν ἢ ἀσθενὲς ἢ γυναικεῖον ἀποβαλοῦσα, καὶ ἀληθῶς ὅτι τοιούτου ἦν ἀνδρὸς ἀδελφὴ δείξασα, Ἀλαζὼν, ἔφη, τύραννε, τίνα τοιαύτην ἐργασάμενον ἀτυπίαν αἰκίζεις τὸν ἀδελφόν; Ὁ δὲ, (ὦ σκαιᾶς ψυχῆς καὶ δολερᾶς καὶ ἀνελευθέρου!) πρὸς τηλικαύτην γυναικὸς παῤῥησίαν μεθ' ὅσης ὁμαλότητος ἀποκρίνεται, ἵνα καὶ ὡς θῆλυ κλέψῃ καὶ ὡς ἀσθενέστερον μαλακοῖς ῥήμασιν ἐπαγάγηται! Θῦσον γὰρ, φησὶ, Ζηνοβία, κἂν αὐτὴ τοῖς θεοῖς, καὶ μὴ σώματος οἰκείου εὐγένειαν, καὶ ἀκμὴν ὥρας, καὶ ἄνθος νεότητος ἰδεῖν ἐλεεινῶς ἀνάσχῃ πολυτρόποις αἰκισμοῖς ἐκδιδόμενα, ὧν πολὺ, γύναι, τῆς ὀδύνης ἡ αἰσχύνη βαρύτερον. Ἡ δὲ, τοῦ λόγου σὺν τῷ ἀδελφῷ ἐπιλαβομένη, καθάπερ ὑφ' ἑνὶ ψυχῆς κινήματι, καὶ παραστήματι, Οὐ πείσεις, εἶπον, ἡμᾶς, ὦ τύραννε, Θεοῦ ζῶντος ἀληθινοῦ εἴδωλα θνητῶν ἀνθρώπων ἀλλάξασθαι οὐδ' ἂν εἰ καὶ μυρίους σοι δυνατὸν ἦν ἡμῖν θανάτους ἐπαγαγεῖν, ἀλλὰ μὴ τὸν ἕνα τοῦτον ὅστις καὶ παρ' αὐτῆς ἡμῖν φύσεως ἀναγκαίως ὀφείλεται. Ταῦτα τοιγαροῦν εἰρηκότας κλῖναι τοὺς μάρτυρας εὐθὺς ὑποδέχονται σιδηραῖ, καὶ πῦρ ὑπὸ ταῖς κλίναις ἀνάπτεται. Παρῆν δὲ καὶ Λυσίας ἐπιφωνῶν· Ἐλθέτω Χριστὸς, βοηθησάτω τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχουσι. Καὶ ὁ Ζηνόβιος εὐκόσμῳ τῷ ῥήματι, Πάρεστιν, ἔλεγεν, ἰδοὺ, τὴν παρ' αὐτοῦ δρόσον ἰαμα παρέχων ἡμῖν, εἰ καὶ σὺ τοῦτον οὐκ ἔχεις ὁρᾷν, τοσαύτην ἀσεβείας ἀχλὺν περικείμενος.

VII. Tyrannus ergo cum videret eos tam magno et tam forti animo præditos, in præsentia quidem cessare facit eorum cruciatum, simul quidem et ad sensum doloris eum nequaquam sufficere existimans, et spe quadam sibi blandiens fore ut ii persuadeantur, et convertantur, nec perpetuo ita sibi nihil parcant. Cum itaque e lectis ferreis eos fecisset surgere : Vestri, inquit, modo miseremini, neque sit alter alteri invicem aspectus miserabilis, frater ante oculos sororis atrociter interfectus. Illi autem moribus et animis magis fratres, quam corporibus : Tibi, dixerunt, o judex, potius consulimus, ut tuæ animæ aliquam curam geras, et timeas quidem gehennam, cujus minæ tibi intentantur, et

Ζ'. Ὁ γοῦν τύραννος, οὕτως αὐτοὺς ὁρῶν εὐψύχως καὶ καρτερικῶς ἔχοντας, ἵστησι ταύτην τὸ παρὸν τοῖς γενναίοις τὴν τιμωρίαν, ὁμοῦ μὲν οὐχ ἱκανὴν αὐτὴν εἰς ὀδύνης αἴσθησιν δριμυτέρας ὑπολαβὼν, ὁμοῦ δὲ καί τισιν ἐλπίσιν ἑαυτὸν ὑποσαίνων ὡς ἄρα πεισθήσονται καὶ μεταβαλοῦσι, καὶ οὐχ οὕτω διὰ τέλους ἑαυτῶν ἀφειδήσουσι. Ἀμέλει καὶ τῶν σιδηρῶν ἐκείνων κλινῶν αὐτοὺς ἀναστήσας, Οἰκτείρατε κἂν ἄρτι ἑαυτοὺς, φησὶ, λάβετέ τινα σφῶν αὐτῶν ἔλεον, μηδὲ ὄψις ἀλλήλοις οἰκτρὰ γένησθε, ἀδελφὸς ὁ ὀφθαλμοῖς ἀδελφοῦ χαλεπῶς ἀναιρούμενος. Οἱ δὲ τὸν τρόπον ἐκεῖνοι μᾶλλον ἀδελφοὶ καὶ τὰς ψυχὰς ἢ τὰ σώματα, Σοὶ μᾶλλον, ὦ δικαστὰ, συμβουλεύομεν, εἴπερ, θέσθαι τινὰ καὶ τῆς σαυτοῦ ψυχῆς πρόνοιαν,

καὶ φείσασθαι μὲν τῆς ἠπειλημένης γεέννης καὶ τῶν ἀθανάτων ἐκείνων κολάσεων, ἀποστῆναι δὲ τῆς φανερᾶς ταύτης ἀπάτης, Θεῷ τε προσελθεῖν ἀληθινῷ καὶ τῇ εὐσεβείᾳ. Καὶ οἵδε ἡμεῖς ἐγγυηταί σοι ἅμα καὶ πρεσβευταὶ τὰ πρὸς αὐτὸν καὶ βεβαιωταί, ὅτι καὶ ἀποδέξεται τῆς μεταβολῆς, καὶ προσηνῶς ὑποδέξεται, καὶ ἀγαθῶν ἀξιώσει τῶν ἀπορρήτων. Ἐφ' οἷς θερμότερος ὥσπερ τὴν λύσσαν ἐκείνην καὶ τὴν μανίαν γεγονὼς ὁ Λυσίας λέβησι μὲν ἐμβληθῆναι τὴν ἀγαθὴν ὄντως δυάδα προστάττει. Καὶ οἱ λέβητες πῦρ κάτωθεν εἶχον σφοδρῶς ἀναπτόμενον. Στάντες δὲ πρὸ τῶν λεβήτων ἐκεῖνοι, καὶ ὀφθαλμοὺς μετὰ καὶ τῆς ψυχῆς εἰς οὐρανοὺς ἀνατείναντες. Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ τῆς εἰρήνης Θεὸς, ἐν εἰρήνῃ δέξαι τὰς ψυχὰς ἡμῶν, εἶπον. Καὶ μετὰ τὴν εὐχὴν οἱ λέβητες αὐτοὺς εὐθέως ἐλάμβανον, καὶ τὸ μὲν ἐν αὐτοῖς ὕδωρ καὶ αὐτοῦ πυρὸς ἔζει σφοδρότερον· τὸ δὲ τῶν μαρτύρων ζεῦγος, θείας τινὸς ἄνωθεν αἰσθόμενοι δρόσου, ᾔδοντες ἠρέμα ἐξήεσαν· ἡ ᾠδὴ δὲ ἦν· « Ἔσωσας ἡμᾶς. Κύριε, ἐκ τῶν θλιβόντων ἡμᾶς, καὶ τοὺς μισοῦντας ἡμᾶς κατήσχυνας. »

Η'. Ἐντεῦθεν ὁ Λυσίας, τὴν μεταβολὴν παντάπασιν ἀπελπίσας, τὴν τελευταίαν κατ' αὐτῶν διὰ ξίφους δίδωσι ψῆφον. Καὶ τειχῶν ἔξω τῆς Αἰγαίων κατὰ τὸ τοῦ Λυσίου πρόσταγμα οἱ ἅγιοι γενόμενοι, καὶ προσευχῇ πάλιν ἑαυτοὺς δεδωκότες, Εὐχαριστοῦμέν σοι, Χριστὲ ὁ Θεὸς, εἶπον, ὅτι τὸν δρόμον ἡμᾶς τελέσαι ἠξίωσας, τὴν πίστιν τηρῆσαι, τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἀγωνίσασθαι. Αὐτὸς οὖν, Κύριε, καὶ τοῦ βραβείου μετασχεῖν ἡμᾶς τῆς κλήσεως τῆς ἄνω εὐδόκησον, καὶ μετὰ τῶν εὐαρεστησάντων τῷ ἁγίῳ σου καὶ θαυμαστῷ ὀνόματι σοναρίθμησον· ὅτι εὐλογητὸς εἶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Καὶ παραχρῆμα ἔργον ἦν ἡ εὐχή. Καί τις ἄνωθεν ἀπηχουμένη φωνὴ τοὺς στεφάνους αὐτοῖς ἐπηγγέλλετο, καὶ πρὸς ἐκεῖνα μετεκαλεῖτο τοὺς ἀθλητὰς, ὧν καὶ διὰ τοῦ μαρτυρίου παντὸς ἐπιτυχεῖν ηὔχοντο. Τῆς δὲ φωνῆς ταύτης καὶ οἱ παρόντες ἀκούσαντες, πίπτουσιν ἐπὶ γῆς πρηνεῖς καὶ δεδακρυμένοι τῷ παραδόξῳ τῆς ἀκροάσεως. Τριακοστῇ μὲν οὖν. Ὀκτωβρίου τὰς κεφαλὰς οἱ μάρτυρες ἀποτέμνονται.

Θ'. Τὰ δὲ τούτων ἱερὰ σώματα πρὸ τῆς πόλεως ἐρριμένα Ἑρμογένης καὶ Γαΐος οἱ πρεσβύτεροι, βαθείας νυκτὸς ἅμα ἀνελόμενοι, σορῶν τε ἄγαν εὐλαβῶς καὶ ὁσίως ἐνθέμενοι, ἐν τῷ ἐκεῖσε κρύπτουσι σπηλαίῳ. Ἐδεδίεσαν γὰρ τῶν ἀσεβῶν τὴν ἐπήρειαν. μὴ καὶ αὐτῶν ἐκείνοις τῶν λειψάνων φθονήσωσιν. Οὕτω διὰ πάντων αὐτοῖς τὰ τῆς ἀδελφότητος ἐτηρήθη, καὶ κοινὴν τὴν ὁμολογίαν, κοινὴν καὶ τὴν ἄθλησιν ἐποιήσαντο· καὶ ὥσπερ μιᾶς προῆλθον γαστρὸς, οὕτω καὶ τόπος εἷς ἀμφοτέρων τὰ σώματα δέχεται, καὶ μία σκηνὴ πάλιν αὐτοὺς ἐν οὐρανοῖς ὑποδέχεται, εἰς δόξαν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ πρέπει πᾶσα μεγαλωσύνη τε καὶ μεγαλοπρέπεια νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A supplicia illa immortalia, discedas autem ab hoc errore manifesto, et ad Deum verum accedas, et ad pietatem. Nos autem tibi erimus apud Deum intercessores, sponsoresque et fidejussores, quod acceptam tuam habebit conversionem, et te placide excipiet, et dignabitur bonis ineffabilibus. Propter quæ Lysias rabie quadam et furore factus acrior, jubet illud par vere bonum injici in lebetes. Lebetes autem subtus habebant ignem valde accensum. Illi vero stantes ante lebetes, cum oculos simul cum anima in cœlum sustulissent, dicebant: Domine Jesu Christe, Deus pacis, suscipe in pace animas nostras. Finitis precibus, eos statim exceperunt lebetes ; et quæ erat in eis quidem aqua, vel ipso igne fervebat vehementius. Par autem martyrum, cum divinum quemdam rorem ab alto B sensisset, canens sensim est egressus. Canticum autem erat ; « Servasti nos, Domine, ab iis, qui nos affligunt ; et eos, qui nos odio habent, affecisti pudore. »

VIII. Cæterum Lysias cum eorum mutationis omnem spem abjecisset, ultimam fert in eos sententiam, ut gladio vitam finiant. Cum itaque extra muros civitatis Ægæorum fuissent sancti, ut jusserat Lysias, et se rursus dedissent precibus : Agimus tibi gratias, Christe Deus, dicebant, quod dignatus sis efficere, ut bonum certamen decertaremus, cursum consummaremus, fidem servaremus. Tibi ergo placeat, o Domine, ut simus participes præmii supernæ vocationis : et nos refer in numerum eorum, qui placuerunt sancto tuo et admirando nomini ; quoniam es benedictus in sæcula. Statim autem preces effectus est consecutus : et vox quædam resonans e cœlo, eis pollicita est coronas, et ad illa evocabat athletas, quæ illi consequi optabant per martyrium. Cum autem audiissent vocem ii, qui aderant, humi cadunt proni et lacrymantes propter admirabilem illam auditionem. Atque tricesimo quidem mensis Octobris amputata fuerunt capita martyribus.

IX. Sacra autem illorum corpora ante urbem projecta, cum Hermogenes et Caius presbyteri profunda nocte cum suis sustulissent, pieque admodum sancte et loculis imposuissent, condunt in ea, quæ illic erat, spelunca. Timebant enim insultum D impiorum, ne illis etiam inviderent relinquias. Ita fuit sanctis his fratribus in omnibus conservata fraternitas, et communem confessionem, communem etiam fecerunt decertationem : et quomodo ex uno utero prodierunt, ita etiam unus locus suscepit utriusque corpora : ad gloriam Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et potentia nunc et in sæcula sæculorum. Amen.

[1] Psal. XLIX, 8.

MARTYRION
ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΕΠΙΜΑΧΟΥ.

—

MARTYRIUM
SANCTI MARTYRIS EPIMACHI.

(Ap. Surium ad diem 31 Octobris; Græce ex cod. ms. 1484.)

—

I. Olim profecto impietatis caligo per totum orbem terrarum diffusa erat, hominesque universi ad sacrificium diis offerendum compellebantur, imperantium minas, et judicium sævitiam atque impetum formidantes. Quamobrem natura seipsam denegabat : tunc enim cognationis jura conculcata omnino evertebantur. Quinetiam veteris benevolentiæ conjunctio in dissidium convertebatur.

Interea vero tanquam stella quædam inter Christi milites magnus effulgebat Epimachus, qui vivus quidem Ægypto tantum cognitus fuit, post martyrium autem toti mundo evasit manifestus. Eum enim tunc Ægyptus, velut lucernam quamdam sub modio latentem, occultabat. Nam regio illa, ejus viri educationis atque optimæ institutionis particeps facta fuit : quippe quæ virtutis et ætatis ipsius progressum atque incrementa perspexit. Is non solum cum ætate virtute quoque crescebat, sed etiam virtus ipsa in eo perspiciebatur longe major, quam ejus ætas postulabat : idque cum nullo vitæ magistro atque duce usus fuisset, sed ipse sibi tanquam regula quædam et forma exstitisset, animum simul atque mores componens, illum videlicet mitem et tranquillum efficiens, hos prudentes semper, eum virum suscepit, quemadmodum eremus olim

A Α'. Ἄρτι μὲν ἡ τῆς εὐσεβείας ἀχλὺς ἀνὰ πᾶσαν διεχεῖτο τὴν οἰκουμένην, ἄνθρωποι δὲ πάντες πρὸς θυσίαν εἰδωλικὴν συνηλαύνοντο, τάς τε τῶν κρατούντων ἀπειλὰς καὶ τὰς μιαιφόνους τῶν δικαστῶν ὁρμὰς δεδιότες. Καὶ φύσις μὲν ἑαυτὴν ἐξώμνυτο· συγγενείας δὲ θεσμὰ κατεπατεῖτο, καὶ ἀνετρέπετο, καὶ παλαιᾶς ἀγάπης συνάφεια πρὸς διάστασιν ἐμερίζετο. Ἐξέλαμπε δὲ ἐν τούτοις οἷά τις ἀστὴρ ὁ μέγας ἐν ἀθλοφόροις Ἐπίμαχος, οὐκ ἐπίδηλος οὐδὲ γνώριμος ὢν τοῖς πολλοῖς. Αἴγυπτος γὰρ τέως εἶχεν αὐτόν, οἷά τινα λύχνον ὑπὸ μοδίῳ κρυπτόμενον, ἥτις αὐτοῦ καὶ ἀνατροφῆς ὄντως καὶ ἀγωγῆς τῆς ἀρίστης ἀπολελαύκει, καὶ ἀρετῆς εἶδεν αὐτοῦ καὶ ἡλικίας προκοπὰς καὶ αὐξήσεις. Ὃς οὐ μόνον ἑαυτῷ συναυξανομένην εἶχε τὴν ἀρετήν, ἀλλὰ πολλῷ μείζονα καὶ τῆς ἡλικίας αὐτὴν ἐπεδείκνυτο· B διδασκάλῳ μὲν οὐδενὶ τοῦ βίου καὶ ὁδηγῷ χρώμενος, οἱονεὶ δέ τις αὐτὸς ἑαυτῷ κανὼν καὶ τύπος γενόμενος καὶ ψυχὴν ἅμα καὶ ἦθος ῥυθμίζων· καὶ τὴν μὲν ποιῶν ἠπίαν καὶ γαληνήν, τὸ δὲ σύννουν ἀεὶ καὶ προσεκτικόν. Ἐντεῦθεν Ἠλούσιον ὄρος αὐτὸν οἰκιστὴν ἐκληρώσατο, καθάπερ ἡ ἔρημος πάλαι τὸν Ἰωάννην, καὶ τὸν Ἠλίαν ὁ Κάρμηλος.

attentos et sobrios. Hinc Pelusius mons incolam Joannem Baptistam, et Carmelus Eliam habuit

II. Cum igitur Epimachus ipse in monte Pelusio versaretur, et in omni philosophia se exerceret, omnemque victus duritiem amplexaretur, vitam denique propter Christum asperam ac laboriosam viveret, judex quidam sævitia et ferocitate insignis, Alexandriam venit. Judex autem ille cætera quidem omnia pro nihilo faciebat ; sed omne tantum studium, industriam et artes adhibebat, quibus totam urbem illam suis retibus caperet, et acerbam impietatis prædam colligeret, idque ut assequi posset, nullis machinis abstinebat. Quamobrem Christiani omnes illius judicis minas extimescentes, alii in solitudinem aufugiebant, alii se Christianos esse dissimulantes, impietatem simulabant. Quicunque vero pietatem profiteri volebant, acerbissimis cruciatibus tradebantur.

Β. Ὁπουπερ αὐτοῦ διατρίβοντος καὶ πᾶσαν μὲν ἀσκοῦντος φιλοσοφίαν, πάσῃ δὲ λοιπὸν ἑαυτὸν ἐκδόντος σκληραγωγίᾳ καὶ βίον ζῶντος διὰ Χριστὸν ὀδυνηρὸν καὶ ἐπίπονον, καταλαμβάνει δικαστὴς C τὴν Ἀλεξανδρέων ἀπηνέστατός τε καὶ ἀγριώτατος, τἆλλα μὲν οὐδενὸς ἀξιῶν λόγου, ὥστε δὲ πᾶσαν κατ' ἄκρας τὴν πόλιν εἴσω τῶν ἑαυτοῦ δικτύων λαβεῖν, καὶ θήραμα πικρὸν ἀσεβείας ποιήσασθαι, οὐδεμιᾶς το παράπαν μηχανῆς ἀπεχόμενος. Ὅθεν καὶ Χριστιανοὶ πάντες, οἱ μὲν δέει τῶν ἀπειλῶν, εἰς ἐρημίας ἐφυγαδεύοντο, οἱ δὲ, τὸν Χριστιανισμὸν κρύπτοντες, τὴν ἀσέβειαν ὑπεκρίνοντο. Ὅσοι δὲ καὶ φανερῶς εὐσεβεῖν ἐβούλοντο, βασάνοις ἐξεδίδοντο πικροτάταις.

Γ. Τότε τοίνυν οὐκ ἦν ἔτι ἀνεκτὸν Ἐπιμάχῳ ἡ ἐρημία καὶ τὸ ἄμικτον ἐκεῖνο τοῦ βίου καὶ ἀκοινώνητον. Ἀλλὰ τῷ θερμῷ περὶ τὴν εὐσέβειαν ζήλῳ, τὴν ψυχὴν σφοδρότατα κινηθεὶς, καὶ ὥστε μὴ ταύτην ὑβρίζεσθαι, καὶ ζωῆς ἅμα καὶ ἡσυχίας καταφρονήσας, κάτεισιν εἰς μέσην τὴν πόλιν ἀπὸ τῆς ἐρημίας, πρόσεισι δὲ τῷ τυραννικῷ βήματι μηδὲν ὑποπτήξας τῶν ὁρωμένων, μηδὲν τῶν φοβεῖν δυναμένων καταπλαγεὶς, καὶ τοῦτο πρῶτον ἀρίστευμα τῆς θαυμαστῆς αὐτοῦ ποιεῖται ψυχῆς. Εἶτα καθαιρεῖ μὲν εἰδωλικὸν ἐκεῖνον βωμὸν καὶ εἰς ἔδαφος ἀνατρέπει, ὁμοῦ καὶ χειρὶ γενναίᾳ καὶ δυνάμει ἀοράτῳ χρώμενος. Ὁρμᾷ δὲ καὶ κατ' αὐτοῦ τοῦ δικάζοντος θυμῷ δικαίῳ τὸν ὑβριστὴν καὶ Θεοῦ καὶ νόμων ἱερῶν ἀμυνόμενος. Καὶ εἴ γε μὴ παρὰ τῶν ἐκείνου δορυφόρων τῆς ὁρμῆς ἐπεσχέθη, πτῶμα δακρύων ἄξιον ἂν, ὁ τύραννος ἔκειτο.

Δ'. Ὅπερ ἐκεῖνος οὐκ ἔνεγκών, ἀλλὰ μέσην τὴν καρδίαν ὑπὸ τῆς ὀργῆς ἀνατέσας, ὅτι περ οὕτως εὐτελὴς ἀνὴρ αὐχμηρὸς τὴν κόμην, οἰκτρὸς τὸ τριβώνιον μετὰ τοσαύτης αὐτῷ τῆς τόλμης προσενεχθείη, φυλακῇ τὸν ἅγιον καὶ δεσμοῖς παραδίδωσιν. οἷα παράβολόν τι καὶ θρασὺ δεδρακότα, καὶ τὴν δίκην ἀξίαν ὑφέξοντα. Πολλοὺς μὲν οὖν καὶ ἄλλους εἶχε τὸ δεσμωτήριον ὑπερ εὐσεβείας καὶ αὐτοὺς κατακεκλεισμένους. Ἀλλὰ πᾶσιν αὐτοῖς ῥοπὴ μεγίστη καὶ πρὸς τὸ μαρτύριον παράκλησις, ὁ καλὸς κατέστη Ἐπίμαχος· ἀμελῶν μὲν τῶν καθ' ἑαυτὸς δεινῶν, καὶ τῆς ἐκείνων θεραπείας ἐπιμελούμενος. Ἔπειτα δὲ καὶ παραινέσεως πρὸς αὐτοὺς, καὶ διδασκαλίας ἅπτόμενος, καὶ συγκροτῶν αὐτοὺς, τειχίζων πανταχόθεν, νήφειν ποιῶν, ἀναλώτους ὅλως ταῖς τοῦ ἐχθροῦ μηχαναῖς ἐργαζόμενος.

Ε'· Ἠραστησάμενος τοιγαροῦν αὐτοὺς ὁ δικάζων, καὶ πλείονα παρὰ πολὺ τῆς προτέρας καὶ θερμοτέραν τὴν ἔνστασιν ἰδὼν ἐπιδεικνυμένους, πυθόμενος δὲ καὶ τὴν αἰτίαν τοῦ πράγματος, καὶ μαθὼν ὡς Ἐπιμάχου ταῦτα συμβουλαί τε καὶ ὑποθῆκαι. Τούτων μὲν μετὰ πολλὰς ἤδη καὶ ἀφορήτους τιμωρίας ἐκτέμνει τὰς γλώσσας· αὗται γὰρ ἦσαν αἱ μέσην αὐτῷ μάλιστα πλήττουσαι τὴν ψυχὴν τοῖς ἐλέγχοις τῆς ἀληθείας. Εἶτα καὶ ξίφει τὰς μαρτυρικὰς αὐτῶν κεφαλὰς ἀφαιρεῖται. Μετὰ δὲ τούτους ἄγει δεσμώτην τὸν γενναῖον Ἐπίμαχον, καὶ Ἵνα τί, φησὶν, ὁ σεμνὸς σὺ καὶ τὸ εἶδος ἀξιοθέατος, εἰς τοσοῦτον ἐξέπεσας δυσσεβείας, ὡς μὴ μόνον ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ θεῶν αὐτῶν καὶ βασιλέων αὐτοκρατόρων καταφρονεῖν; Ἀνθρώπους μὲν γὰρ ὄντας, ἀνάγκη πολλάκις σφάλλεσθαι τοῦ προσήκοντος, πλὴν ἀλλ' οὐκ ἐπιμένειν δεῖ τοῖς αὐτοῖς, ἀλλὰ μεταβάλλεσθαι πάλιν διορθοῦσθαι τὰ παρ' ἡμῶν μὴ δεόντως γεγενημένα. Οὐκοῦν ἀνθρωπίνῳ καὶ αὐτὸς πάθει ἐαλωκὼς ἀνάνηψόν ποτε καὶ ἡμετέρους, εἴξον προστάγμασι, θύων σὺν ἡμῖν τοῖς θεοῖς καὶ αὐτοῖς εὐνοῶν, καὶ ὡς

A III. Tunc igitur Epimacho solitudo ipsa non amplius fuit optabilis, neque illa vitæ ratio grata erat, qua consuetudinem et hominum impietatem vitabat; sed amoris ardore in Dei pietatem vehementissime accensus, et zelo quodam magno excitatus, vitam simul, solitudinem et quietem illam contempsit, et ab eremo in mediam urbem descendit: quinimo adiit ad tribunal tyranni, nihil eorum metuens, quæ corporeis oculis cernuntur, neque his rebus, quæ terrorem injiciunt, perterrefactus. Quare admirabilem animi fortitudinem indicavit. Deinceps idolorum aram evertit, eamque solo adæquavit, partim generosa et forti manu, partim potentia quadam, non humana, sed divina usus. Ad hæc et adversus judicem impetum fecit, B justo quodam furore illum ulciscens, qui Deum et ejus sacras leges violabat. At nisi ab ipsius satellitibus martyris impetus detentus fuisset, tyrannus ille miserabili casu jacuisset.

IV. Quæ omnia cum judex non ferret, quod homo tam vilis ei abjectus, coma squalidus, toga miser, tanto impetu in eum irruere ausus esset, in carcerem et vincula virum illum sanctissimum jussit conjici, propterea quod audaciam et temeritatem magnam præ se tulerat: quamobrem et justas pœnas ei persolvendas esse decrevit. Multi quidem alii, et ipsi pietatis causa conclusi, carcere illo detinebantur. Sed illis omnibus multum adjumenti, magnaque ad martyrium libenter perferendum adhortatio erat Epimachi oratio atque alacritas, C quippe quod omnes cruciatus, quos sibi paratos ac propositos videbat, negligens, de illorum salute tantum erat sollicitus. Ad hæc admonitionibus et doctrina multa eos instruebat atque confirmabat, undique ipsos muniens, eisque persuadens ut vigilantes ac tales esse studerent, qui omnino ab hostis diaboli machinis expugnari non possent.

V. Cum vero judex illos ad se duci jussisset, eosque multo constantius, quam antea, Christi confessionem profiteri vidisset, ejusque rei causam Epimachi consilia et adhortationes fuisse cognovisset, illorum omnium, post multos et intolerabiles cruciatus, linguas exscindi jussit, (his enim utebantur martyres ad veritatem defendendam, quæ res judicis animum maxime cruciabat) deinde D eorumdem capita gladio amputari. Post hæc vinctum ad se duci jussit generosum Epimachum, quem intuens: Quare, inquit, tu vir ita gravis, et forma spectabili, ad eam impietatem prolapsus es, ut non solum nos, sed deos etiam ipsos et imperatores contemneres? Homines quidem sæpe ab officio aberrare necesse est, at non decet tamen in erratis permanere, sed consilium mutare, et corrigere, quæ non recte a nobis facta fuerint. Quamobrem et tu, cum humano more peccaveris, tandem resipiscas, et nostris jussis obedias, nobiscum una diis sacrificans, et in illos benevolentiam ostendens, ne, si deos ipsos omnium dominos colere

nolueris, tu quoque sceleratorum hominum mortem patiaris.

VI. Ad hæc ardentissimus ille veritatis propugnator Epimachus, apertam illius temeritatem redarguens, quod admonitionibus et doctrina sua eum ad impietatem impellere conatus esset, ab exordio orationis suæ fecit, ut tyrannus ipse statim ejus animum perspiceret, et ab omni spe decideret. Me, inquit, o judex, nunquam ab ea pietate, cujus ego alumnus et amicus sum, tu avertere poteris. Ne igitur ad negandam Christi confessionem dehinc provoces, neque aliud quippiam me facturum, aut dicturum speres, quod animi aut mentis imbecillitatem significet. Christum enim confiteor, Christum prædico, per quem creata sunt omnia, per quem homo formatus, et lex data est : qui mentem nobis dedit omnium ducem ac magistram, qui pro nostra omnium salute, quæ jam perierat, humana carne se induit, et crucifixus ac sepultus fuit, resurrexit, et in cœlos assumptus est, atque iterum venturus cum gloria creditur. Utinam et tu istam idolorum cæcitatem ab oculis animæ adjiceres, et suavem ac salutarem Christi lucem aspiceres. Nolim enim putet aliquis, temere ac frustra nos corpora nostra cruciatibus libenter tradere. Non ita sumus nobisipsis inimici et insidiatores. Verum quoniam altera quædam vita est multo præstantior hac, quæ videtur : alter quidam mundus, et sempiterna rerum bonarum delectatio, nullo tempore circumscripta, sed perennem jucunditatem afferens : propterea mundum hunc spectabilem, et carnem hanc fragilem atque caducam despicimus. Talis est nostra confessio. In hac firmi et stabiles consistimus. Pro hac et ego quemvis cruciatum sustinere paratus sum. Tu vero si celerem mortem attuleris, pergratum mihi facies, et teipsum dedecore liberabis. Quo enim diuturniore cruciatu me affliges, eo promptior ad jussa tua contemnenda inveniar. Nam si nihil aliud esset, certe et martyres illos revereor, qui ante nos certamen subierunt, et reliquos istos, qui nobiscum una carcerem rursus habitant : ob idque et ipse illud studeo, ne sine corona discedam : sed ut postquam in illorum choro enumeratus fuero, istis optabilem certaminis mei cursum ostendam.

VIII. Hæc martyris verba dubitationem magnam tyranno attulerunt : qui cum Epimacho persuadere non posset, eum in ligno suspendi jussit, ac ferreis unguibus lacerari. Ille eo magis ejusmodi tormento lætabatur, quo se ob eam rem beatiorem existimabat : quippe quod imitator esset eorum, quæ Dominus Jesus passus fuerat. Itaque aiebat : Si Dominus noster Jesus Christus propter nos crucifixus est, et fellis atque aceti potionem accepit : si ejus latus lancea percussum fuit, si palmæ clavis perforatæ sunt, quare non debeo et ego illius servus, magna cum voluptate in his ipsis eum Christo Domino meo communicare ? Certe martyr ille etiam lancea percuti cupiebat : quinimo fel ipsum appetebat :

A δεσπότας θεραπεύων ἁπάντων, ἵνα μὴ καὶ σὺ τῶν κακούργων θάνατον ὑποστῇς.

ϛ'. Ἡρὸς ταῦτα ὁ θερμὸς ὄντως ἐκεῖνος τῆς ἀληθείας ὑπέρμαχος ἀπόνοιαν αὐτοῦ σαφῆ καταγνοὺς, ὅτι καὶ παραινέσεσι δῆθεν αὐτὸν καὶ διδασκαλίαις ἐπαγαγέσθαι πρὸς τὴν ἀσέβειαν ἐπειρᾶτο, ἀπόγνωσιν αὐτῷ ἐκ προοιμιῶν εὐθὺς ἑαυτοῦ ἐμποιεῖ καὶ τῶν ἐλπίδων ἐκείνων ἐκκρούει. Ἐμὲ γὰρ, φησὶν, ὦ δικαστὰ, οὐκ ἄν ποτε τῆς συντροφου καὶ φίλης εὐσεβείας ἀποστήσεις, οὐ πρὸς ἄρνησιν ἐκκαλέσῃ, τῆς τοῦ Χριστοῦ ὁμολογίας οὐκ ἄλλο τι τῶν ἀγενῶν δρᾶσαι παρασκευάσεις ἢ φθέγξασθαι. Χριστὸν γὰρ ὁμολογῶ, Χριστὸν ἀνακηρύττω, δι' οὗ τὰ πάντα παρῆκται καὶ ἄνθρωπος πέπλασται, καὶ νόμος αὐτῷ τελεῖται· καὶ νοῦς δέδοται πάντων ἡγεμὼν καὶ διδάσκαλος, ὅς ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀπολωλότων ἡμῶν, καὶ σεσάρκωται, καὶ ἐσταύρωται, καὶ τέθαπται καὶ ἐγήγερται, καὶ πρὸς οὐρανοὺς ἀνείληπται· καὶ πάλιν ἐλεύσεσθαι μετὰ δόξης πεπίστευται. Ὡς εἴθε καὶ οὐ τὴν εἰδωλικὴν λήμην τῶν τῆς ψυχῆς ὀμμάτων ἀποβαλὼν, πρὸς τὸ γλυκὺ φῶς ἐκείνου διέβλεψας. Μηδὲ γὰρ οἰέσθω τις εἰκῇ καὶ μάστην ἡμᾶς τὸ σῶμα ταῖς βασάνοις παραδιδόναι· οὐχ οὕτως ἐσμὲν αὐτοὶ ἑαυτῶν ἐχθροὶ καὶ ἐπίβουλοι. Ἀλλ' ἐπειδὴ ζωή τις ἐστὶν ἑτέρα παρὰ πολὺ κρείττων τῆς ὁρωμένης, καὶ κόσμος ἕτερος, καὶ ἀγαθῶν ἀπόλαυσις αἰωνία, οὐ χρόνῳ μητρουμένη, ἀλλὰ μένουσαν ἀεὶ τὴν εὐφροσύνην παρεχομένη, τούτου γε ἕνεκα καὶ κόσμου τοῦ ὁρωμένου, καὶ σαρκὸς καταφρονοῦμεν ὡς λυομένης. Αὕτη ἐστὶν ἡ ἡμετέρα ὁμολογία, πρὸς ταύτην ἐστηρίγμεθα καὶ ἡδράσμεθα. Ὑπὲρ αὐτῆς καὶ πᾶν ὁτιοῦν εἰμι τῶν δεινῶν πάσχειν ἕτοιμος. Ἀλλ' εἰ μὲν ταχεῖάν μοι τὴν τελευτὴν ἐπαγάγοις, ἡμῖν τε τὰ μάλιστα χαριεῖ, καὶ σεαυτὸν ἀπαλλάξεις αἰσχύνης. Εἰ δὲ καὶ κολάσεσιν αὐτὴν παρατείνεις καὶ τιμωρίαις, τοσοῦτον πλέον ὄψει καὶ ἡμᾶς τοῦ σοῦ καταφρονοῦντας προστάγματος. Αἰδοῦμαι γὰρ εἰ μή τι ἕτερον, ἀλλὰ τοὺς πρὸ ἡμῶν τῷ μαρτυρίῳ τελειωθέντας, καὶ σὺν ἡμῖν πάλιν τὸ δεσμωτήριον κατοικοῦντας· καὶ διὰ τοῦτο σπεύδω μὴ ἀπελθεῖν ἀστεφάνωτας, ἀλλὰ τῶν ἐκείνων τῷ χορῷ συναριθμηθῆναι καὶ τούτοις τὴν ποθουμένην τῆς ἀθλήσεως ὑποδεῖξαι πορείαν.

Η'. Ταῦτα εἰς ἀμηχανίαν τὸν τύραννον περιίστησι, καὶ τὸ πείθειν οὐκ ἔχων, ἐπὶ ξύλου τὸν ἄνδρα μετεωρίζει, καὶ διαξαίνει σιδηροῖς αὐτὸν ὄνυξιν. Ὁ δὲ τοσοῦτον ἔχαιρε μᾶλλον τῇ τιμωρίᾳ ὡς καὶ μακαριστὸν ἑαυτὸν τιθέναι τῆς ἀναρτήσεως, ὅτι δεσποτικῶν παθημάτων μιμητὴς ἀνεδείκνυτο· Εἰ γὰρ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἔλεγε, δι' ἡμᾶς καὶ σταυρῷ προσήλωτο, καὶ χολὴν καὶ ὄξος προσήκατο, καὶ λόγχῃ τὴν πλευρὰν νένυκτο, καὶ ἥλοις διατέτρητο τὰς παλάμας· πῶς οὐ χρή με τὸν δοῦλον τῶν αὐτῶν τῷ Δεσπότῃ μεθ' ἡγονῆς κοινωνῆσαι ; Ἀμέλει καὶ τὴν λόγχην ἐζήτει, καὶ τῆς χολῆς ἐπεθύμει, καὶ, Ἠκίτωσαν, ἔλεγε, τὰ κολαφίσματα τὰ ἐμπτύσματα· ὁ ἀκάνθινος ἐπιτιθέσθω μοι στέ-

φανος · ἐγχειριζέσθω κάλαμος. Οἱ ἐμπαιγμοὶ δὲ, φησὶ, ποῦ, ποῦ τὰ ῥαπίσματα; Μικρὰ γὰρ ἐμοὶ τὰ παρόντα πρὸς ἐκεῖνα βλέποντι καὶ οὕτως ἐφιεμένῳ.

A et Veniant in me alapæ, dicebat : injiciantur sputa : circumdetur caput meum corona spinea ; detur in manus et arundo. Ubinam sunt dedecora et irrisiones ? ubi alapæ ? Omnia enim præsentia hæc mihi ad futura illa bona spectanti, eaque appetenti, videntur parva quædam esse, ac pro nihilo facienda.

Θ'. Διὰ τοῦτο καὶ βάσανος ἑτέρᾳ τῷ ἀθλητῇ προσθήκη τῆς προλαβούσης ἐπήγετο, καὶ λίθοις ὀξέσιν ὁ γενναῖος ἐπλήττετο, πρόσταγμα δὲ τοῦ τυράννου τοῦτο, καὶ τῆς ἀπηνοῦς ψυχῆς ἐκείνης καὶ ἀπανθρώπου. Ἵνα, φησὶ, πυκνὰ διαθραττομένου τοῦ σώματος, θᾶττον ἀπορρήξῃ καὶ τὴν ψυχήν. Ἐλελήθει δὲ ἄρα λαμπρότερον αὐτὸν ἐργαζόμενος, καὶ πλείονα τῷ μάρτυρι προξενῶν τὴν πρὸς τὸν Θεὸν παῤῥησίαν. Ἀλλὰ προσεκτέον τῷ διηγήματι · καὶ γὰρ ἐκδηλοτέρας ἤδη τῆς χάριτος ἀπολαύειν, καὶ τῶν θαυμάτων Ἐπίμαχος ἄρχεται.

IX. Hæc cum diceret martyr, prioribus tormenti nova quædam adjiciebantur, et acutis lapidibus generosus ille athleta, tyranni, hoc est crudelis et inhumanæ prorsus animæ jussu, feriebatur. Instabat enim ac urgebat : Ita, inquiens, hominem percutite, ut ejus corpore crebris ictibus perfracto, celerrime animam ipsam abrumpat. Sed non videbat tyrannus ille, martyrem ea re illustriorem effici, majoremque apud Deum fiduciam ipsi conciliari. Cæterum eorum, quæ dicenda sunt, narrationem sequamur. Deinceps enim planum fiet, quemadmodum Epimachus manifestiorem Dei gratiam et miracula secutus est.

B

Ι'. Ὁ μὲν ἐξαίνετο μετέωρος ἐπὶ ξύλου, καὶ λίθοις τὰ ὀστᾶ διακέκλαστο. Κόρη δέ τις ἐκεῖ παρειστήκει μέρος οὖσα καὶ αὐτὴ τοῦ θεατρου, τὸν ἕτερον πεπηρωμένη τῶν ὀφθαλμῶν. Ταύτης οὖν ἀτενῶς πρὸς ἐκεῖνον ὁρώσης, καὶ τὰς χαλεπὰς ἐκείνας κολάσεις ὀδυρμὸν ποιουμένης, μέρος τι τῶν τοῦ μάρτυρος σαρκῶν ἐνεῖθεν ἀποσπασθὲν καὶ διαέριόν πως φερόμενον, ἀποστάζει τοῦ αἵματος εἰς τὸν ὀφθαλμόν · καὶ ὁ σταλαγμὸς αὐτίκα παγεὶς (ὦ θαύματος ἀνεικάστου! ὦ πάντα λόγον νικώσης φιλανθρωπίας), φῶς γίνεται ταύτῃ, καὶ ὑγιῆ τὸν ὀφθαλμὸν ἀποδίδωσιν. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν δὴ πάρεργον Ἐπιμάχῳ τοῦ μαρτυρίου, καὶ οὕτως αὐτοῦ καὶ ῥανὶς αἵματος μόνη τοσαύτην δύναται παρέχειν τὴν θεραπείαν.

X. Lacerabatur ille quidem in ligno, et lapidibus feriebatur, ut ejus ossa etiam ipsa frangerentur. Puella vero quædam illic astabat, et ipsa una ex eorum numero, qui spectaculo aderant. Erat autem oculo altero excæcata. Illa cum ad martyrem intenta esset, et gravissimos ejus cruciatus lamentaretur, pars quædam e martyris carnibus abstracta, et per aerem perlata, in illius puellæ oculum sanguinis guttam instillavit, quæ quidem (o miraculum singulare, o Dei benignitatem omni oratione majorem) in lumen statim conversa est, et puellæ oculum sanum effecit. Hoc Epimachi martyris miraculum quasi pertranseuntes diximus, ut ostenderemus unam ejus viri sanguinis guttam subito tantam curationem afferre potuisse.

C

ΙΑ'. Ἐπεὶ δὲ ἀκλινὴς ἐκεῖνος ὡρᾶτο καὶ τὴν εὐσέβειαν ἀμετάθετος ἡ τελευταία κατ' αὐτοῦ δίδοται ψῆφος, καὶ ξίφει τὴν ἱερὰν ἐκείνην ὁ μάρτυς κεφαλὴν ἀφαιρεῖται · τὸ μέντοι σῶμα τούτου τὸ τίμιον πιστῶν χερσὶν ὁσίως περισταλὲν, ἐκεῖ κατατίθεται, ὅπου καὶ τὴν μαρτυρικὴν ὑπέστη τελείωσιν. Τούτου τὴν μαρτυρίαν ἐθαύμασε μὲν καὶ ὁ τῶν Ἀλεξανδρέων δῆμος, καὶ ὅσοι τῆς προσοίκου Αἰγύπτου τὰ πιότατα νέμονται, κατεκόσμησε δὲ καὶ αὐτὸς ἄνωθεν αὐτὸν στεφάνοις λαμπροῖς ὁ Ἀγωνοθέτης, δι' ὅν τε παθεῖν εἵλετο, καὶ οὗ μιμητὴς ἐδίψα γενέσθαι τῶν παθημάτων · ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

XI. Cum vero martyr in diversam sententiam flecti non posset, et Dei religionem nequaquam negare vellet, ultima in eum sententia lata est, et sacrum illud martyris caput securi percussum fuit : et ejus quidem venerandum corpus, fidelium hominum manibus religiose curatum, illic conditum est, ubi et martyrii sustinuit consummationem. Ejus viri certamen non Alexandrinus tantum populus, quique finitimas ac feracissimas Ægypti regiones colunt, valde admirati ac reveriti sunt : sed illud mundus nunc celebrat universus. Eumdem quoque certaminum auctor et judex Deus e cœlo illustri corona donavit, propter quem Epimachus cruciatus omnes perpessus est, ejusque imitator esse in tormentis perferendis maxime concupivit ac studuit. Ipsi Creatori et Salvatori, Domino ac Deo nostro sit gloria, honor et adoratio cum Patre principii finisque experte, et sanctissimo atque vivificante Spiritu, quæ est una divinitas in æquali et individua Trinitate, vitam præbens omni spiritui, et regnans nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

D

ORDO RERUM

QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

SYMEON METAPHRASTES.

VITÆ SANCTORUM (*continuatio*).

MENSIS MARTIUS.

Die 12. Vita sancti Theophanis. 10
Die 16. Vita sancti Longini centurionis. 31
Die 16. Vita sancti Abramii et septis ejus. 43

MENSIS APRILIS.

Die 1. Vita et martyrium SS. Agapes et sociorum. 78
Die 5. Vita sanctæ Theodoræ. 83
Die 5. Vita sanctæ Thermes et sociarum. 87
Die 7. Vita sancti Calliopi. 91
Die 10. Vita sancti Terentii et sociorum. 95
Die 13. Vita sancti Carpi et sociorum. 106
Die 18. Vita sancti Eleutherii. 127
Die 23. Vita sancti Georgii. 142
Die 25. Vita sancti Marci apostoli et evangelistæ. 163
Die 27. Vita sancti Anthimi. 171

MENSIS MAIUS.

Die 1. Vita sancti Philippi apostoli. 183
Die 1. Vita sancti Jacobi fratris Domini. 199
Die 8. Vita sancti Acacii. 218
Die 8. Vita sancti Bonifacii. 242
Die 14. Vita SS. Victoris et Coronæ. 258

MENSIS JUNIUS.

Die 27. Vita sancti Sampsonis. 267

MENSIS JULIUS.

Die 11. Vita sancti Stephani et sociorum 309
Die 17. Vitæ SS. XLV Martyrum. 323
Die 17. Vita B. Eugenii et Mariæ ejus filiæ. 347
Die 18. Vita SS. Mauricii et sociorum. 355
Die 21. Vita sancti prophetæ Danielis. 371
Die 22. Vita sancti Platonis. 404
Die 27. De septem Dormientibus. 427
Die 27. Vita sancti Panteleemonis. 447
Die 29. Vita sancti Gallinci. 478
Die 29. Vita sancti Eudocimi. 487

MENSIS AUGUSTUS.

Die 1. Vita sanctæ Sophiæ et filiarum ejus. 498
Die 2. Vita sancti Stephani papæ et martyris. 541
Die 12. Martyrium sancti Eupli. 523
Die 15. Oratio de sancta Maria Deipara. 530
Die 17. Martyrium sancti Mamantis. 566
Die 17. Martyrium SS. Pauli et Juliæ. 575
Die 19. Vita sancti Andreæ et sociorum. 595

MENSIS SEPTEMBER.

Die 5 Martyrium sancti Eudoxii et sociorum. 618
Die 7. Martyrium sancti Sozontis. 634
Die 9. Martyrium sancti Severiani. 639
Die 9. Martyrium sanctæ Menodoræ et sociarum. 654
Die 11. Vita sanctæ Theodoræ Alexandrinæ. 666
Die 12. Martyrium sancti Autonomi. 691
Die 15. Martyrium sancti Nicetæ Gothi. 703
Die 16. Martyrium sanctæ Euphemiæ. 714
Die 19. Martyrium sancti Trophimi et sociorum. 734
Die 21. Vita sancti Matthæi evangelistæ. 750
Die 23. Martyrium sanctæ Theclæ. 822
Die 24. Vita sancti Cypriani Antiocheni. 847
Die 27. Martyrium sancti Callistrati. 882
Die 28. Vita sancti Charitonis. 899
Die 29. Vita sancti Cyriaci. 919
Die 30. Vita sancti Gregorii illuminatoris. 945

MENSIS OCTOBER.

Die 5. Martyrium sanctæ Charitinæ. 998
Die 7. Martyrium SS. Sergii et Bacchi. 1006
Die 8. Vita et Acta varia sancti Demetrii. Vide tomum sequentem in fine.
Die 9. Vita sancti Andronici et ejus conjugis. 1050
Die 10. Martyrium SS. Eulampii et Eulampiæ. 1054
Die 11. Martyrium sancti Probi et sociorum. 1067
Die 20. Vita sancti Andreæ Cretensis. 1110
Die 20. Vita sancti Lucæ evangelistæ. 1130
Die 20. Martyrium sancti Vari. 1142
Die 20. Martyrium sancti Artemii. 1159
Die 22. Vita sancti Abercii. 1211
Die 24. Martyrium sancti Arethæ et sociorum. 1250
Die 25. Martyrium sancti Marciani. 1290
Die 28. Vita sanctæ Anastasiæ Romanæ. 1294
Die 30. Martyrium SS. Zenobii et Zanobiæ. 1310
Die 31. Martyrium sancti Epimachi. 1319

FINIS TOMIS CENTESIMI DECIMI QUINTI

Sancti-Amandi. — Ex typis BUSSIÈRE.

BR60
P4
V.115

DATE DUE

DOES NOT CIRCULATE

STANFORD UNIVERSITY LIBRARIES
STANFORD, CALIFORNIA
94305